PRISCIANI

CAESARIENSIS GRAMMATICI

OPERA

AD VETVSTISSIMORVM CODICVM,
NVNC PRIMVM COLLATORVM, FIDEM
RECENSVIT, EMACVLAVIT,
LECTIONVM VARIETATEM NOTAVIT
ET INDICES LOCVPLETISSIMOS
ADIECIT

AVGVSTVS KREHL
PROFESSOR IN REG. ACAD. EQV. SAX. PHILOS. DOCTOR.

VOLVMEN SECVNDVM
CONT. LIBROS DVOS DE CONSTRVCTIONE ET
RELIQVOS LIBELLOS OMNES.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
CIƆIƆCCCXX.

PRAEMONENDA.

Ad emaculandos Libros duos de constructione, qui agmen ducunt, praesidio fuere Codices septem.

1. Lipsiensis. A. chartaceus, anno MCCCCXXVI. scriptus, propter innumera scripturae compendia lectu difficillimus. Graeca non refert. Desinit in verbis „*student doctrinae.*“ (Lib. XVIII. Cap. 20. §. 157.) Asservatur in Bibl. Univ. Lips.

2. Lipsiensis. B. membr. mutilus, recentissimus. Graecorum expers. Asservatur in Bibl. Sen. Lips. publ.

3. Erlangensis, membr. recentissimus, Graecis de-

stitutus, in folio scriptus. Desinit in verbis supra dictis.

4. Guelpherbytanus, membr. non nimis antiquus, Graeca plerumque non refert. (No. 217. Gud.)

5. Guelpherbyt. alter, quem ego Langerium appellavi, chartaceus, recentissimus, Graece balbutiens, multis sphalmatis graphicis corruptus. (No. 85. 7.) Postrema pars Libri XVIII. in utroque Codice non reperitur.

6. Codex Monacensis A. Hunc librum manu scriptum, qui in Bibl. Reg. Monac. sub nr. 182. A. asservatur, excussit diligentissime, rogatu Thierschii illustris, Riglerus, juvenis egregie doctus. Praestantissimus est liber, qui libros de constructione integros continet. Idem liber in mea editione inde a libro XVIII. notatur hoc signo: *Cod. Mon. B.*

7. Monacensis B. Fragmentum est collationis Cod. Mon. sub nr. 180. A. Pertinet haec collatio usque ad finem Libri XVII.

In libellis deinceps sequentibus emendandis mirum quantum profuit Fr. Lindemanni editio, ante biennium vulgata. Hanc in plerisque locis difficilioribus sequi tutissimum esse existimavi. In consilium tamen adhibui etiam fragmentum collationis Cod. Monac.

Ad libellum de accentibus emaculandum usus sum Codice, cujus excutiendi potestatem fecit summa Christ. Frid. Matthiae, V. Celeb. benivolentia. Est hic liber membranaceus, forma quadr. min., minutis literis exaratus, et ad saec. XIV. referendus esse videtur. Accentus in eo non sunt notati. Additus est Donati de barbarismis liber. Ex nomine clarissimi possessoris appellavi hunc librum *Cod. Matthiaeum.*

Hermogenis *Προγυμνάσματα,* quae primus edidit e Cod. mscpto Heerenius, ego cum integris celeberrimi editoris notis adjicienda censui. Inserta leguntur in opere, quod inscribitur: Bibliothek der alten Literatur und Kunst. Herausgegeben von T. C. Tychsen und A. H. L. Heeren. Achtes und Neuntes Stück. Gött. 1791. 8.

Cum vero in priore volumine plures locos aut praetermissos a me aut temere mutatos esse intellexissem, denuo totum opus recensui, et quae vel emendanda vel addenda essent, quantum potui, brevissime in Retractationibus et Analectis proposui.

Augustus Krehl.

PRISCIANI

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM

VOLVMEN MINVS

CONTINENS

ARTIS GRAMMATICAE

LIBROS DECIMVM SEPTIMVM ET OCTAVVM

SIVE

DE CONSTRVCTIONE

LIBROS DVOS.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

Quoniam in ante expositis libris de partibus oratio- I
nis in plerisque Apollonii auctoritatem sumus secuti, 1
aliorum quoque sive nostrorum sive Graecorum non praetermittentes necessaria, et si quid ipsi quoque novi potuimus addere: nunc quoque ejusdem maxime de ordinatione, sive constructione dictionum, quam Graeci σύνταξιν vocant, vestigia sequentes, si quid etiam ex aliis, vel ex nobis congruum inveniatur, non recusemus interponere. In supradictis ergo de singulis vo- 2
cibus dictionum, ut poscebat earum ratio, tractavimus: nunc autem dicemus de ordinatione earum, quae solet fieri ad constructionem orationis perfectae, quam admodum necessariam ad auctorum expositionem omnium diligentissime debemus inquirere. Quod quemadmodum literae apte coeuntes faciunt syllabas, et syllabae dictiones, sic et dictiones orationem. Hoc enim etiam de literis tradita ratio demonstravit, quae bene ab Apollonio dicuntur prima materies vocis esse hu-

Cap. I. §. 1. *non praetermittentes.* Ita Codd. Lips. A. Langer. Gphb. Erl. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Erph. Edd. Aldinam, Bas. Colon. Putschius secutus edidit *non intermittentes*, quod falsum esse, neminem fugit.

σύνταξιν. MSS. Lips. A. B. *synthesin.*

ex aliis. Addit MS. Erl. *magistris.* MS. Lips. A. *si quid etiam ex nobis vel ex aliis.* MS. Monac. A. omisit *etiam.*

§. 2 *In supradictis ergo.* Pro vulgato *igitur* secundum Codd. Lips. A. B. edidi *ergo.* Mox τῷ *poscebat* addidi *earum* e Codd. Lang. Gphb. Lips. A. B. Monac. A. Col. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Omiserunt hoc pronomen Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch.

sic et. MSS. Lips. A. Erl. *sic etiam.*

ab Apollonio dicuntur. Vulgo *dicuntur ab Apollonio.* Illam structuram exhibent MS. Lips. B. Edd. Ven. 1. Asc. Iunt. Erph.

vocis esse. Inserui *esse* e MSS. Lips. A. B. Lang. Gphb. Ed. Asc

manae individua. Ea enim non quocunque modo juncturas ostendit fieri literarum, sed per aptissimam ordinationem, unde et literas verisimiliter dicunt auctores appellari, quasi legiteras, quod legendi iter praebeant ordine congruo positae. Necnon etiam a literis syllabae idem recipiunt, cum ex his coeuntes junctu-
3 rae pro debito dictionem perficiunt. Igitur manifestum, quod consequens est, ut etiam dictiones, cum partes sint per constructionem perfectae orationis, id est τᾶ κατὰ σύνταξιν αὐτοτελᾶς λόγου, aptam structuram, id est ordinationem recipiant. Quod enim ex singulis dictionibus paratur sensibile, id est intelligibile, quodammodo est elementum perfectae orationis; et quomodo elementa juncturis efficiunt syllabas suis, sic etiam ordinatio intelligibilium imaginem quandam syllabae perficit adjunctione dictionum. Est enim oratio comprehensio dictionum aptissime ordinatarum, quomodo syllaba comprehensio literarum aptissime conjunctarum: et quomodo ex syllabarum conjunctione dictio, sic etiam ex dictionum conjunctione perfecta oratio constat. Possumus autem ex accidentium quoque similitudine hoc contemplari. Bis idem elementum accipitur, ut *relliquias, reddo*; sed etiam syllaba, *Leleges, tutudi, peperi*. Similiter et dictio, ut, *me me, adsum qui feci; Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus.* Pervenit tamen hoc usque ad plenas orationes, cum semel dicta iterum repetantur, vel necessario, vel

---

dicunt auctores. MSS. Lips. B. Erl. Monac. A. omittunt *auctores*, quod Editionum consensu unanimi commendatur. Iidem libri manuscripti et Erph. mox ante *quod* inseri jubent *eo.*

§. 3. *Fuit, fuit ista.* Vulgo, *illa.* At Codices Lips. A. B. Erl. Lang. Gphb. Monac. A. Ed. Asc. receptam lectionem tuentur. Haec verba e Cic. Or. in Cat. I. Cap. 2. desumpta esse patet. Falsum ergo est, quod Edd. quotquot vidi omnes, post *virtus* addunt: *Cicero in IV. Invectivarum.* Cod. MS. Lang. *Cicero in primo vectivarum,* Gphb. — *invectivarum.* Equidem haec omisi. Primum enim Prisc. non solet postponere ea, quae demonstrent, unde petita sint allegata verba. Deinde vero etiam sedes horum verborum varia est in Codd.; cum MS. Monac. A. voci *fuit* ea praeposuerit. Denique nemo facile omissa desiderabit. Recte tamen Codd. mei *primum* librum pro vulg. IV. appellant.

morae causa, ut si dicamus: *magnus poeta Virgilius*
fuit; magnus poeta Virgilius fuit. Juvenalis in se-
cundo: *Tune duos una saevissima vipera coena? tu-*
ne duos? Abundat litera non eadem, ut, *prodest* pro 4
proest, et *sicubi* pro *siubi*. Abundat etiam syllaba, ut,
hujuscemodi pro *hujusmodi*, *induperator* pro *imperator*.
Necnon etiam dictio tam in compositione, quam in
appositione. In compositione, ut Terentius in Phor-
mione: *Exadversum ei loco*, pro *adversum*. Et in An-
dria: *Abhinc triennium*, pro *hinc*. Et in Eunucho: *E-*
mori satius est, pro *mori*. In appositione quoque, ut
Virgilius: *Sic ore locuta est:* abundat enim *ore*. Idem
in XI. *Lacrimis ita fatur obortis: Tene, inquit, mise-*
rande puer, cum laeta veniret, invidit fortuna mihi? Nam
cum dixisset *fatur*, supervacuum est *inquit*. Nec mi-
rum, cum expletivae coniunctiones, quantum ad sen-
sum, plerunque supervacue ponuntur. Necnon oratio-
nes invenimus similiter supervacue positas, ut, *ibant,*
qua poterant, et *qua non poterant, non ibant*. Contra- 5
riae similiter passiones per defectionem fiunt literae,
et syllabae, et dictionis, et orationis. Literae, ut,
sciit pro *scivit*, *audacter* pro *audaciter*. Syllabae, ut,
commorit pro *commoverit*. Horatius in II. Sermonum:
At ille, qui me commorit, melius non tangere clamo, fle-
bit. Deum pro *deorum*; *accestis* pro *accessistis*. Hora-
tius in IV. Carminum: *Quae me surpuerat mihi*, pro
surripuerat. Dictionis, ut: *Urbs antiqua fuit, Tyrii*

Mox ad *vel morae causa* addunt duo Codd. *vel etiam metri*. Cod. Lips. B. ab alia manu adjectum ostentat: *supple metri*.

Juvenalis in secundo. Sat. VI. vss. 641. 42

§. 4. *Ter. in Phorm.* Act. I. Sc. 2. vs. 38. Cod. MS. Langer. *exadversum ei locum*. Cod. MS. Gphb. — *ei loquor*. *Terentius in Andr.* Act. I. Sc. 1. vs. 42. *Et in Eun.* IV. 7. 2. quo in loco vulgatae Terentii editiones *mori me satius est* exhibent.

Virgilius. Aen. I. vs. 614. Ad *Virgilius* addunt Codd. Lips. Erl. Langer. Edd. Asc. Erph. Ven. 1. 2. *in decimo*. Quod ego cum Putsch. et Edd. Colon. Bas. omisi.

Idem in XI. v. 41. Mox *ponuntur* secundum Codd. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc. scripsi pro *ponantur*.

§. 5. *Horatius in II. Sermonum.* Sat. 1. vs. 45. Codd. Lips. B. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. *flevit* pro *flebit*.

Hor. in IV. Carm. Od. 13. vs. 20. Sequens locus Virgilii est Aen. I. vs. 10. *Similiter.* Aen. I. vs. 37.

tenuere coloni: deest enim *quam.* Similiter: *Haec secum: Mene incoepto desistere victam?* deest enim *dicebat.* In compositis quoque idem fieri solet, ut: *Incubuere mari, totumque a sedibus imis una Eurusque Notusque ruunt,* pro *eruunt*: deest enim praepositio *e* ad perfectionem plenae orationis. In his sunt etiam illa, quibus deest in fine verbum, ut Virgilius in III. Aeneidos: *O mihi sola mei super Astyanactis imago:* deest enim verbum *es* ad perfectionem orationis. Nec enim apocopam possumus eam dicere, quae fit in plena dictione, sed quae in litera vel syllaba sensu per se
6 carentibus. Orationis quoque fit defectio, ut apud Terentium in Eunucho: *Egone illam? quae illum! quae me! quae non!* Deest enim unicuique constructio plenae orationis: *Egone illam digner adventu meo, quae illum praeposuit mihi, que me sprevit, quae me non suscepit heri.* Et si semel dicta oratio bis vel ter vel saepius eadem intelligatur, ut, *magna viri gloria est, prudentia, et fortitudo, et pudicitia, et justitia, et temperantia:* ubique enim subauditur *magna viri gloria est,* quod semel dictum est. Quomodo autem literarum rationem vel scripturae inspectione, vel aurium

---

Incubuere rel. Aen. I. 84. 85.

praepositio e. In Cod. Lips. B. ab alia manu *s. e* supra scriptum est. Cod. Gphb. *praepositum.*

Virg. in III. Aen. vs. 489. *deest enim verbum es.* Post *enim* addunt Edd. Asc. Putsch. Bas. Colon. *es.* Edd. Ven. 1. 2. Iunt. Erph. *est.* Hanc vocem a glossatore additam puto. Cod. MS. Lips. A. addit *es* post *verbum.* Erl. *est.* Lips. B. ab aliena manu super *est* scriptum refert *s. es.* Cod. MS. Langer. *deest enim es verbum.* Gphb. *deest enim hoc verbum es.* Equidem scripsi *es*, quod in mente certe habuit Priscianus.

§. 6. *Terentius in Eunucho.* Act. I. Sc. 1. vs. 20.

quae me sprevit. Cod. Lips. A. *quae me exclusit foras.*

intelligatur. MS. Lips. A. *subintelligatur.*

magna viri gloria est. Ita hoc loco et infra edidi e Codd. MSS. Erl. Monac. A. At vero Edd. Ven. 1. 2. Erph. Ald. Asc. Iunt. Bas. Colon. Putsch. binis his locis *viris* exhibent.

judicamus. Edd. Asc. Putsch. Ald. Iunt. Bas. Colon. *dijudicamus.* Revocavi ego ex Edd. Ven. 1. 2. Erph. MS. Lips. B. antiquam lectionem.

§. 7. *In diphthongis a et e et o praepositivae sunt.* Hunc locum meliori interpunctione emendavi et *ut* ante *in di-*

sensu judicamus, sic etiam in dictionum ordinatione disceptamus rationem contextus, utrum recta sit, an non. Nam si incongrua sit, soloecismum faciet, quasi elementis orationis inconcinne coeuntibus, quomodo inconcinnitas literarum vel syllabarum, vel eis accidentium, in singulis dictionibus facit barbarismum. Sicut igitur recta ratio scripturae docet literarum congruam juncturam, sic etiam rectam orationis compositionem ratio ordinationis ostendit. Dicimus prae- 7
positiva elementa tam in consonantibus quam in vocalibus; sed etiam in syllabis sunt quaedam praepositiva elementa. In diphthongis a et e et o praepositivae sunt, ut ae, au, eu, oe; i vero et u postponuntur. Et aspirationes vocalibus adjunctae in principio syllabarum inveniuntur, ut habeo, Hermus, hircus, homo, hora, humus, humanus. Et u loco consonantis posita, et q et k semper in initio syllabarum ponuntur. Syllabae quoque praeponuntur, ut prae semper in principio invenitur dictionum, *praemium, praeco, praetor, praedium, praelum.* Postpositivae quoque, quae a *gm* vel *cm* vel *chm* incipiunt, ut, *agmen, Pyracmon, Menaechmus.* Finales quoque, quae in *ls* vel *rs*

---

phthongis expuli. Varia est in Edd. interpungendi h. l. ratio. In Edd. Ald. Bas. Colon. post *et o* punctum est positum; in ed. Putsch. comma. Recte Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. nullum exhibent interpunctionis signum; id tamen male, paulo ante, post *syllabis*, majorem interpunctionem posuerunt. Praeterea notandum, *ei* diphthongum, quae in edd. Ald. Iunt. Colon. Bas. Putsch. post *oe* addita legitur, abesse a MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. B. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Ergo ego etiam omisi. Certe post *eu* ponenda erat. Cod. MS. Gphb. *ae, oe, au, ei, eu.*

Hermus. Edd. Ald. Bas. Putsch. *heromus.* At vero Edd. Asc. Colon. et MS. Langer. *hermus.* Hos libros ego secutus sum, nisi quod majuscula litera initiali hanc vocem exprimendam curavi. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Iunt. *herinus.* Codd. plerique *hēmus.* Post *hora* addit MS. Lips. A. *hodie.*

in principio. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Bas. Putsch. *initio.* Equidem secutus sum MS. Lips. A. Ed. Colon.

prae semper. Ita MSS. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. In Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *semper* positum est post *invenitur.*

praelum recepi ego ex ed. Asc. et Cod. MS. Gphb. pro *praelium,* quod edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. MS. Langer. tuentur. Edd. Ven. 1. 2. *proelium.* Edd. Ven. 1. 2. *precor* pro *prae-*

vel *ms* vel *ns* terminantur, ut, *puls, cohors, hiems, sapiens.* Idem etiam in dictionibus invenis. Unde et praepositiones nominantur, et praepositiva pronomina, et subjunctiva vel relativa. Necnon verba subjunctiva, quae magis ab ordinatione nomen acceperunt, quam a demonstratione, quomodo imperativa, et optativa.
8 In oratione quoque hunc modum possumus invenire, quando antecedentia, si conjuncta sequentibus fuerint, vera esse ostenduntur, dum anteponuntur consequentibus per primam orationis conjunctionem, ut si aliquis dicat, *si ambulat Dionysius, movetur Dionysius.* Si enim convertas, non est verum; non enim, si movetur Dionysius, et ambulat Dionysius necessario. Nam potest moveri, et non ambulare. Elementum est, quando in duo dividitur, modo syllabico, id est contemplatione temporum, ut *fieri* pro *firi.* Longa enim vocalis in duas breves divisa est. Similiter *admittier* pro *admitti, farier* pro *fari.* Sed etiam duo in unum coeunt. ut, *tibicen* pro *tibiicen.* Unde et solum hoc ex similiter compositis penultimam productam habet. Etiam *binae* pro *biunae.* Syllaba quoque in duas dividitur, ut, *aulae aulaï.* Virgilius in III. Aeneidos: *Aulaï medio libabant pocula Bacchi.* Et silüae pro *silvae.* Horatius in Epodo: *Nivesque deducunt Iovem nunc mare nunc silüae.* Est enim dimetrum iambicum con-

---

tor. Mox pro *pyracmon* MS. Lips. A. Ed. Ven. 1. *piracmen.* Ed. Bas. *pyragmon.*

ordinatione. Cod. MS. Erl. Edd. Ven. 1. 2. *ordine.*

§. 8. *conjuncta sequentibus.* Duo Codd. MSS. inserunt *cum.*

conjunctionem. Ita MSS. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. MS. Erl. *constructionem.* Lips. A. *conjuncturam.*

etiam binae. Alii Codd. pro *etiam* exhibent *ut*, alii *vel.* Receptam vocem tuentur Edd. antiquissimae.

Virgilius in III. Aen. v. 354. *Aulaï* scripsi pro *Aulaï in*, quod damnandum est. Pro *et silüa pro silva* edidi *et silüae pro silvae*, secundum Codd. MSS. Lips. A. B. Monac. B. Erl. MS. Langer. *et silia pro silva.*

Horatius in Ep. XIII. vs. 7. Cf. Lib. I. Cap. 4. §. 21. p. 22.

penthemimeri. Codd. et ed. Asc. *pentimemeri.* Edd. Ven. 1. 2. *penthememeri.*

§. 9. *Virg. in VI.* Aen. vs. 803. Restitui VI. pro III. Pro *fixerit* duo Codd. MSS. *fixerat.* MS. Langer. *finxerit.*

Sed etiam. Vulgo: *sic etiam.* Illud praestant MSS. Langer. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph.

junctum penthemimeri heroicae. Sed etiam duae syl- 9
labae in unam coeunt, ut Virgilius in VI. *Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi placarit nemora: aeripedem* pro *aëripedem* tetrasyllabum protulit pro pentasyllabo. Sed etiam dictio dividitur, ut si dicam: *respublica felix est*, et *res felix est publica; magistermilitum fortis, militum fortis magister.* Virgilius in III. Georgicon: *Septem subjecta trioni*, pro *septemtrioni subjecta.* Etiam divisa possunt conjungi, ut, *malefidni argiletum, hujusmodi, malesana.* Orationibus similiter accidentes conjunctiones est quando conjungunt duas vel plures orationes; est quando subtractae dissolvunt, ut, *Conticuere omnes intentique ora tenebant.* Idem in eodem: *Acamasque Thoasque, Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon.* Et contra: *Alii navalibus, ite, ferte citi ferrum, date vela, impellite remos!* Literae transmutantur, ut, *Teucre* pro *Teucer.* Sic etiam syllabae, ut, *displicina* pro *disciplina.* Necnon etiam dictio, ut, *plebis tribunus* pro *tribunus plebis*, et *publica res* pro *respublica.* Orationes quoque, ut, *nutrivit filios ac peperit* pro *peperit et nutrivit.* Virgilius in II. Aeneidos: *Moriamur, et in media arma ruamus*, pro *in media arma ruamus, et moriamur.* Praeterea, quem- 10
admodum elementorum alia sunt vocalia, quae per se vocem perficiunt, alia consonantia, quae sine vocali-

---

Virg. in III. Georg. vs. 381. Mox pro *etiam* Edd. Ven. *et jam*, nonnulli Codd. *et etiam.*

dissolvunt, ut. MS. Lips. A. *dissolvuntur.* Pro *ut* in Edd. legitur *Virgilius in II. Aen.* Haec ego Codicum plurium auctoritate omisi. Locus est notissimus, neque opus erat, ut, unde petitus esset, adderetur. In quatuor Codd. haec loci notatio post *tenebant* adjecta reperitur. Nunquam autem Priscianus talia postponere solet.

Idem in eodem. Aen. II. vs. 263. *Acamasque* ex Edd. Ven. 1. 2. Cod. Langer. pro *Athamas* recepi.

Et contra. Vulgo *contra*, omissa conjunctione *et.* Sequens locus Virgilii est Aen. IV. vs. 594. Pro vulgato *flammas* e Codd. Lips. A. B. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. recepi *ferrum.* Mox pro vulgato *tela*, quod Edd. Ven. 1. 2. Asc. Bas. Colon. Ald. Iunt. Putsch. praestant, ego e Codd. Lips. A. Erl. dedi *vela.* Post *remos* expunxi *Idem in quarto.*

Sic etiam. Vulgo: *Sed etiam*, quod cum hoc loco minus aptum esse videatur, Cod. MS. Lips. A. lectionem exprimendam curavi.

Virgilius in II. Aen. v. 555.

bus perficere vocem nequeunt: sic etiam in dictionibus animadvertimus quasdam ad similitudinem vocalium per se esse dicendas, ut in verbis maxime imperativis, vel nominibus, vel pronominibus saepe vocativis, vel adverbiis, quae adjiciuntur antecedentibus actionibus, vel orationibus, cum clamamus bene, recte, diserte, ad illos, qui opportune aliquid agunt, vel dicunt. Aliae vero dictiones sunt, quae ad similitudinem consonantium sine adjumento aliarum partium orationis, quae imitantur in hoc vocales, ad perfectionem sensus non possunt proferri, ut praepositiones et conjunctiones. Hae etenim semper consignificant, id est conjunctae aliis significant, per se autem non. Itaque variatur earum significatio ad vim conjunctarum eis, ut *in* aliud significat, cum accusativo jungitur, et aliud, cum ablativo, *in urbem* et *in urbe*,
11 *in locum* et *in loco.* Conjunctiones quoque copulativae et disjunctivae esse dignoscuntur ab aliis partibus orationis, quae eis sociantur, ut vel, aut, non solum disjunctivae, sed etiam copulativae reperiuntur, ut Terentius in Eunucho: *Vel rex semper maximas mihi*

---

§. 11. *Terent. in Eunucho.* Act. III. Sc. 1. vss. 7 8. *agebat.* Hanc ego lectionem recepi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Iunt. Erph. Nam Edd. Asc. Ald. Colon. Bas. Putsch. *agere* exhibent. Pro *feceram* MS. Lips. A. *fecerim.* In voce *item* variant libri et scripti et typis impressi. Edd. Ven. 1. 2. Bas. Colon. receptam tuentur lectionem. Edd. Asc. *idem.* Edd. Iunt. Ald. *ita.* Codd. MSS. Lips. A. B. *ut* vel *id ē.* MS. Erl. *ita.* MS. Monac. B. *vel.* Monac. A. *ita.* Equidem retinui vulgatam.

Virg. in IV. Aen. vs. 62. *pinguis* pro *pingues* praestant Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph.

Virgilius in II. Aen. 36. *que pro vel.* Post *que* Codicum auctoritate omisi *posuit*, quae vox interpolatori debetur. Deinde notandum, quod pro *vel* plures Codd. exhibent *ve.* Ita et Ed. Asc. Nec tamen, propter Edd. Ven. 1. 2. Erph. Iunt. Ald. Colon. Bas. Putsch. auctoritatem, et, quod gravius est, propter sententiae rationem, a vulgata discedere ausus sum. Cod. Monac. A. *insidias Danaûm* pro *Danaûm insidias.*

apponitur pro *apponatur* e Codd. MSS. recepi. In proxime sequentibus e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. restitui *adjungatur* pro *conjungatur,* et *intentione* pro *intensionis* et *significationis* pro *significatione* e Codd. MSS. Lips. B. Monac. A.

gratias agebat quicquid feceram, aliis non item; pro, *et rex.* Virgilius in IV. Aeneidos: *Aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras; aut* pro *et. Que* etiam non solum copulativa, sed etiam disjunctiva invenitur, ut Virgilius in II. Aeneidos: *Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona praecipitare jubent, subjectisque urere flammis: que* pro *vel.* Necnon etiam aliae pro aliis partibus accipiuntur. Neque id aliter possumus scire, nisi ex adjunctis, ut *per*, si apponitur, pro *valde* accipitur, id est loco adverbii, etiam si nomini adjungatur sub eadem intentione significationis, ut Terentius in Eunucho: *Perpulchra, credo, dona, aut nostris similia.* Atque, et, ac quoque, si adverbio *aliter* vel *secus* vel similibus subjungantur, vim adverbii obtinent, ut Virgilius in III. Aeneidos: *Haud secus ac jussi faciunt*, pro quam jussi. Et, *Horrendum clamat*, pro horrende, nomen pro adverbio; sublime vo-
lat pro sublimiter. Solet quaeri causa ordinis elemen- II
torum, quare a ante b, et caetera: sic etiam de ordi- 12
natione casuum, et generum, et temporum, et ipsarum partium orationis solet quaeri. Restat igitur de

---

Terentius in Eun. Act. III. Sc. 2. vs. 15. Pro *credo* exhibet Cod. MS. Lips. A. *cedo.* Mox *aut* pro *haud* recepi e Codd. MSSis Langer. Lips. B. Erl. Gphb. MS. Lips. A. exhibet *at.* Cf. Addenda in priore Vol. ad pag. 592. ubi idem locus excitatus reperitur. Scripseram quidem *haud*, sed postea vidi, MS. Hdb. *aut* praestare, quod recipiendum erat. Post hunc e Terentii Eunucho allegatum locum leguntur in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. haec: *Alioquin praepositio est.* Quae, cum absint a Codd. MSSis Lips. A. B. Erl. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt., ego etiam omittenda esse censui.

Virg. in III. Aen. vs. 236. Pro *Haud* Cod. MS. Lips. B. *aut.* Mox pro *jussi* MS. Erl. *jussu.* Post *jussi* in Codd. MSS. Lips. A. Erl. Monac. A. haec leguntur: *atque pro sicut, ut Terentius in Phormione, videas te* (Lips. *ne*) *atque illum, atque pro sicut.* Haec, quamvis vere dicta sint, tamen non recepi. Primum enim huc non pertinent. Deinde in Cod. MS. Monac. B. in margine tantum notata repeiiuntur. Denique absunt ab editionibus, quotquot vidi, omnibus. Leguntur haec verba in Ph. Act. II. Sc. 3. vs. 21.

§. 12. *a ante b.* Duo codd. addunt *ponatur.* Ed. Asc. *sit.* Ab interpolatore editiones reliquae utrumque additum ignorant omnes. MS. Monac. A. *a ponatur ante b.* MS. Monac. B. *a sit ante b.* Mox pro *ordinatione* MS. Erl. *ordine.*

supradictis tractare, et primo de ordinatione partium orationis, quamvis quidam suae solatium imperitiae quaerentes, ajunt, non oportere de hujuscemodi rebus quaerere, suspicantes fortuitas esse ordinationum positiones. Sed quantum ad eorum opinionem, evenit generaliter, nihil per ordinationem accipi, nec contra ordinationem peccari; quod existimare penitus stultum est. Si autem in quibusdam concedant esse ordinationem, necesse est, eam in omnibus concedere. Sicut igitur apta ordinatione perfecta redditur oratio, sic ordinatione apta traditae sunt a doctissimis artium scriptoribus partes orationis, cum primo loco nomen, secundo verbum posuerunt: quippe cum nulla oratio sine his compleatur; quod licet ostendere a constructione, quae continet pene omnes partes orationis. A qua si tollas nomen aut verbum, imperfecta fit oratio: sin autem caetera subtrahas, non necesse est orationem deficere, ut si dicam: *Idem homo lapsus heu hodie concidit*, en omnes insunt partes orationis absque conjunctione; quae si additur, aliam orationem
13 exigit. Ergo si tollas nomen aut verbum, deficiet oratio, desiderans vel nomen vel verbum, ut si dicam: *Idem lapsus heu hodie concidit*, vel: *idem homo lapsus heu hodie.* Sin subtrahas adverbium, non omnino deficiet oratio, ut. *idem homo lapsus heu concidit.* Necnon etiam participium si adimas, neque sic deficiet, ut, *idem homo heu hodie concidit;* nec si praepositionem et interjectionem, ut, *idem homo concidit;* nec si etiam pronomen, ut, *homo concidit.* Non tamen dico, quod non etiam ex pronomine et verbo perfecta con-

---

concedant. Ita Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Libri editi *concedent.* *eam in omnibus.* Ita Codd. Lips. A. Erl. Monac. Vulgo: *etiam in omnibus eam.*

si tollas. Edd. Ven. 1. 2. Col. Bas. Ald. Putsch. *tollam.* Receptam lectionem praestant Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Langer. Monac. A. B. Ed. Asc. Mox vero *dicam* secundum Codd. MSS. edidi pro *dicas.*

quae si additur. Vulgo: *addatur.* Ego e Cod. MS. Lips. A. restitui indicativum.

§. 13. *deficiet.* Libri vulgati: *deficit.* Equidem certam esse puto lectionem, quam Cod. MS. Lips. B. recipere jussit.

sumatur — compleat. Pro *sumitur — complet*, quod Edd. Bas. Colon. Ald. Putsch. exhibent, restitui e Codd. MSS. Lips. A.

stet oratio, cum dicimus, ego ambulo, tu ambulas.
Tunc enim constat perfectio orationis, cum loco nomi-
nis sumatur pronomen, et vim nominis compleat or-
dinatione. Quando autem loco nominis per se poni-
tur, in partibus ostenditur consequentibus, et quae
verba ad nominativos conjunguntur solos, et quae ob-
liquos desiderant casus. Ante verbum quoque neces- 14
sario ponitur nomen, quia agere et pati substantiae
proprium est: in qua est positio nominum, ex quibus
proprietas verbi, id est actio et passio nascitur. In-
est igitur intellectu nominativus ipsis verbis, sine quo
substantia significari non poterat. In prima quidem
persona et secunda definitus, in tertia vero, quia in-
numerabiles sunt personae tertiae, infinitus, nisi exce-
pta fiat actio; ut, *fulminat, tonat.* Ea enim, quamvis
non addamus nomen, definita esse videntur, cum ad
solum pertineant Jovem. Obtinuit itaque usus, ut
ejus, id est verbi, nominatione aliae quoque partes
verba vocentur, vel ex contrario illarum communem
nominationem per excellentiam haec pars quasi egre-
gia propriam possedit. Non irrationabiliter tamen il- 15
lud quaeritur, quare post nominis positionem non
eam partem, quae pro ipso nomine accipitur, ponimus,
id est pronomen, quae vice nominis cum verbo con-
tinet orationem: de quo manifesta probatio erit haec,
quod verborum quoque causa inventa sunt pronomina.
Nomina enim tertiarum sunt personarum indicativa,
id est tertias indicant personas; quippe quae nomina
substantiam et qualitatem, vel generalem vel pro-
priam significantia, similiter in omnibus possunt in-

B. Monac. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Iunt. Asc. *subjunctivum.* In sequentibus contra indicativos *ponitur, conjunguntur — desiderant* pro subjunctivis reposui e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Post *ponitur* Codicum jussu omisi *et quando non.*

§. 14. *ipsis verbis.* Sic Codd. Lips. A. Erl. Vulgo: *in ipsis verbis.* Post *tonat* omisi *pluit* auctoritate Codd. MSS. Lips. B. Erl. Ed. Asc.

ejus, id est. Ita Codd. Lips. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Vulgo: *ejusdem.*

§. 15. *possunt intelligi* pro *possint intelligi* scribi jusserunt Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph.

telligi personis inesse. Omnis enim persona et generalis et specialis capax est substantiae et qualitatis; potest enim esse homo, qui loquitur, et ad quem loquitur, et de quo aliquis loquitur, et Cicero dici, qui loquitur, et ad quem loquitur, et de quo aliquis loquitur. Itaque quia confusio infinitam faciebat perso-
16 nam, concessit ad sibi aptam, id est tertiam. Unde verborum quoque tertiae personae infinitae sunt. Nam prima et secunda et praesentes sunt tantum, et demonstrativae semper, et figurate assumunt nomina, ut *Virgilius ego*, sicut et *ille ego.* Possumus tamen etiam illud dicere, quoniam eorum, id est nominum, positiones cum fiunt, neque in persona indicativa sunt, id est loquentis, quod est suum primae personae. Neque enim sibi imponunt infantes nomina, neque ad ipsos pronunciantes nominationes facimus, quod est secundae personae. Ergo tertiae sunt nomina personae. Verba autem in tribus erant personis. Ideoque excogitabantur pronomina in personas definitas discreta, ut et nominis positionem, ut et verbi ordinationem, id est substantiam, et definitas personas indicarent, ut, ego scribo, tu scribis. Substantiam enim significat loco nominis positum pronomen, et personam verbo sibi adjuncto congruam indicat. Itaque nihil prohibet in tertia persona dicere, Aristarchus legit; quippe cum duae tertiae conjunguntur personae. Non tamen ideo tertiae pronominum personae supervacuae sunt, quia possumus in tertia persona ponere nomina. Quare in tertiis etiam personis inveniuntur pronomina, in par-
17 tibus ostendetur convenientibus. Ergo si supradicta

---

§. 16. *ut et verbi.* E Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Erl. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Asc. adjeci *ut.*
Substantiam enim. Ante *substantiam* expunxi *et* auctoritate Cod. MS. Erl.
conjunguntur. Indicativum pro subjunctivo restitui e Codd. MSS. Erl. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Mox et *inveniuntur* pro *inveniantur* dedi e Codd. MSS. Lips. A. B. MS. Monac. pro *convenientibus* exhibet *consequentibus*, quod ex interpretatione natum esse apparet. MS. Erl. omnia inde a *Quare* usque ad *convenientibus* omisit.
§. 17. *nominativi casus.* Codicum consensu coactus adjeci *casus.*
§. 18. *et hoc nullam.* Pro vulg. *on* ex ed. Asc. recepi *et.*

ratio vera est, manifestum est, quod jure praeponitur verbum pronomini, quod verbi quoque causa excogitatum est. Sed quod est majus, verba personarum, quae per nominativum intelliguntur, et sunt indicativa, et absolute accipiuntur. Qui enim pronuntiat *ambulo* vel *scribo*, non ad discretionem alterius personae definit. Pronomina vero nominativi casus primae et secundae personae ad discretionem alterius personae excogitata sunt, ut si dicam, *ego scribo*, *tu legis*, vel *ego et tu scribimus*, *ille legit*, *tu et ille scribitis*, *ego lego*: et si dicam, *ego et tu legimus*, nihil addens, ad caeteras omnes personas discernitur. Nisi enim discernere aliam personam velimus, non est opus nominativi casus pronomina addere verbo: obliqui enim casus pronominum apud Latinos absoluti sunt omnes. Nam Graeci compositum ἐμαυτοῦ absolute dicunt; ἐμοῦ αὐτοῦ vero discretive. Similiter alios casus obliquos. Absoluti autem dicuntur, quibus licet et sine discre- 18
tione aliarum uti personarum, et cum discretione. Sine discretione, ut, *da mihi panem*: et hoc nullam discretionem habet alterius personae. Sin autem dicam, *da mihi panem, illi autem vinum*, discretionem feci. In quo nominativus maxime valet, cum additur verbo, ut, *ego facio hoc*, *tu facis illud*. Cum enim per se *facio* primam personam ostendit, et habet in se vim nominativi absolutam, additio pronominis discretionem aliquam desiderat alterius personae, ut, *ego lego*, *tu scribis*. Terentius in Andria: *Vos isthaec intro auferte! Sosia, adesdum.* Idem in Adelphis: *Ego ibo intro, ut, quae opus sunt, parentur, tu*

---

ostendit — habet e Codd. Monac. Lips. Erl. recepi pro *ostendat — habeat*. In proxime sequentibus ante *additio* omisi *tamen* auctoritate Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. Langer. Gphb.

Terentius in Andr. Act. I. Sc. 1. vs. 1. MSS. Lips. A. Monac. A. *Vos intro istaec.* MS. Monac. A. *ades.* Lips. A. *addis.* Erl. *Sosiades.*

Ter. in Adelphis. Act. IV. Sc. 6. vs. 72. In Edd. Ald. Bas. Colon. Iunt. Putsch. legitur *eo* pro *ibo*. At ego vero e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Edd. Ven 1. 2. Asc. Erph. restitui *ibo*. Vereor enim, ne illud, e Terentii libris haustum, invito Prisciano obtrusum sit.

fac, ut dixi. Tamen etiam adjunctionem alterius recipit, ut ostendimus, personae, ut, *ego et tu facimus.* Participium etiam opportune post verbum ponitur, ex quo et nascitur, sicut de verbo tractantes ostendimus; quod necessario translationes verborum fiebant in casuales figuras cum generibus, quae eis accidunt, cum verba non possint consequentiam sui praesentare, ut etiam per obliquos casus adjungi possint, et sine conjunctione consociari, ut, *me legente proficio*, et *legens*
19 *proficio*, pro *lego et proficio.* Manifestum est autem, quod ipsius quoque positio nominationis, qua participium nominativum est, non bene servaretur, nisi post nomen et verbum poneretur participium, cum ex his utrisque per confirmationem pendens, ea pars accipiebatur: quomodo post masculinum et foemininum eorum abnegativum neutrum. Nisi enim praepositarum partium patiamur priorem positionem, reliquum est, ut nec participium vocare possimus, neque etiam neutrum: quoniam duorum praepositorum generum sit abnegativum. Participium quoque necesse est ex quibusdam praepositis partem capiens constare, sed neque aliam recte interponimus partem, id est pronomen, vel adverbium, vel conjunctionem, vel aliam aliquam, cum nullam ex earum proprietate partem capiat participium. Post participium Graeci articulum ponunt, quem nos, sicut in pronomine ostendimus,
20 non habemus. Nam idem, quod significat ὁ αὐτὸς, et qui, ὅςτις, quamvis videantur, quantum ex interpretatione, et praepositivos, et subjunctivos habere articu-

---

fiebant in casuales. Post *fiebant* expunxi *etiam* Codd. auctoritate.

praesentare. Cod. MS. Lips. B. *praestare.*

§. 19. *ex his utrisque.* *His* pro *eis* dedi e Codd. MSS. Lips. A. Monac. A. B.

accipiebatur. Haec est lectio MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. At vero Erph. et Ald. cum pedissequis Bas. Colon. Putsch. *accipiatur.* Mox ante *foemininum* omisi *post* auctoritate Codd. Lips. A. B. Erl. Monac. A. B.

neque etiam neutrum. Edd. omnes *etiam.* MSS. Lips. B. Monac. A. B. *tamen sit abnegativum.* Ed. Asc. *fit.*

§. 20. *quantum ex interpretatione.* Ita Codd. Lips. A. B. Erl. Ed. Asc. Reliqui libri editi *ad interpretationes.*

los, tamen, sicut latius docuimus, cum de pronomine tractabamus, non sunt articuli. Hic vero et haec et hoc indubitanter pronomina sunt, quae nisi in declinatione nominum, a grammaticis loco articulorum non recipiuntur. Nec mirum, cum apud Graecos quoque articuli inveniantur loco pronominum positi, ut apud Homerum: Ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, pro οὗτος γάρ: Ὅς γάρ ῥα μάλιστα ἥνδανε κηρύκων, pro οὗτος: Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, pro τοῦτον. Quod autem post participium pronomen sequi debet, non est quaestio, cum pene post nomen debeat poni, nisi propter supradictas causas. Apparet autem etiam, quod praepositio non primam habens positionem, neque antiquiorem aliis dictionibus, post supradictas bene ponitur: unde neque nominationem a propria aliqua significatione accepit, sed quia supradictis praeponitur partibus, quae si non ante sint, neque ea constare posset: quod etiam de participio diximus, ex quibus etiam ordinationem accepit: scilicet cum modo per appositionem, modo per compositionem praeponitur ante dictis partibus. Ergo natura quidem posterior est, constructione vero principalis. Adverbium quoque quod verbi est vi adjectivum, positio id est
nominatio quoque ejus ostendit. Quomodo igitur in 21
secundo loco verbum post nomen, sic etiam adverbium in secundo loco post praepositionem bene ponitur, quae per appositionem dictionis vim sibi defendens praeponitur nominibus, vel aliis casualibus. Composita enim vim dictionis non habet, concidens in

---

Homerus. Iliad. *A.* vs. 12. *Ὅς γάρ ῥα* etc. Odyss. *Π.* vss. 172. 73. *Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος* Iliad. *A.* 121.

sequi debet. Tres Codices *debeat.* Mox *aliqua* ante *significatione* omittunt duo Codd. Editiones omnes in *debet* et *aliqua* consentiunt.

ordinationem pro *ordinem* recepi e MSS. Erl. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc.

Adverbium quoque. Pro vulg. *vero* e MSS. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. restitui *quoque.*

§. 21. *post nomen.* Additur vulgo *est*, quod auctoritate Codd. MSS. Monac. A. Lips. A. expunxi. Pro *concidens* Ed. Asc. *concedens.* Paulo post *in eam* scripsi secundum Cod. Monac. pro *in eam partem.*

eam, cui adjungitur. Post supradicta vero omnia conjunctio jure accipitur, cum nullum possit per se significare sensum absque suprapositarum dictionum materia; quomodo corporum quoque vincula inutilia sunt, si non sint corpora, quae ab eis vinciantur. Possumus autem et amplioribus rationibus de ordinatione partium demonstrare: sed quia non de ea propositum nobis est, sufficiat hucusque dicere.

III
22 Illud etiam primum quaerendum, antequam de constructione singularum orationis partium tractemus, quare interrogativa dictionum in duas partes orationis solas concesserunt, id est in nomen et adverbium. Et quare non in unum nomen, et in unum adverbium, sed in ampliora, ut quis, qualis, uter, quantus, quot, quotus, quotenus, cujus, cujas, qualiter, qua, quo, ubi, quando, unde, quotiens. An haec etiam est approbatio, principales duas partes orationis esse nomen et verbum? quae quando in notitia non sunt, habent de se interrogationem frequenter accipiendam? Inveniuntur autem in pluribus, sicut ostendimus, et nominibus et adverbiis propter rationem hujuscemodi, quod in his solis dubitatio pot-
23 est fieri substantiae, vel qualitatis. Nam substantiam alicujus suppositi quaerentes, dicimus quis movetur? quis ambulat? quis loquitur? cum manifestus sit actus, id est motus vel ambulatio, vel loquela, persona vero agens incerta. Ideo subjectiones nominativae fiunt appellativorum vel propriorum, propriis nominibus ma-

---

cum nullum possit. Vulgo: *posset.* Nos auctoritatem Codd. MSS. Lips. A. B. Gphb. Langer. Erl. Monac. secuti *possit* scripsimus.

§. 22. *in unum adverbium.* Adjeci e Codd. *in.*

vel qualitatis. Quod Edd. omnes addunt *vel quantitatis*, id abest a Codd. Lips. A. B. Erl. Monac. A. B.

§. 23. *quotenus.* Edd. Ven. 1. 2. *quotennis.*

Plaut. in Poen. Act. V. Sc. 2. vs. 32. (848. 49. ed. Both.) Cf. Lib. XII. Cap. 6. §. 29. Edidi loco illo, *quid sit.* Edere debebam, *qui sit.* Nam quamvis illa quoque lectio Codicum auctoritate commendetur, sunt tamen alii libri, qui recte *qui sit* exhibeant. Sic hoc quidem, quem nunc tractamus, loco Codex Monac. B. Ed. Asc. *quid sit* exhibent; Cod. vero Monac. A. *qui sit* praestat. Hanc igitur lectionem recepi.

nifestantibus etiam generalem substantiam. Respondemus enim, homo ambulat, vel equus, vel Trypho, in quo etiam homo intelligitur; vel etiam pars subjicitur, quae pro nomine accipitur proprio, id est pronomen, quando dicimus, *ego*. Et quia incerta erant accidentia praepositis nominibus, (ipsum enim per se quis interrogativum nomen substantiam solam quaerebat, cui accidebat quale et quantum) excogitabatur etiam de iis interrogatio, cum qualitatem quaerentes dicimus qualis, quantitatem vero quantus, numerum vero quot, et quotus, et quotenus, et per derivationem, quae apud Graecos non est, possessivum, cujus, cuja, cujum, et gentile, cujas, cujus nominativum etiam, cujatis, communi genere proferebant antiqui. Plautus in Poenulo, *Qui sit, cujatis, unde sit, ne parseris; quid est? cujates estis, aut quo ex oppido?* Idem
24 in Menaechmis, *Rogitant, cujatis sit?* Ergo si praenoscitur, quis sit, id est si de substantia sciamus, et qualitatem quaerimus, tunc supradictis utendum est, ut puta, *quis legit? Trypho, qualis? sapiens vel doctus: grammaticus vel orator?* Et in omnibus quaerendis, quae possunt accidere per adjectivam significationem eis, quae ad interrogationem *quis* referuntur. Est tamen et cum substantia et qualitate in ore posita, et aliis coaccidentibus additur interrogatio, pertinens ad proprietatem nominis, ut si dicam, *quis est ille Romanus, formosus et magnus?* Possum enim, videns aliquem, scire ejus et substantiam, et gentem, et qua-

---

Idem in Menaechmis. Act. II. Sc. 2. vs. 65. (255. ed. Both.). In libris editis hic versus legitur ita: *Rogitant, quojates sit, aut quo ex oppido.* Pro *quojates* scripsi *cujatis*, et omisi ultima, cum Codices partim omittant, partim varie scripta exhibeant.

§. 24. *Quis sit* pro *quid sit* e Codd. MSS. Lips. B. Erl. Monac.

grammaticus vel orator. Vulgo praemittitur *uter*, quod delendum esse censui. Deinde auctoritate Codd. Lips. A. Monac. pro *an* edidi *vel*.

referuntur. Edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. Putsch. addunt *nomina.* Codd. MSS. Lips. A. B. Monac. *nominibus.* Equidem auctoritate Edd. Ven. Asc. utrumque omisi.

aliis coaccidentibus. Ante *aliis* expunxi *in* auctoritate Codd. Lips. A. B. Erl.

litatem, et quantitatem, proprietatem vero solam quaerere. Quod ostendit Virgilius in sexto: *Atque hic Aeneas (una namque ire videbat egregium forma juvenem, et fulgentibus armis, sed frons laeta parum, et dejecto lumina vultu) quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?* Et substantiam enim et qualitatem videns, et quantitatem, tamen proprietatem quaerens, *quis* dixit.
25 Adverbia quoque referuntur ad ignotos verbi affectus, vel per qualitatem, cum dicimus, qualiter legit, reddentesque ei adverbium, quod adjectivi vice fungitur verbo, respondemus, bene, rhetorice, sapienter. Sin autem non qualitatem quaerimus, sed tempus, in quo actum est aliquid, dicimus quando, eique iterum redditur heri, nuper, pridem. Vel locum, in quo aliquid geritur, ubi, quo, qua, unde? Sed ubi in loco, quo ad locum, qua per locum, unde de loco significat. Videmur tamen etiam substantiam ipsius actus quaerentes dicere quid agit? cui respondetur nil, vel currit, vel loquitur. Quomodo et quantitatem quaerentes dicimus, quantum currit? multum, parum. Causam quoque quaerentes interrogativis utimur, ut, cur, quare? Numerum etiam, ut, quotiens? ad quod ex omnibus numeris adverbia reddi possunt, ter, quater, et reliqua. Praeterea totiens et multotiens, et saepe, saepius, saepissime, quae sunt infinita. Quamobrem igitur praepositivae partes, id est interrogativae, vel nominativae fiunt, vel adverbiales, ostendimus, quarum de constructione in sequentibus demonstrabitur.
26 Ergo quia reliquae partes orationis ad nominis et verbi

Vigr. in sexto. Aen. vs. 861. seqq.

§. 25. *verbi affectus.* Codices omittunt *verbi;* editiones tuentur.

videmur tamen. Codd. tres *videmus.* MS. Monac. omisit sequentia, *quomodo et quantitatem — parum.* Pro *vel parum* edidi *parum.*

multotiens. Hanc lectionem ego e MSS. Lips. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. recepi pro vulgata, *aliquotiens.*

fiunt pro *fiant* restitui e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Iunt. Asc.

§. 26. Addunt Codd. Lips. A. B. Erl. *ut legens perficio,* quod additamentum abest ab Edd. omnibus.

§. 27. *praepositivis articulis.* Edd. Ven. 1. 2. *praepositivus articulus.* Primo quidem arridebat haec lectio; diligentius

constructionem referentur, ex quibus etiam nominationem habuerunt, oportet de singulis tractare, id est et de eo, quod in loco sumitur, vel assumitur, ut pronomen loco nominis, *ego feci;* assumitur nomini, *Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit etiam Georgica;* et de eo, quod assumitur solum, ut adverbium verbo, et conjunctio verbo et nomini. Et praeterea de participio, quod loco verborum sumitur, et cum verbis assumitur. Sed quoniam Apollonius de constructione, id est *περὶ συντάξεως*, scribens ab articulis, qui nominibus adhaerent, coepit, nos quoque ab eis, quae loco articulorum sumi possunt apud nos, incipiamus.

Articulus secundam notitiam suppositorum demon- IV
strat. Si enim dicam, *ἄνθρωπος ἦλθεν*, primam noti- 27
tiam ostendo: sin, *ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν*, secundam. Deficit autem praepositivis articulis lingua Latina. Nam pronomen hic, quod grammatici in declinatione nominum loco praepositivi, ut dictum est, ponunt articuli, nunquam in oratione sensum articuli habet. Unum solum pronomen compositum invenitur apud nos *τὸ idem*, quod secundam notitiam ejusdem personae significat, cujus interpretatio apud Graecos cum praepositivo articulo relativum pronomen habet, *ὁ αὐτός*. Et apud illos quidem duae partes orationis sunt, *ὁ αὐτὸς*, *ὁ*, quod est articulus praepositivus, et *αὐτὸς*, quod est pronomen relativum. Apud nos vero una pars est composita ab *is* et *demum* per apocopam, quomodo exin pro exinde, et dein pro deinde. Qui vero (quod interpretatur *ὅστις*, quod est subjunctivus arti-

---

autem inquirenti repudianda visa est. Certum enim videtur esse, Priscianum verbo *deficio* passivam vim tribuisse. Cf. Lib. VIII. Cap. 7. §. 34. pag. 384. quo quidem loco diserte hoc tradi videtur. Doleo tamen, typothetae errore ibi vulgatam lectionem *defio* relictam esse, quam mihi vel maxime improbari dixi in Nota critica, ex qua textus corrigendus est. Sic et Lib. X. Cap. 4. §. 22. (Vol. I. p. 489. l. 1.) pro *deficior* auctoritate Codd. MSS. Lips. 1. 2. 3. Edd. Ven. 1. 2. legendum et corrigendum est *deficio* pro *deficior*. MS. Hdb. *defio*. Hoc igitur loco *deficit* idem significat, quod *destituitur*. Nec Codices sollicitari volunt vulgatam lectionem.

per apocopam. Additur in libris editis praeter Ven. 2. *um.* Scripti plerique ignorant. Risum moveat lectio Ed. Ven. 1. *apocopeniam.*

culus cum nomine infinito apud illos; apud nos vero una pars est et simplex, quae relativa est τȢ quis, infiniti vel interrogativi) potest subjunctivi loco articuli accipi, quomodo et Graeci ὅστις frequentissime ponunt loco ὅς, articuli subjunctivi, nisi in dividendis. In illis enim nec nos qui, nec illi ὅστις referunt. Sed illi articulis subjunctivis utuntur, nos vero pronominibus vel nominibus, ut τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν
28 εἰσὶν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροί. Nos dicimus, hominum hi sunt boni, illi mali, vel, alii sunt boni, alii mali: τοῖν δυοῖν Αἰάντοιν ὁ μὲν Τελαμῶνος, ὁ δὲ Ὀϊλέως υἱὸς ἐγένετο; duorum Aiacum alter Telamonis, alter Oilei filius fuit; vel, hic Telamonis, ille Oilei filius fuit. Et sciendum, quod in hujuscemodi constructione dividuorum, si per praesumptionem, id est κατὰ πρόληψιν, praeponitur plurale verbum ad utrumque sequens, licet nominativum anteferre, ut, *aquilae devolaverunt, haec ab oriente, illa ab occidente.* Sin ad ea, quae dividuntur, singulariter verba consequantur, genitivum oportebit praeponi pluralem dividendum, ut, *aquilarum altera devolavit ab oriente, altera ab occidente.* Nec mirum hoc fieri, cum verbum praepositum sive consequens jure sibi exigat nominativum. Itaque si et

---

§. 28. *altera ab occidente.* Jam in Edd. Ald. Bas. Iunt. Colon. adduntur haec: *Et e contrario quam supra dictum est, si singulare verbum praeponatur, licet nominativo uti, ut, Genus humanum est partim bonum, partim malum. Quod si genitivus praeferatur ad id quod dividitur, necesse est verbum ad ea, quae dividuntur, praeferre, sive sint illa pluralia sive singularia, ut, Generis humani hoc est bonum, illud malum, et, Generis humani hi sunt boni, illi mali.* Haec omnia absunt a Codd. Monac. A. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Nec quisquam facile sibi persuadeat, haec ab ipso Prisciano tradita et exposita esse. Vel solus usus verbi *praeferre* docet, spuria ea esse, et ab interpolatrice manu adsuta.

§. 29. *redduntur.* Vulgo: *reddantur.* Receptum indicativum praestant Codd. MSS. Lips. A. Erl. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Asc.

Homerus ἐν τῷ μ' Ὀδυσσείας. vs. 73. Pro δύο restitui δύω. Mox vero pro τῶν δύω σκοπέλων scribendum fortasse fuit τοῖν δυοῖν σκοπέλοιν. Retinui tamen illam lectionem, cum Priscianum usum Homeri servasse probabile sit. *Δύω* vero pro δυοῖν et ποταμῶν pro ποταμοῖν ab Homero dici, demonstrat locus Odyss. κ. 515. notate illud *Fr. Thierschio*, amico dulcissimo, in libro bonae frugis plenissimo (Griech. Gram-

quod dividitur, et illa, in quae dividitur, volumus per obliquos casus proferre, necesse est participio uti, quod loco verbi accipitur obliquis adjungendum, et transitionem facere, ut, *aquilarum volantium, alterius ab oriente, alterius ab occidente, similis est celeritas;* vel per dativum, *aquilis volantibus, huic oriens, illi relinquitur occidens;* et per accusativum, *aquilas volantes, hanc oriens, illam misit occidens.* Auctoritas ta- 29
men veterum est, quando pro genitivo plurali nominativum praeponit, quamvis ad sequentes res, id est divisas, singulariter verba redduntur, ut Homerus ἐν τῷ μ Ὀδυσσείας, *Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.* Cum ars exigeret genitivum dicere, id est, τοῖν δὲ δύω σκοπέλων, pro eo nominativo est usus. Similiter si quis dicat, *duo fratres, alter major, alter minor est*, vitium facit. Debet enim dicere, *duorum fratrum alter major est, alter minor;* et, *duorum oculorum alter dexter, alter sinister est.* Livius in XLI. *Periti religionum jurisque publici, quando duo ordinarii consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant recte comitia habere posse.* Sed interest etiam hoc inter ὅς et *qui:* quoniam apud illos ὅς etiam pronominis loco accipitur demonstrativi

---

matik. Leipz. 1818.) p. 277. In alia omnia abeunt Edd. Erph. Asc. Iunt. Ven. 2. Hac enim plane diversum ab laudato Homeri locum exhibent:

Νεστορίδας δ' ὁ μὲν οὔτασ' Ἀτύμνιον ὀξέϊ δουρὶ
Ἀντίλοχος, λαπάρης δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος.

Deinde addunt: *Cum ars exigeret genitivum dicere, id est Νεστορίδων δ' ὁ μὲν, pro eo nominativo est usus,* et *ἄμφω δεξαμένω, γεραίτερος εἶεν Ὀδυσσεύς.* In Editione Asc. ad marginem haec notata invenies: *In veteri Codice legitur οἱ δὲ δύο σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὸν* (ον pro υν) *ἱκάνει. Cum ars exigeret genitivum dicere, id est τοῖν δυοῖν σκοπέλοιν, nominativo est usus.* Lectio igitur *τοῖν δυοῖν σκοπέλοιν* auctoritate veteris Codicis nititur, cum recepta tali testimonio destituta sit. Nec tamen multum tribuerim diligentiae editoris Paris. in excerpendis Codicibus.

alter sinister est. Quae in Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Putsch. his addita leguntur, *non duo oculi, alter dexter, alter sinister est*, ea, cum absint a Codd. MSS. Lips. A. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Iunt., exturbavi.

Livius in XLI. Cap. 18. Freinsh. Suppl. II. inserta sunt, quae sequuntur. Pro *religionum* Codd. tres *legionum*, scilicet ut acumen librariorum admirari possis. Adjeci, *id est.*

οὗτος, quod significat apud nos *hic.* Ἀόριστόν quoque hoc idem, id est τὸ ὅς, nominant μόριον, id est infinitam particulam, quando pro ὅστις accipitur, quod proprie est apud nos *qui*, ut, *qui interficiet tyrannum, praemium accipiet.* Et necesse est, eandem hanc esse partem orationis, quam quis, cum etiam obliqui in omnibus similes sint eorum casus, absque accentibus. Et qui quidem pro quis infinito vel interrogativo accipitur, quis vero pro qui relativo nunquam. Quomodo ergo qualis et quantus, sive interrogativa sint, sive infinita, sive relativa, quamvis mutent accentus, non sunt diversae partes, sic neque supradicta. Sed latius de eorum potestate, cum de pronomine scribe-
V bamus, tractavimus. Hoc idem, id est, *qui*, quotiens
50 subjungitur nomini, quomodo ὅς apud Graecos, necesse est non solum ad nomen praepositum, sed etiam ad id subjunctum alterum verbum proferri, ut, *virum cano, qui venit.* Si nominativo nominativus adjungitur, ad eandem personam verba referuntur, ut, *homo venit, qui scripsit.* Si duo obliqui sunt, ad aliam personam transitio fit verborum, vel in se reciprocatur, ut, *hominem, quem vitupero, accuso*, et *memet, quem vitupero, accuso:* sin alterum sit nominativi, alterum vero obliqui, ad nominativum non fit transitio verbi ab alia persona ad aliam, ad obliquum vero fit, ut, *homo venit, quem accuso*, vel *hominis, qui venit, mi-*
51 *sereor.* Omnia tamen, quae in transitione fiunt, pos-

---

hoc idem, id est τὸ ὅς. Adjeci, *id est.* Mox *pronominis loco* pro *loco pronominis* e Codd. dedi.

qui interficiet — accipiet. Edd. omnes *interficiat — accipiat.* Nos Codd. MSS. Erl. Monac. Lips. A. B. secuti sumus.

§. 50. *ad id subjunctum.* Pessime alma errorum mater Aldina cum filiabus Bas. Colon. et nepte fidissima Putsch. *ad ei subjunctum.* *Id* pro *ei* Codd. Lips. A. Erl. Langer. Gphb. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. *Subjunctivum* pro *subjunctum* exhibent Edd. Ven. 1. 2.

§. 51. *gloria contingit.* Edd. Colon. Asc. *contigit.*

§. 52. *Terentius in Andria.* Act. I. Sc. 1. vs. 121. *ab illo* omiserunt Codd. Lips. A. B. Erl. *negat filiam.* Ita Codd. plerique pro *filiam neget. deest enim ab eo.* Vulgo: *ut ab eo, qui neget.* Omisi *ut* et *qui neget* auctoritate Codd. Monac. Edd. Ven. 1. 2. sensuque id flagitante.

qualis Homerus, fuit Virgilius. Quibus in Edd. addita legun-

sunt etiam in reciprocatione fieri, quomodo qui, et
ejus obliqui omnes, ad nominativos omnium casua-
lium bene referuntur, ut, *Virgilius qui scripsit, Vir-
gilius cujus scripta extant, Virgilius cui gloria con-
tingit, Virgilius quem laudant, Virgilius, quo docente
bene proficitur.* Sic et ex contrario nominativo ejus
omnes aliorum casus bene adjunguntur, ut, *qui scri-
psit Bucolica, Virgilius poeta magnus fuit; qui scripsit
Aeneida, Virgilii sunt Georgica; qui scripsit Aeneida,
Virgilio gloria contingit; qui scripsit Aeneida, Virgi-
lium laudo; qui scripsisti Aeneida, Virgili, vivis me-
moria; qui scripsit Aeneida, Virgilio florent studia.*
Licet autem et praepostere haec dicere. Sciendum ta- 52
men, quod per ellipsim aliorum casualium haec saepe
inveniuntur relativa, ut Terentius in Andria: *Ita tum
discedo ab illo, ut qui se negat filiam daturum;* deest
enim *ab eo.* Et, *venit, cujus causa est;* deest *iste;*
et, *exigit, cui debeo;* et, *minatur, quem timeo;* et,
floret, quo valeo. In omnibus enim subaudiendus est
nominativus. Nam vocativum relativa non habent.
Qualis quoque, et quantus, et quot relativa, per de-
fectionem talis, et tantus, et tot, frequenter inveni-
untur. Nec mirum relativis positis, quae secundam
cognitionem significant, etiam antecedentia vel reddi-
tiva intelligi, licet non sint dicta, ut, *qualis Home-
rus, fuit Virgilius.* Relativa autem, nisi sint posita,
intelligi minime possunt, nisi in demonstratione. Tunc

---

tur haec: *ut in secundo Aeneidos: Millia quot magnis nunquam venere Mycenis. Horatius in Epodo: Senem, quod omnes rideant, adulterum Latrent suburbanae canes, nardo peruncium, quale non perfectius meae laboraverunt manus, pro tali, quali non perfectius. Et nota figuram, quod pro nominativo vel accusativo vel ablativo solum posuit nominativum, quomodo et Terentius (ut supra dictum est) in Andria: Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam neget daturum. Horatius in primo Sermonum: Occurrunt animae, quales neque candidiores terra tulit, pro tales animae, quales candidiores neque terra tulit.* Haec absunt a Codd. Monac. B. Erl. Lips. B. Cod. MS. Lips. A. habet quidem priora usque ad *quale non perfectius;* reliqua vero inde a *meae laboraverunt* idem, ut caeteri, omisit. Si Priscianus haec ipse addidisset, post *frequenter inveniuntur* posuisset. At vero homo quidam, non insulsus ille, si quidem vitia tollas, haec adscripsit.

enim et sine relativis possumus redditiva proferre, ut, si ostendentes Virgilium, dicamus, *talis fuit Homerus:* vel, Thesea demonstrantes, dicamus, *tantus fuit Her-*
33 *cules.* Huic nomini, id est quis, quod est interrogativum vel infinitum, redditur qui relativum, ut, *quis scripsit Bucolica? qui etiam Georgica.* Hoc tamen idem, id est quis interrogativum, proprio quoque nomini adjungitur cum verbis substantivis vel vocativis similem vim habentibus. Et pronomen etiam redditur huic, *quis est Trypho?* vel, *quis nominatur Trypho? ego vel tu, vel ille;* vel e contrario cum pronomine adjunctum τὸ quis nomen desiderat sibi reddi. *Quis est ille?* vel, *quis ille vocatur? Achilles.* Et manifestum est ex hoc quoque, quod, quando nomini adjungitur, substantiam definitam in aliqua certa persona quaerimus suppositi. Hanc enim solam ostendunt pronomina, quorum demonstratio sibi quoque accidentia consignificat, unde ad omne suppositum per-
34 tinent. Quando vero pronominibus jungitur *quis,* substantiam quidem intelligimus, non etiam proprietatem qualitatis, quae nomine explanatur. Et est manifestum, quod loco propriorum nominum pronomina accipiuntur, cum ex eorum interrogatione propria intelliguntur. Cum enim dico, *quis es tu?* vel *ille?* sine dubio de quibusdam finitis hoc dico substantiis, in quibus etiam proprietates desidero scire; et cum a propriis quoque pronominativae redditiones fiunt, ut, *quis est Trypho? ego,* vel *ille.* Cum autem per se quis ponitur interrogativum, potest verbo cuicunque adjungi, ut, *quis ambulat? quis loquitur? quis legit?* Et si pronomen redditur, non eget altera interrogatione: sin vero nomen potius, eget altera interrogatione propter multorum similitudinem nominum, ut, *quis currit? Ajax. Quis Ajax? Telamonius, vel Locrus.* Qui vero dicit, *qualis homo vicit?* de hominis qualitate adje-

§. 34. *Quis Ajax.* Ita Codd. Lips. Erl. Monac. Edd. Ven. Iunt. Asc. Vulgo: *qui Ajax.*
Locrus pro *Locrius* recepi ex ed. Asc.
proprio redditur nomine. Vulgo: — *nomini.* Receptam lectionem hausi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Ed. Asc.
§. 35. *nomini quidem proprio.* E Codd. Lips. A. Erl. *proprio* add.
§. 36. *et omnia accidentia his, in ipsis sunt speciebus.* Vulgo: *omnia substantiis accidentia, his in ipsis* rel. Haec est le-

ctiva dubitat, cum substantiam atque actum cognoverit.
Qui autem dicit, *quis homo vicit?* generalem quidem
scit substantiam et qualitatem personae, specialem au-
tem desiderat, quae proprio redditur nomine, ut, *quis
homo vicit Pompejum? Caesar.* Cum autem dico, *quid* 35
est animal rationale mortale? speciem mihi volo mani-
festari, id est hominem; quae quamvis videatur esse
communis omnium hominum, tamen est etiam propria
ipsius speciei incorporalis. Qui vero interrogat, *qua-
liter homo vicit?* de homine non dubitat, sed de modo
actus. Et nomini quidem proprio tam substantiva
quam vocativa adjunguntur verba, pronomini vero tan-
tum substantiva, quia in his, quae nominantur, in-
est substantivum, ut, *Trypho sum, Trypho vocor.* Non
tamen substantivis, quae sunt pronomina, inest pro-
pria positio nominum, id est verba vocativa. Nemo
enim dicit, *ego nominor*, vel *tu vocaris*, vel *ille nun-
cupatur*, ad pronomen referens verba, quomodo, *Try-
pho nominor*, vel *Cicero vocaris, Virgilius nuncupa-
tur*, bene dicimus. Nec mirum, diversae potestatis 36
verba diversis convenire constructionibus, cum volun-
taria, id est affectiva, quoque videmus solere infini-
tis adjungi, ut volo legere, cupio scire, studeo discere.
Quaeritur hic, quamobrem, cum nominativae inter-
rogationes per nomina soleant fieri, non etiam verba-
les fiant per verba. Ad quod dicendum, quod nomi-
num quidem et substantiae et qualitates et quantitates
et numeri, et omnia accidentia his, in ipsis sunt spe-
ciebus nominum: substantiae, ut animal, homo; qua-
litates, ut bonus, prudens; quantitates, ut maximus,
parvus; numeri, ut multus, paucus. Itaque sunt no- 37
mina generalem significantia substantiam, vel qualita-
tem, vel quantitatem, vel numerum, quae necessario
infinita sunt: quippe cum omnia suarum generaliter
specierum comprehendant in se nomina: unde quidam

---

ctio Ed. Asc. quam recepi, cum non solum sententia ipsa, sed etiam Codicum auctoritas id suaserit. Nam Codices omnes omittunt *substantiis et his* ponunt post *accidentia*.
multus, paucus. Vulgo: *multus, modicus, paucus.* Vocem mediam omittunt MSS. Erl. Lips. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc.
§. 37. Ante *substantiam* omisi Codd. auctoritate *vel.*
necessario infinita sunt. Post *necessario* Edd. inserunt *et*, quod libri MSS. ignorant.

ea et pronomina esse existimaverunt; quia generaliter pro omnibus aliis accipiuntur nominibus, quomodo et pronomina. Sed pronomina et finita volunt esse, et loco propriorum accipiuntur, et substantiam solam sine qualitate significant, quantum in ipsa voce est eorum, cum supradicta generalia nomina penitus sint infinita confusione omnium sub se specierum. Itaque eis utimur ad speciales interrogationes substantiae, vel qualitatis, vel quantitatis, vel numeri. Substantiae, ut quis: qualitatis, ut qualis: quantitatis, ut quantus: numeri,
38 ut quot. Verba vero generalem substantiam, vel qualitatem, vel quantitatem, vel numerum per se significare non possunt. Ideoque, quemadmodum officio adjectivi funguntur adverbia ad significandam verborum qualitatem, vel quantitatem, vel numerum, vel tempus, vel locum, sic etiam ad generales eorum interrogationes eadem accesserunt. Quomodo igitur nominum substantiam quaerentes, quis dicimus, sic etiam verbi actum vel passionem quaerentes, quid agit vel quid patitur dicimus. Cum enim deficiunt adverbia, loco eorum subeunt nomina, ut Terentius in Eunucho: *Quid agitur? statur.* Qualitatem vero cum quaerimus, qualiter dicimus, vel quomodo, vel ut. Horatius in II. Sermonum: *Ut Nasidieni juvit te coena beati?*
39 Quantitatem vero, quantum; numerum, quotiens. Et notandum, quod non solum adverbia, sed etiam nomina loco adverbiorum, ut dictum est, posita frequentissime invenimus cum verbis. Et quomodo supradicta generalia nomina sunt infinita, vel interrogativa, vel

---

§. 38. *Terentius in Eun.* Act. II. Sc. 2. vs. 40. *Horatius in II. Sermonum.* Sat. 8. vs. 1. MS. Lips. B. *te juvit coena.* Edd. Ven. 1. 2. Erph. *Nascideni.* Cf. Ric. Bentleji notam ad l. l.

§. 39. *ποῖος καὶ οἷος.* Haec ego dedi ex Edd. Erph. Asc. Ven. 2. Putschius cum reliquis edidit *ποῖος καὶ ὁποῖος*, quod falsissimum est. Nec satis recte Cod. Mon. *ποῖος καὶ ποῖος.* Receptam lectionem recte habere docet locus Apollonii Alexandrini de Syntaxi p. 61. ed. Frid. Sylb. (p. 55. ed. Imman. Bekkeri). *Τὸ οἷος ἀπὸ δασείας ἤρξατο, καὶ πάλιν τὸ τούτῳ σύζυγον καὶ τὸ φωνῆεν παρῃτήσατο καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῷ φωνήεντι, καὶ ἐντεῦθεν παρεδέξατο ψιλὸν ἀντίστοιχον τὸ τ̄ τοῖος. Καὶ ἔτι τὸ ποῖος, ἀρξάμενον πάλιν ἀπὸ ψιλοῦ ἀντιστοίχου, ἔσχε τὸ σύζυγον ἀναγκαίως ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενον ἐν πνεύματι τῷ τοῦ οἷος.*

relativa, vel redditiva, sic adverbia quoque inveniuntur, ut nomen infinitum quis et aliquis, adverbium *aliquo*, et *alicunde*, et *alicubi*, et *aliqua*. Nomen interrogativum et relativum qualis, *ποῖος καὶ οἷος*, et quot, *πόσοι καὶ ὅσοι*. Similiter et adverbium interrogativum et relativum qualiter, *πῶς καὶ ὅπως*, quotiens, *ποσάκις καὶ ὁσάκις*. Nomen redditivum talis et tot, adverbium taliter et totiens. Et quemadmodum nomina interrogativa generalem accentuum legem servant, relativa vero in fine acuuntur (sed in contextu orationis praeposita ipsum quoque acutum in gravem convertunt, ut quis vel qui, cujus, cui, qualis, quantus) sic adverbia qualiter, quotiens. Lucanus in I. *Qualiter expressum ventis per nubila fulmen.* Idem in eodem: *Cursumque furoris Teutonici, quotiens Romam fortuna lacessit, hac iter est bellis.* Hoc idem localia et tempo- VI
ralia servant adverbia, quae omnes generaliter species 40
localium vel temporalium, tam adverbiorum quam nominum sibi subjungunt, quae tam interrogativa sunt, quam relativa, quatuor differentias habentia. Ad locum, ut quo; in loco, ubi; de loco, unde; per locum, qua. Haec enim quoque relativa quidem gravantur per omnes syllabas, quando praeponuntur aliis dictionibus, quomodo et supradicta nomina, de quibus in libro, qui est de accentibus, latius tractavimus. Nec mirum tamen, adverbia in interrogatione verborum poni, quae loco adjectivorum eis sunt. Quomodo enim dico, *bonus homo, celer equus, sapiens vir*, sic dico, *bene vivit, celeriter currit, sapienter disputat;* cum et prono-

---

Miror Bekkerum, Virum egregie doctum, non notasse vitium editionis Putschianae.

πῶς καὶ ὅπως. His praemittuntur vulgo: *ποίως καὶ ὁποίως.* Haec Codicum auctoritate delevi.

ὁσάκις. Vulgo: *ὁποσάκις*, quod Edd. Ven. 2. Asc. Erph. recte repudiaverunt, in ejusque locum receptam lectionem admiserunt.

ipsum quoque acutum. Tres Codd. *accentum.* Ante *qui* adjeci e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *quis vel.*

Lucanus in I. vs. 151. Idem in eodem. vs. 255.

§. 40. *Hoc idem.* Omisi post haec *etiam* auctoritate Codd. et Ed. Asc.

in interrogatione. *In* omissum est in Codd. Lips. A. B. Erl. Ven. 1. 2.

mina, quae loco nominum sunt, ad interrogationes nominativas soleant loco nominum reddi, ut, *quis dixit?*
41 *Virgilius*, *vel Homerus*, vel *ego*, *vel tu*, *vel ille*. Et sciendum, quod omnibus pene dictionibus possumus interrogative uti, sed iisdem sufficienter respondetur vel adverbio negativo vel confirmativo, ut, si interrogem *homo est ille?* et respondeas vel *etiam* vel *non*; vel, *legitne? legit*, vel *non*, vel *etiam*; *doces?* vel *doceris?* vel *non*, vel *etiam*. Supradictis vero nominibus vel adverbiis, quia generaliter omnes in se species comprehendunt, omnibus sibi subjectis speciebus bene respondetur, ut, si dicam, *quis est ille?* potest ad hoc omnis substantiae species responderi, quae est supposita interrogationi, ut, *homo*, *equus*, *corvus*, *piscis*. Similiter si dicam *qualis*, omnes species qualitatis hujuscemodi interrogationi bene redduntur, ut, *bonus*,
42 *malus*, *albus*, *niger*, et similia. Similiter *quantus* interrogantibus, omnes species quantitatis aptissime subjiciuntur, ut, *longus*, *brevis*, *magnus*, *parvus*, et similia. Numeri etiam omnes, si interrogative proferatur *quot*, congrue referuntur, ut, *quot homines? tres*, *decem*, *mille*, et similia. Similiter possessivum infinitum, cujus, cuja, cujum, ad omnes species possessivorum pertinet, ut, si dicam, *cuja est filia haec?* recte respondeas, *mea*, vel *tua*, vel *illius*, vel *Priameia*, vel *Euandria*. Necnon etiam infinito cujas gentili opportune respondemus nominibus cunctis gentilibus, ut, *cujas est iste?* si quis interroget, perite respondetur, *nostras*, *vestras*, vel *Graecus*, *Romanus*, *Syrus*, et similia. Sic igitur etiam adverbiorum supradictorum ad omnes species sibi subjectas intendere possumus interrogationem, ut, *qualiter* interroganti, re-

---

§. 42. *Numeri etiam omnes*, *si interrogative proferatur quot*, *congrue* rel. Vitiosissime hunc locum Putschius cum caeteris ita reddidit: *Numeri quoque omnes*, *si interrogative proferantur*, *quot*, *congrue* rel. Nam si *proferantur* scribi volueris, dic, quaeso, quorsum referatur *quot*, et quod sit subjectum τοῦ *referuntur*. Falsissimum hoc. Recepta autem lectio *proferatur* et interpunctio emendata efficiunt, ut perspicua sit sententia. Recte sic Codd. Lips. Erl. Langer. Gplib. Ed. Asc.

§. 43. *huc vel illuc — et similia*. His adduntur in Edd. Ald. Iunt. Ven. 1. 2. Asc. haec: *Si vero ubi*, *respondes hic vel*

spondeo, *bene*, vel *male*, vel *cito*, vel *tarde*, et similia. *Quotiens* vero interroganti, *semel*, vel *bis*, vel *centies*, et similia subjicio. Sic etiam localia, si interro- 43
gem *quo?* respondes *huc*, vel *illuc*, *domum* vel *militiam*, *Romam* vel *in Italiam*, et similia. Non solum enim adverbia hujuscemodi localibus interrogationibus, sed etiam omnia nomina locum significantia licet subjicere. Ad locos quidem, praecedente *quo;* in locis vero, *ubi;* de locis, *unde;* per loca, *qua.* Eodem modo et temporalia invenis. Infinitum est aliquando; interrogativum et infinitum et relativum quando: ad quod omnia non solum adverbia, sed et nomina temporalia bene respondemus, ut, *quando? hodie, heri, cras, ante decem dies*, et similia. Appellativa quoque nomini infinito, quod est quis, solent subjungi, sed magis generalia aut specialia, ut, *quis invenit literas? homo; quis utilis est aratro? bos; quis natat in mari? piscis.* Sed videtur hic quoque res individua esse, cum de ipso generaliter animali est interrogatio. Similiter, si dicam multis praesentibus, *quis est de nobis grammaticus? quis orator? quis medicus?* et respondeatur, *ego quidem sum grammaticus, tu orator, ille medicus*, loco propriorum hic accipiuntur nominum, cum de propria substantia uniuscujusque personae, quam ipsa habet grammatica, vel rhetorica, vel medicina, respondetur. In definitionibus quoque solet ad interro- 44
gationes omnium rerum, quae definiri possunt, neutrum substantivum praeponi, et multa appellativa differentiarum nomina ad id referri, ut, *quid est animal? substantia animata:* et per conversionem, *quid est substantia animata? animal. Quid est homo? animal rationale mortale:* et per conversionem, *quid est*

---

illic domi vel militiae, Romae vel in Italia. Nec tamen his contenti fuerunt editiones Colon. Bas. Putschius. Hi enim sic pergunt: *Si vero quaeratur unde, respondes hinc vel illinc vel militia. Si quaeratur qua? respondes, hac vel illac, domo vel militia.* Absunt haec ab Edd. Ven. Asc. Erph. Iunt. Codices aut omittunt aut valde turbata exhibent. *et similia* adjeci e Cod. Lips. B.

quis est de nobis. Tres Codd. et Ed. Asc. *de vobis.*

propria substantia. Cod. Lips. B. *proprietate*, omissa voce *substantia.* Pro *uniuscujusque* tres Codd. et Ed. Asc. *unius.*

animal rationale mortale? homo. Idem licet facere per omnes definitiones; quamvis quantum ad generales et speciales formas rerum, quae in mente divina intelligibiliter constiterunt, antequam in corpora prodirent, haec quoque propria possint esse, quibus genera et
VII species naturae rerum demonstrantur. Est praeterea
45 notandum, quod tam nomina infinita, quam adverbia, si generalem habent pronunciationem, colligentem universalitatem numerorum, de quibus loquimur, geminantur apud Latinos, vel assumunt cunque, ut *quisquis*, vel *quicunque*, *qualisqualis*, vel *qualiscunque*, *quantusquantus*, vel *quantuscunque*. Terentius in Adelphis: *Tu quantusquantus, nihil nisi sapientia es*, pro *quantuscunque*. *Quotquot* et *quotcunque*. Horatius in II. Sermonum: *Vivere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. Utut* et *utcunque*, *ubiubi* et *ubicunque*, *undeunde* et *undecunque*, *quaqua* et *quacunque*. Inter *aliquis* et *ullus*, et *alicubi* et *usquam*, et *aliquando* et *unquam* hoc interest, quod *aliquis* et *alicubi* et *aliquando* absolute proferuntur, ut, *aliquis venit ad me*, similiter et *alicubi fuimus*, id est in aliquo loco, et *ali-*
46 *quando contingit*, id est aliquo tempore. Sin autem dicam *ullus*, pendet ex infinito omnium numero. Necesse est enim *ullus* omnium intelligere, et cunctos posse numeros ad hoc referri nec incongrue diminutivum esse unius dicitur. Et videtur hoc ad aliquid esse, quomodo *summus* et *imus*, *primus* et *ultimus*, ad omnia dicuntur, tam locis, quam temporibus, vel ordinibus subjecta, vel superposita. Similiter usquam ad omnia loca refertur, et unquam ad omnia tempora.

---

§. 44. ***constiterunt.*** Unus Cod. Erl. *exstiterunt.* Lips. A. *fuerunt.*

§. 45. ***universalitatem numerorum.*** Cod. Monac. A. *universitatem.*

Terentius in Adelphis. Act. III. Sc. 4. vs. 31. sive Sc. 3. vs. 40. Auctoritate Cod. Monac. A. omisi *es* post *quantusquantus*, quod libri editi habent.

Horatius in II. Serm. Sat. 7. vs. 14. Duo Codd. pro *sunt* referunt *sum*.

utut et utcunque. In libris editis leguntur praeter ea haec: *Terentius in Phormione: Utut haec sunt.* Meorum quidem Codicum nullus hunc locum refert. Quare omittendum esse censui.

Et sciendum, quod composita quoque eorum abnegativa sunt omnium generaliter, quae per ea possunt significari, ut nullus omnium deorum vel hominum, vel eorum quae sunt, id est, quae cadunt sub nomine. Similiter nusquam omnium locorum est abnegativum, et nunquam omnium temporum. Eandem habent dif- 47
ferentiam, ad simplicia infinita, illa quae componuntur ex eis geminatis, vel quae assumunt cunque, ut quis infinitum ad unum per se intelligendum pertinet. Horatius in II. Sermonum: *Et leporum avulsos, ut multo suavius, armos, quam si cum lumbis quis edat*, pro *aliquis*. *Quisquis* vero vel *quicunque* ad universos confuse dicitur. Similiter et *quot* certum desiderat numerum: *quotquot* vero, vel *quotcunque* ad universos confuse dicitur. Et *quis* quidem simplex potest et infinitum et interrogativum esse: compositum vero ab eo *aliquis* tantummodo infinitum. Similiter adverbia *quo*, *ubi*, *unde*, *qua* et *quando* possunt interrogativa et relativa et infinita esse. Virgilius in X. *Aspera quis natura loci dimittere quando suasit equos*, *quando* pro *aliquando*. *Aliquo* vero et *alicubi*, et *alicunde*, et *aliqua*, et *aliquando*, sine dubio infinita sunt tantum. Et *quis* vero quod est substantiae infinitum, 48
pro *qualis* et pro *quantus* invenitur. *Qualis* vero et *quantus* pro *quis non*. Virgilius in IV. Aeneidos: *Quis novus hic nostris successit sedibus hospes*. *quis* pro *qualis*. Idem in VI. *Qui juvenes quantas ostentant, aspice, vires*, *qui* pro *quales*. Similiter adverbium *qui*, quod est a nomine substantivo *quis*, pro *qualiter* accipitur. *Qualiter* vero pro *qui*, cujus propria significatio est pro-

---

aliquo tempore. Omisi ante *aliquo* praepositionem *in*, quae abest a Cod. Monac. A. nec, salvis grammaticae legibus, ferri potest.

§. 47. *Horatius in II. Serm.* Sat. 8. vs. 89. *ut multo*. Duo Codd. *et multo*. Mox pro *edat*, quod libri Prisciani cum scripti tum impressi exhibent, in edd. Horat. legitur *edit*.

confuse dicitur. In binis Codd. Monac. desideratur vox *confuse*. Pro *desiderat numerum* MS. Lips. B. *designat numerum*.

Virgilius in X. vs. 366.

§. 48. *Virgilius in IV*. vs. 10. *Virg. in VI*. vs. 771. *ostentant* e Cod. Monac. B. (sub nro. 280. A.) dedi.

pter quid, non accipitur. Terentius in Andria: *Quis tibi videor? miser aeque atque ego*, *quis* pro *qualis* dixit. Idem in Phormione: *Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem, hospites, tum cives? quo magis novi tanto saepius; quo* pro *quanto*. Idem in Eunucho: *Qui istuc? qui* pro *quomodo*. Idem in Andria: *Qui? quia te novi; qui*, id est *propter quid*. Et hoc tamen et alia quoque omnia adverbia interrogativa ad multas tendunt species interrogationum, quomodo
49 et supradicta localia et temporalia. Et sunt eadem, et relativa, ut *cur*, *quia*, *διατί καὶ διότι*. Horatius in I. Carminum interrogative: *Cur apricum oderit campum?* Idem in eodem relative: *Et altis urbibus ultimae stetere causae, cur perirent funditus*. Idem in eodem: *Neu miserabiles decantes elegos, cur tibi junior laesa praeniteat fide. Quianam similiter*. Virgilius in V. interrogative: *Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?* Terentius vero in Adelphis: *Quia praeter spem evenit*, relative dixit. Omnes enim species causarum eis respondentur, quomodo illis omnes species localium vel temporalium adverbiorum vel nominum. Quae vero ad diversas non pertinent species, adverbia interrogativa esse non possunt, ut hortandi, *eia*; vocandi, *heus*; respondendi, *hem*, et similia. Invenitur tamen *quisque* pro *quicunque*, *qualisque* pro *qualiscunque*. Similiter adverbia quoque pro *quocunque*, *quaque* pro *quacunque*, *quandoque* pro *quandocunque*. Virgilius in septimo: *O matres, audite ubi quaeque, Latinae: quaeque* pro *quaecunque*; potest tamen hic *ubi* pro

---

Terentius in Andria. Act. IV. Sc. 2. vs. 19. *Idem in Phormione*. Act. II. Sc. 2. vs. 13. (sive Act. III. Sc. 1. vs. 13.) Pro *tum* Cod. Monac. B. *tunc*. *deverberasse* pro *diverberasse* recepi e Codd. qui, *deliberasse* scribentes, ostendunt, syllabam *de*, non *di*, recte poni. Ita et ed. Iunt. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *verberasse*. Putsch. *diverberasse*.

Idem in Eunucho. Act. I. Sc. 2. vs. 41. *Idem in Andr*. Act. III. Sc. 2. vs. 22. Edd. Ter. *quia te noram*.

ad multas tendunt. MSS. Lips. A. B. Monac. A. Erl. *intendunt*.

§. 49. *Horatius in I, Carm*. Od. VIII. vss. 3. 4.

Idem in eodem. I. Od. XVI. vss. 18. 19. 20. Post haec *cur διόπερ* inepte adjecit, nescio quis. *Idem in eodem*. I. 38. vss. 2 — 4. Pro *Neu* tres Codd. *Heu*. Mox *miserabilis* e Cod. Lips. B. restitui pro *miserabiles*. Post *fide* expunxi *cur διότι* Codd. auct. Lips. A. B.

ubicunque accipi. *Quorsum* quoque ex quo et versum 50
compositum, tam interrogativum, quam relativum et
infinitum esse potest omnium localium ad regionem
aliquam vergere demonstrantium, ut si interrogem,
quorsum vadis? bene redditur *horsum*, *istorsum*, *sur-
sum*, *deorsum*, *dextrorsum*, *sinistrorsum*, *orientémversus*,
occidentémversus, et similia. Idem et relativum est, cum
gravatur, ut si dicam, *quorsum ille ierat*, *et ego ivi:*
et infinitum, ut, *quorsum ille vadit*, *et tu vade.* *Quo-
ad* quoque et infinitum et interrogativum et relativum
est. Accipitur enim pro *quousque*, et pro *quando*, quod
triplicem habet significationem, ut ostendimus. Te-
rentius in Phormione: *Quid? senem quoad expectatis
vestrum?* Interrogative dixit. Idem et relativum est, 51
ut, *Quoad jussisti, parui.* Et infinitum, ut, *quoad
libet, scribo.* Similiter *quousque*, *usque ad quod tempus*,
vel *usque ad quem locum*, et interrogativum et rela-
tivum et infinitum potest esse. Interrogativum, ut
Cicero in primo Invectivarum: *Quousque tandem abu-
tére, Catilina, patientia nostra?* Relativum, ut, *quous-
que visum est doctori, didici.* Infinitum, ut, *quousque
videatur tibi, venio.* Et localia quidem adverbia pro
temporalibus frequentissime ponunt auctores, tempora-
lia vero pro localibus nunquam. Virgilius in V. *Hic
patris Aeneae suspensam blanda vicissim gaudia perten-
tant mentem*, *hic* pro *tunc.* Idem in II. Aeneidos: *Inde
toro pater Aeneas sic orsus ab alto*, *inde* pro *postea* et
deinde.

Virg. in V. vs. 15. Post *nimbi* delevi *quia* διότι auctoritate Edd. Ven. 1. 2. et Cod. Lips. A.

Terentius in Adelphis: Quia rel. Nisi Act. V. Sc. 3. v. 29. *quae praeter spem evenere*, in mente habuit Priscianus, equidem, quem Adelphorum locum respexerit, nescio.

Virgilius in septimo. vs. 400. Hunc ego locum restitui Prisciano e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. cum absit ab Ald. Bas. Colon. Putsch. *quaequo* e Codd. Lips. B. Monac. A. et Ed. Asc. dedi pro *quaeque*, quod Edd. Ven. Iunt. exhibent. Cf. Heynium ad h. l. vel potius Heinsium. Nam Heynius Priscianum attigisse non videtur, ab Heinsii ore unice pendet.

§. 50. *Terentius in Phorm.* Act. I. Sc. 2. vss. 97. 98. *vostrum* scripsi pro *vestrum*, cum Codices *nostrum* exhibeant.

§. 51. *Cicero in I. Invect.* Locus est notissimus. *Virg. in quinto* vs. 828. *Idem in II. Aen.* vs. 2.

VIII 52 Quoniam de iis, quae loco articulorum accipi possunt apud Latinos, in supradictis ostendimus et de generaliter infinitis, vel relativis, vel interrogativis nominibus, quae relationis causa Stoici inter articulos ponere solebant, et de adverbiis, quae vel ex eis nascuntur, vel eorum diversas sequuntur significationes, consequens esse existimo, de pronominum quoque constructione disserere. Articuli enim cum nominibus in oratione accipiuntur, ea vero pro nominibus. Neque apud Graecos tamen pronomina demonstrativa, quippe praesentes ostendentia personas, quae in prima sunt cognitione articulorum, capacia esse possunt praepositivorum, quibus Latinitas caret, sicut docuimus. Et manifestum est, quod ideo et casus recipiunt pronomina, ut pro toto nomine subeant, id est, pro omnibus ejus casibus, personarumque omnium discretiva sunt, ut, quod deest nomini, id est personarum discretio, ea loco illorum prolata
53 compleant. Et nominis quidem habent casus, verbi vero personas. Itaque undique declinantur, duas generales declinationes assumentia, unam nominis, alteram verbi: nec per confusionem, sed per aptissimam partitionem. Terminationi enim injecerunt casualem declinationem, principio vero personarum divisionem. Est enim planum, quod, si in eadem parte duae fierent declinationes, contingebat casus mutationem impedimento fieri personarum discretioni: et contra personarum transitione corrumpi casuum proprietatem; quare casum quidem discernens efficit, mei mihi me, personam vero mei tui sui, personam vero et casum mei tibi se. Et in omnibus definitum est supradictis, id est personis et casibus, in quibus etiam numeri manifestantur propter distributionem, quae in utramque partem eorum discessit, id est principium et finem. Utraque tamen declinatio, tam casuum, quam personarum ad proprias partes absistens, id est

---

Cap. VIII. §. 52. *de iis.* Vulgo, *de his.* Codd. *de hiis.*

§. 54. *Non arbitror.* Auctoritate Codd. et Edd. Ven. omisi post *arbitror* vocem *autem*, et post *quare* eam posui.

Et certum quidem accidens est. MS. Monac. B. Ed. Asc. *Et certum, quod accidentium est ejus.* MS. Lips. B. *Et certum,*

ad nomen et verbum, fine utebatur, ut, bonus, bona,
bonum, boni, bonae, bona, scribo, scribis, scribit.
Non arbitror necessarium esse, si quis quaerat, quare 54
autem in pronomine non concedebatur personis ma-
gis terminatio, quemadmodum in verbis, quam prin-
cipium? quia oportebat semel uni concedere parti
finem; et si est dicendum rationabiliter, casuali.
Quippe cum prius est nomen verbo, quemadmodum
ostendimus. Et manifestum, quod ejus proprietas, id
est casus, jure obtineat finem. Praeterea pronomen
est, quod pro nomine accipitur, et imitatur nomen.
Et certum quidem accidens est ejus significationi, id
est substantiae, quae innascitur, persona. Et si ter-
minatio obtinet maxime partes orationis, finis autem
pronominis casus est, obtinebit per finem, ut prono-
men vocetur; quippe quo imitatur nominis proprieta-
tem, id est casum; quamvis etiam verbi subit pro-
prietas, id est persona. Oportere autem judico, an-
tequam de singulorum constructione pronominum di-
cam, disserere de eorum proprietatibus, ex quibus ma-
nifestum tradendae fiat documentum constructionis.

Quoniam igitur praedictum est de praecipua et IX
singulari demonstratione pronominis, quae fit in utra- 55
que parte, in principio personarum, in fine casuum,
nunc de caeteris videamus. Apud Graecos alia sunt
demonstrativorum pronominum absoluta, alia discre-
tiva. Absoluta dicuntur, quae non egent alterius ad-
junctione personae, quae *ἐγκλιτικὰ*, id est inclinativa
apud illos sunt, ut *εἶδέν με, ἐλάλησέν μοι.* Discretiva sunt,
quae egent adjunctione aliarum personarum, quae illi
ὀρθοτονούμενα vocant, ut *εἶδεν ἐμὲ, οὐκ ἐκεῖνον.* Necesse
est enim aliam inferre personam, quomodo in com-
parativis nominibus necesse est ad alias ea fieri per-
sonas. Absoluta vero, id est positiva, per se profe-
runtur. Apud nos autem pronomina eadem et abso-
luta et discretiva sunt. Absoluta, ut, *vidit me:* dis-

---

quod accidens est. MS. Monac. A. *Et certum est quidem accidens est.*

nunc de caeteris. Adjeci e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. *nunc.*

§. 55. *illi ὀρθοτονούμενα.* Addidi e Codd. Lips. *illi. vidit me — vidit me.* E Codd. Monac. B. Lips. A. B. Erl. *vidit* bis scripsi pro *videt.* Deinde pro *te vel me* edidi *me* e Codd. Monac. Erl.

56 cretiva, *vidit me, illum autem non.* Nominativus tamen primae vel secundae personae pronominum, si verbo jungatur, quia verbum per se absolutam magis personam significat, plerumque discretivus est, ut, *ego dico, ille autem non.* Accidit pronomini relatio in tertia persona, per quam praedicta nomina per recordationem pronominantur, id est per pronomen significantur, ut, *Jupiter postquam Troas et Hectora navibus appulit, ipse rejecit oculos claros.* Et sciendum, quod demonstrativa pronomina non aliquorum praedictorum loco nominum, quomodo relativa, sed eorum, quae proferri demonstrative non possunt, accipiuntur. Relativa vero praedictorum quidem loco nominum, sed quae iterum accipi non possunt. Si quis enim pro, *ipse rejecit oculos claros*, ponat iterum *Jupiter*, non colligit duas orationes ad Jovem, sed quasi principium alterius facit orationis. Potest autem proprium nomen et ad diversas proferri personas, ut, si dicam, *Ajax venit ad Trojam, Ajax fortiter pugnavit contra Trojanos*, dubium est, an de eadem dicam persona, cum duo ejusdem nominis fuerint, ad quos supradicti actus pertinere possunt: sin autem dicam, *Ajax venit ad Trojam; idem fortiter pugnavit contra*
57 *Trojanos*, de una intelligo persona. In omnibus igitur relativis pronominibus una eademque est oratio ex supradicto nomine pendens. Licet autem pro relativis pronominibus nomina ponere, et orationem mutare, ut, *Jupiter tonat, Jupiter fulminat.* Hae enim orationes singulae per se possunt proferri, et invicem converso ordine praepostere dici, cum non ad priorem refertur secunda, quod facit pronomen relativum, quod ad praedictum nomen refertur. Quotiens vero ille vel hic non ostendendum ante oculos aliquid referunt, oportet intelligere, quod eorum demonstratio

---

§. 56. *demonstrative* pro *demonstrativae* edidi e Codd. Erl. Lips. B. Ed. Asc.

accipi non possunt. His MS. Lips. A. addit: *Itaque duo actus retorquentur ad idem suppositum v̄tute* (virtute) *orationis.*

§. 57. *Jupiter fulminat.* Addit MS. Lips. A. *praepostere dicitur.* Mox *praepostere dici* idem Cod. MS. omisit.

quod facit pronomen — refertur. Haec omisit MS. Lips. B.

§. 58. *hic pietatis* rel. Aen. I. vs. 253.

ad intellectum refertur. Itaque quaedam sunt oculorum demonstrativa, ut *ego* et *tu*, quaedam et oculorum et intellectus. Oculorum, ut, hic vir, hic est tibi
quem promitti saepius audis. Intellectus, ut, *hic pie-* 58
tatis honos? sic nos in sceptra reponis? Praeterea sola pronomina diversis vocibus diversas tertias faciunt personas, cum verba una voce ad plures personas pertineant tertias. Dicimus enim *scribit Probus aut Servius*, vel quicunque potest hunc actum suscipere, non tamen hoc etiam in pronominibus. Nam relativa quidem sunt *ipse* vel *is* vel *sui*, quod primitivum est. Demonstrativa vero *hic*, *iste* et *ille*. Sed interest, quod ille spatio longiore intelligitur, iste vero propinquiore; hic autem non solum de praesente, verum etiam de absente possumus dicere, ad intellectum referentes demonstrationem, ut praedictum est, ut, *hoc regnum dea gentibus esse* Virgilius in I. ad absentem Carthagi-
nem retulit demonstrationem. Iste vero plerunque ad 59
oculorum demonstrationem profertur, ut Virgilius in VI. *Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.* Inveniuntur tamen hoc de absentibus protulisse auctores, vel de iis, quae cerni non possunt, ut supra dictum est. Virgilius in XI. *Sed nunc est omnia quando iste animus supra.* Terentius in Adelphis: *Iste tuus ipse sentiet posterius*, cum de absente Aeschino dicat. Ille quoque, cum est etiam relativum, potest tam de absente quam de praesente accipi, ut, *sic Juppiter ille monebat.* Et, *Tune ille Aeneas;* et, *Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena carmen.* Licet tamen per figuram conversionis, id est κατὰ ἀποστροφὴν, absentis quasi praesentis loquendo uti secunda persona, ut Juvenalis in II. *Tune duos una saevissima vipera*
coena, tune duos? Quomodo tamen apud Graecos ad- 60
ditur ι quibusdam pronominibus ad vim significatio-

---

de spatio longiore intelligitur. MS. Lips. A. addit: *ut Terentius, videsne tu illum, Thais. Virgilius in I.* vs. 17.

§. 59. *Virgilius in VI.* vs. 37.

Virgilius in XI. vs. 510. Codd. pro *supra*, *superat.*

Ter. in Adelphis. Act. I. Sc. 2. vs. 60. *Aeschino.* Putsch. *Aeschino.*

sic Juppiter rel. Aen. VII. vs. 110. *monebat.* MS. Erl. *morebat.* *Tune ille Aeneas.* Aen. I. 617. *Juvenalis in II.* Sat. VI. vss. 640. 41.

nis intendendam, ut ἐκεινοσὶ, οὑτοσὶ, ὁδὶ, sic etiam apud nos *met*, *te*, *pte*, *ce* additae intendunt significationem, ut, *egomet*, *tute*, *meapte*, *nostrapte*, *hujusce*, de quibus, cum de pronomine tractabamus, latius diximus. Definiuntur autem personae pronominum non solum demonstratione, quae praesentium cognitionem sub oculis ostendit, sed etiam relatione, quae absentium recognitionem habet. Itaque bene dicebat Aristarchus, conjuga esse personis pronomina, cum similiter et conjuncte per omnes personas definiuntur vel demonstratione vel relatione, verba vero inconjuga, cum in prima quidem et secunda persona finiuntur, in tertia vero non, nisi praecipuus sit ad aliquem unum pertinens actus, ut *fulminat* et *tonat* de Jove solo intelligimus, non quod verbum tertiae personae finitum est, sed quod is, qui ejus significationem agit,
61 proprium habet hunc actum. Manifestum est igitur, quod ideo diversae sunt pronominis positiones in tertia persona, ne una voce diversae significentur personae. Consequebatur enim, ut ipsae quoque infinitae essent, quomodo in verbis tertiae personae, quod contrarium erat proprietati pronominum; quippe, cum una dictio plura significat, infinitatis causa fit. Praeterea aliae quidem partes casuales a nominativo genitivum et caeteros casus ad consequentiam nominativi solent perficere. Principalia vero pronomina, id est *ego*, *tu*, *mei*, *tui*, *sui*, *mihi*, *tibi*, *sibi*, positive magis per singulos casus declinantur, cum non potest ego secundum rationem casualium mei genitivum ad-

---

§. 60. *intendunt significationem.* Vulgo: *significantiam.* Illud praestant Codd. MSS. et Edd. vetustissimae.

sub oculis ostendit. Cod. MS. Erl. *ponit* pro *ostendit.*

recognitionem. Cod. Monac. A. *cognitionem.*

praecipuus sit. Inserunt Codd. MSS. Lips. A. Erl. *et.*

§. 61. *plura significat.* Ita Codd. MSS. Lips. A. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Vulgo, *significans.*

causa fit. Recte sic Codd. MSS. Monac. Lips. A. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Vulgo, *sit.* Edd. Ven. Iunt. addunt *hoc*, quod, cum absit a Codd., recipere dubitavi.

cum non potest. Indicativum pro subjunctivo dedi e Codd. MSS. Monac. A. B. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt.

§. 62. *Itaque ἑτερόκλιτα.* Codd. Lips. A. B. Erl. auctoritate

hibere; neque tamen mei genitivus mihi et me opportune asciscit. Numeris quoque positive commutatis, *ego, mei, nos, tu, tui, vos.* Nullus enim genitivus, qui non ex nominativo fit, convenienter declinatus, potest numerum pluralem nominativo consequentem exhibere; declinatus enim a nominativo congrue, huic condeclinat tam sequentes casus, quam numeros. Itaque ἑτερόκλιτα, id est diversiclinia, necessario conse- 62
quitur aliquis nominativus aptus genitivo, ex quo reliquae figurationes, tam numerorum, quam casuum reddantur, ut *itineris* genitivus fecit *itineri* et *itinera;* et ex hoc nominativus quoque *itiner* necessario accipitur. Similiter *precis*, et *vicis*, et *frugis*, et *lateris*, qui sunt genitivi, faciunt *preci*, et *vici*, et *frugi*, et *lateri*, et *preces, vices, fruges, lateres.* Quapropter opportune inerunt nominativi supradictis nominibus, et prex, et vix, et frux vel frugis, et later. Ergo mei genitivus non declinatus, sed positive factus, consequentiam tam casuum quam numerorum recusavit, ille autem et iste et similia, cum genitivum a nominativo habent declinatum, habuerunt etiam reliquos casus, et numeros consequentes. Sed forte quaerat X
aliquis, cur consequentiam evitaverunt pronomina, et 63
cur non nomina? Nominum positio inventa est ad significationem qualitatum, vel communium vel propriarum, quae sunt innumerabiles, ut *homo, Plato.* Et quoniam neque demonstrationem habent ea, neque relationem, quibus finiuntur personae pronominum, innumerabilis in eis, id est nominibus, positio fiebat,

---

omisi *et* post *itaque.* Pro *diversiclinia* exhibet MS. Lips. A. *diversiclinea.*

redduntur. Hunc indicativum pro vulgato subjunctivo praestant Codd. MSS. Erl. Monac. A. B. Lips. A. B. Ed. Asc.

Pro *vicis* — *vici*, *vices* — *vix* exhibent Codd. Lips. A. B. *necis* — *neci*, *neces* — *nex.*

et preces, vices, fruges, lateres. Ita pro *et* — *et* — *et* — *et* — dedi e Codd. MSS. Erl. Monac. B.

a nominativo habent. Ita pro *habeant* scripsi auctoritate Codd. MSS. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc.

§. 63. *quaerat.* Cod. Lips. A. *quaeret.* Mox pro *cur non omnia* tres Codd. *omnia.* Paulo ante addidit Cod. Monac. B. post *pronomina* haec: *sicut est ego tu sui.* Idem liber: *et non omnia.*

personae pronominum. His subjicit Cod. MS. Lips. A. haec:

ut singulorum figuratio nominum singulis reddat suppositorum suam qualitatem: quare non mediocriter disturbant qualitatis significationem, cum in unam concidant vocem nominum positiones, tam in propriis quam in appellativis. Inde caruit definitione persona ea, quae in nomine ipso intelligitur. Nec mirum, cum propria quoque nomina, quamvis ideo ponantur, ut unumquemque ab aliis omnibus discernant, incerta sunt tamen, cum non possint omnes ejus qualitates, quae illum separant ab aliis omnibus, ostendere absque demonstrationis auxilio, quae fit per pronomen. Quamvis enim sciamus, quod poeta sit Virgilius, et filius Maronis, cernentes eum, si possit fieri, nesciebamus, ejus esse hoc nomen, nisi si quis nobis eum demonstrans dixisset, *hic est Virgilius.* Propter quod per singulas figurationes separatus nominativus exigebat obliquos casus congruos proprietati suae, ne fieret incerta significatio tam confusa. Inde etiam genera necessario subeunt, ut cum qualitate significa-
64 tionis discernant etiam genus. Inde inventae sunt etiam adjectivae positiones, ut consequentia nominibus communibus vel propriis compleantur, ut, equo albus vel fortis, Platoni vero sapiens vel bonus adjicitur, Marti Gradivus, et alia multa, quae possunt accidere. Unde etiam compositiones sunt inventae, ut beneficus, maleficus, omnipotens, quae ex accidentibus conficiebantur, quae sunt qualitatis vel quantitatis. Pronomina vero ea, quae ad nihil aliud aspiciunt per demonstrationem, nisi ad propriam aliquam substantiam, et ad ei accidentes qualitates, quae possunt oculis conspici, ut album vel nigrum, longum vel breve, voce autem ipsa pronominis non manifestantur nisi substantiae, jure plurimas recusaverunt vocum figurationes. Quippe cum singulae earum per singulos casus pro omnibus accipiantur nominibus.

---

nam si inveniantur nomina relativa, ut qui, qualis, ipsa relatio eorum infinita est.

concidant. Cod. Monac. B. *concedant.*

si possit. Vulgo: *posset.* Illud praestant Codd. Lips. A. B.

nisi si quis. Inserui *si* e Codd. MSS. Monac. A. B. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt.

§. 65. *abscisa* pro *abscissa* dedi e Codd. Monac. Edd. Ven.

In omnibus enim rebus substantiae quidem singulae
sunt, qualitates vero multae, quae nomine volunt in-
telligi. Quod si verum est, naturaliter abstitit ab eis 65
nominum consequens declinatio, ne, cum pro omnibus
accipiantur nominibus, uni eorum terminationi suc-
cedant. Et cum unicam ad omnia, quae sunt, habe-
ant significationem, ut una voce generali proprietates
omnium demonstrarent, unicam habuerunt etiam vo-
cis declinationem, ut singulas varient personarum et
casuum prolationes, nulli obnoxia regulae, quae in
unicis nec locum habere vocibus poterat. Manifestum
est autem, quod et prima et secunda persona, in qui-
bus sola est demonstratio, singulas habent voces. Ita-
que genera quoque omnia non abscisa propriis ter-
minationibus, sed per eundem finem congruam ha-
buerunt positionem, quippe cum per ea demonstra-
tio substantiam per se significat absque discretione ge-
nerum. *Ille* autem et *ipse* et *hic* et *iste* et *is*, quia 66
in diversis tertiis poterant esse personis, absentibus
vel praesentibus, et longe vel juxta positis, definitio-
nis causa manifestandae, etiam genus cum sequenti
declinatione acceperunt. Quemadmodum nomina, sic
et pronomina per singulos casus similiter cum verbis
construuntur, et nominativis quidem intransitive, ob-
liquis vero transitive verba conjunguntur, ut *Theoti-
stus* vel *iste currit*, *Theotisti* vel *istius misereor*, *Theo-
tisto* vel *isti praebeo*, *Theotistum* vel *istum video*. Ab- 67
lativus etiam caeteros obliquos sequitur, *Theotisto* vel
isto gaudeo. Nam vocativus quoque intransitive se-
cundis adjungitur verborum personis, cum proprius
sit naturaliter secundae personae, ut *Theotiste* vel *tu
noster doctor legis*, vel *lege*. Virgilius in X. *Vigilas,
ne deum gens Aenea? vigila*. Obliqui tamen constru-
ctionem verborum, quae fit intransitive cum nomina-
tivis, excipiunt transitive, nisi sint verba absoluta,

---

1. 2. Asc. Mox *significat* pro *significet* eorundem librorum auctoritate reposui.

§. 66. *sic et pronomina*. *sic et* pro *sic etiam* dedi e Codd.

§. 67. *vel tu noster doctor*. Putschio hoc quidem loco tam infelici esse contigit, ut pessimam omnium editionem secutus, *tu* omitteret, quod Codices omnes caeteraeque editiones praestant.

Virg. in X. vss. 228. 29. excipiunt. Duo Codd. *accipiunt*.

ut, *Theotistus* vel *iste vivit, spirat, floret, viget* et similia. Ea enim non egent obliquorum adjunctione, id est transitione in alias personas, affectus tamen singulorum ostendentibus verbis, ut, *ego doceo illum*, vel, *Theotistus docet Priscianum, ego doceor ab illo, tu doceris ab illo.* Sciendum autem, quod impersonalia, sive transitive sive intransitive proferantur, obliquis casibus junguntur, nisi per defectionem proferantur.
68 Intransitive, ut *curritur a me*, pro *curro*, vel *statur a te*, pro *stas*, et *sedetur ab illo*, pro *sedet ille*. Quamvis in eis quoque potest ipsa res intelligi voce passiva, ut *curritur cursus*, et *bellatur bellum*. Unde etiam, si non addatur a quo, potest tamen sensum complere ipsius rei, quae agitur. Virgilius in VII. *Certatur cominus armis.* Terentius in Eunucho: *Quid agitur? statur.* Transitive, ut, *miseret me tui, pudet te mei, poenitet illum sui. Mei* autem et *tui* et *sui* genitivos hic intelligimus primitivorum, qui iidem
69 et possessivorum sunt genitivi. Nec mirum, eandem vocem mutatione significationis ad aliam speciem transire, cum soleat diversa significatio easdem voces etiam ad alias partes transferre: ut nomina in adverbia, *sublime volant*, pro *sublimiter*, *sole recens orto*, pro *recenter*. Et contra adverbia in nomina, ut *sponte sua*, et *mane novum*. Et participia in nomina, ut amans ὁ ἐραστὴς, sapiens ὁ σοφὸς, doctus ὁ εὐπαίδευτος, factum τὸ ἔργον. Carent enim tempore in his significationibus. Igitur non voces magis valent in partitione dictionum, quam earum significationes. Loco nominum pronomina ponuntur, non, ut quidam existimant, propter nominum ignorantiam. Quae enim ignorantia nominum est, cum dicat Aeneas ad Didonem: *Ego te, quae plurima fando enumerare vales?* Sed manifestum est, quod quia non possunt nomina in prima et secunda esse persona, ut ostendimus.

---

ego doceo illum. Adjeci *ego* e Codd. Monac. A. B. Ed. Asc.

§. 68. *Virgilius in VII.* vs. 553. *Ter. in Eun.* II. 2. 40.

§. 69. *cum dicat.* Pro *dicit* reposui e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Edd. Ven. 1. 2. Iunt. pro *cum* praestant *ut*.

Ego te, quae rel. Virg. Aen. IV. vs. 333. 34.

At dicet aliquis, quid igitur? non etiam ignora- XI
tis nominibus dicimus, *ego* et *tu?* ad quod respon- 70
dendum est, quod ex accidente hoc fit, id est demonstratione propriae qualitatis, cum similiter etiam cognita nomina pronominalem saepe exigunt constructionem. Non minus tamen sic quoque loco eorum accipiuntur. Vi enim proprium nomen intelligitur per pronomen. Non dico vocis nomen, sed quod ex ea ostenditur, id est propria qualitas suppositi, in qua sunt propria nomina. Quamobrem ad nihil utile pertinent pronomina, si carent personis ostendentis, et ejus quae ostenditur. Itaque cum scribuntur per se pronomina, nimirum infinita sunt, scilicet cum a sua materia excidunt, id est demonstratione propriae qualitatis. Unde rationabiliter, qui sibi invicem scribunt, solent nomina praeponere propria, sine quibus perfectio orationis non constaret, cum postponantur pronomina tam primae quam secundae personae, propter accidentes actus, tam scribenti, quam illi ad quem
scribit. Praepositis igitur nominibus propriis, ut *Ci-* 71
cero Bruto, vi ad ea demonstrationes faciunt pronomina. Si enim ponam, *ego tibi dudum scripsi*, ostendi per pronomen ego nominis praepositum nominativum, per tibi autem dativum secundae personae, qui loco dativi nominis praepositi accipitur. Nec dubium est, quod, sublatis nominibus antepositis, etiam pronomina infinita fiunt. Est autem causa, propter quam nomina non possunt accipi in prima et secunda persona, quam superius quoque diximus: vel quod substantiae et qualitates generales et communes et speciales et individuae, in quibus sunt nomina, non habent certam discretionem personarum, ut puta omnis homo, et substantia potest dici, et animal, et homo, et nominari Plato, vel Cicero, vel Virgilius; vel quodcunque ex propriis nominibus potest imponi uni ali-

---

§. 70. *ad quod.* Vulgo, *ad quem.* Mox *exigunt* dedi e Codd. pro *exigant.*

quod ex ea ostenditur. MSS. Lips. *ex hoc.* Monac. B. *ex eo.*

si carent. Ita pro *si careant* scripsi auctoritate Codd. MSS. Erl. Lips. B.

ad quem scribit. Pro *scribitur* activum genus dedi e Codd. Monac. Lips. A. Edd. Ven. Asc.

cui ex omnibus. Prima autem persona ad nullum
XII pertinet, nisi ad ipsum qui loquitur. Nec secunda
72 ad alium nisi ad eum in quem intenditur sermo, vel
propter hoc, vel etiam propter illud, quod non ipsi
nobis imponimus nomina, quod suum est primae per-
sonae, nec ad eos qui nascuntur intendentes sermo-
nem, quod est secundae personae, eorum positionem,
id est nominationem facimus. Necesse est ergo in
tertiam personam concedere nomina per omnes casus
absque vocativo, qui primus transfert positionem a
tertia persona ad secundam, propterea quod per eum
fit demonstratio praesens ejus, in quem facta sit po-
73 sitio nominis. Illud quoque manifestum, quod a no-
bis verba facientes, id est proferentes, ad alias debe-
mus ea personas intendere. Et apparet, quod non li-
cet nominibus uti, quod tertiarum sunt ea persona-
rum: sed ratio exigit a prima ad secundam fieri verba.
Quamobrem subierunt pronomina, hoc quod non po-
terat nomen complentia, cum dicimus ego tibi scri-
psi. Praedicta autem est causa, quapropter pronomen
unum pro omnibus accipitur nominibus, id est quod
demonstrationem vel relationem habet alicujus certae
substantiae, quae in omnibus propriis est nominibus
74 una eademque voce significanda. Nemo tamen putet,
quod nihil usus habeant tertiae pronomina personae,
cum nomina in eam possint personam accipi, et dicat,
si possent in prima et secunda inveniri nomina per-
sona, fortassis nec excogitarentur pronomina. Nam
possumus ad hoc dicere, quod pronomina semel no-

---

§. 71. *ad ipsum qui loquitur.* Plures Codd. MSS. *ad illum.* Unus *ad eum.*

§. 74. *relationem habet.* Pro *habeat* indicativum reposui e Codd. MSS. Lips. Erl. Monac. Edd. Ven. Asc.

nec excogitarentur. Cod. MS. Lips. B. *excogitaverunt.*

§. 75. *in illo Virgiliano.* Addit unus *versus.* Aen. VI. 790. Pro *Caesar* hoc loco et paulo infra Codices omnes et Edd. Ven. *Augustus.* In re aperte falsa discedere fas est a Codd. mihi tamen persuasum est, Priscianum *Augustum* scripsisse. Nolui tamen recipere propter §. 79. huj. l.

et similia. Vulgo, *et his similia.* Abest *his* a Codd. Erl. Monac.

personarum inconsequentiam. Quomodo vulgatum *consequentiam* defendi possit, equidem non intelligo. Codd. MSS.

minum loco nata, ex accidente habuerunt etiam demonstrationem. Sub oculis enim omnes eorum personae plerumque cernuntur. Itaque praecipuum habuerunt accidens demonstrationem, quae profecta per conjunctionem primae et secundae personae, pervenit etiam ad tertiam. Non igitur quod non habet tertias 75
personas nomen, ideo excogitata sunt pronomina, sed quoniam expers est demonstrationis, quae est in pronominibus. Itaque inest utrumque in illo Virgiliano: *Hic Caesar et omnis Iuli progenies*, satis necessarium. Quia enim cernitur Augustus, demonstratione usus est per pronomen, quae nomine fieri non poterat hic; ut autem qualitatem quoque propriam ostenderet personae, quam demonstrabat, addidit *Caesar*. His itaque se habentibus, certum est, quod, si dicam, *Priscianus scribo*, et similia, sine dubio incongrue dico: nec propter aliud quid, nisi propter personarum inconsequentiam. Tertiae enim personae est nomen, verbum vero primae. Est igitur consequens, quod in duabus 76
tertiis proferatur, ut, *Priscianus scribit*. Non tamen omnino ubique hoc observamus; quae enim substantiam significant verba vel nominationem, adsciscunt aptissime nomina et in prima et in secunda persona, id quod est in aliis inconsequens, ut, *sum pius Aeneas*, *Cicero nominor*, et similia; quamvis auctores inveniantur licentia solita utentes, et aliis quoque verbis primae et secundae personae conjungentes nomina, ut Homerus: *Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὅς σε πάρος περ ῥύομαι.* Euripides in Hecuba: *Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα*

Lips. A. B. Erl. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *inconsequentiam*. Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *consequentiam*.

proferatur. Ita Codd. Lips. A. B. Erl. pro *profertur*.

§. 76. *et similia; quamvis auctores*. Vulgo ita: *et his similia. Quamvis enim Graecorum auctores*. Haec interpungendi ratio falsissima est. Lege modo et relege totam enuntiationem. Cod. Lips. B. omittit *Graecorum*. MS. Erl. *enim*. Igitur has duas voces ego etiam omisi, constructionemque expedivi.

Homerus. Iliad. O. vss. 256. 57. Diversum ab hoc Homeri locum excitant edd. Ven. 2. Asc. Iunt. *εἶμ' αὐτὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀγάννιφον*. Cod. Monac. B. refert illum, quem expresserunt edd. Ald. Bas. Colon. Putsch.

Euripides in Hecuba init. Nescio, cur Putschius omiserit ἐν'

καὶ σκότου πύλας λιπὼν, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν, *Πολύδωρος.* Idem in Bacchis: *Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν χθόνα Διόνυσος.* Thucydides: *Θεμιστοκλῆς ἥκω*
77 *παρὰ σέ.* In quibus omnibus deest *ego.* Nostri quoque, ut Juvenalis in quarto: *Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis Euandrum, venies Tirynthius haud minor illo hospes,* deest enim *tu.* Supradictis vero, id est substantivis, et sine pronomine, bene omnes adjunguntur personae, et vocativis verbis. Cum enim ipsa verba per se substantiam uniuscujusque propriam colligant, vel substantiae nominationem, necessario relictis pronominibus, quae ipsam quoque substantiam quantum ad vocem solam significant, ad nomina se applicant, quae propriam qualitatem demonstrant, seu generalem seu specialem, ut homo sum,
78 Apollonius vocor. Unde *ego sum* vel *ego vocor* per se nemo dicit, cum duplicata substantiae demonstratio sine qualitate nihil perfectum significaret. Non enim erat possibile propriam positionem, quae significatur nomine proprio, attribuere voci communi, id est ad omnes generaliter pertinenti, quod est pronomen, si diceremus *ego sum, ego nominor*, verba ad pronomen referentes. Nam significationem non proprie qualitatis, sed quae communiter omnibus accidit, essentiae demonstrationem faceremus, ad quam
XIII pertinet *ego.* Eadem est ratio in caeteris quoque per-
79 sonis. Manifestum est igitur, quod, quia confitentur suam positionem nominum supradicta verba, id est nominationem, evocant ea a tertia ad primam, quando dico *Priscianus sum*, vel *Cicero vocor*, cum specialem

---

Ἅιδης — θεῶν, cum haec verba inveniantur in Edd. Asc. Iunt. Ald. Ven. 2. Bas. Colon. Cod. Monac. B. *λειων* vel *λεπων*.

Idem in Bacchis. vs. 1. Pro *Θηβαίων* e Cod. Monac. (182) Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Bas. Colon. *Θηβαίαν* recepi. Ed. Erph. nihil exhibet, quam *ἥκω Διὸς παῖς.* *Thucydides.* Lib. I. *ρλζ.* MS. Monac. B. *Ἥκω Θεμιστοκλῆς.* Locus hic abest ab Edd. Ven. 2. Iunt. Asc. Erph.

§. 77. *Juvenalis in IV.* Sat. XI. vs. 60—62.

et sine pronomine. Duo Codd. *per se, sine* rel.

§. 78. *significaret.* MS. Lips. B. *significet.* Mox *demonstrationem* pro *demonstrativae*, quod editiones omnes habent, recepi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A.

§. 79. *additum demonstrat.* Ita Codd. MSS. Erl. Lips. B. Vulgo, *demonstraret.*

substantiam, quam pronomen additum demonstrat, habeat in se ipsum verbum substantivum vel vocativum. Itaque frequenter invenimus, demonstrativis pronominibus positis, non posita supradicta verba tamen intelligi, ut Virgilius in VI. *Hic Caesar et omnis Iuli progenies.* Adeo quoque demonstratio hujus est causa, quod adverbiis quoque demonstrativis saepe positis, non est necesse addere supradicta verba, ut Virgilius in I. Aeneidos: *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae?* Idem in III. *Nam Polydorus ego.* Idem in eodem: *Ecce tibi Ausoniae tellus, hanc arripe velis.*
Necnon etiam nomine substantiae posito frequenter 80
deficiunt verba substantiva. Lucanus in primo: *Quis furor, o cives, quae tanta licentia ferri?* Virgilius in IV. Aeneidos: *Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia, sensus? quosve dabas gemitus?* Et qualis et quantus positis infinitis, pro quibus etiam quis ponitur, saepius deficiunt verba substantiva, quomodo etiam participiis, ut Juvenalis in IV. *O qualis facies, et quali digna tabella.* Virgilius in I. Aeneidos: *Certe hinc Romanos olim volventibus annis, hinc fore ductores revocato sanguine Teucri, qui mare, qui terras omni ditione*
tenerent, pollicitus. Non tamen etiam, si dicamus, *Ci-* 81
cero accuso, bene dicitur, ut, si dicam, *Cicero sum.* Non enim accusationis verbum proprietatem sic significaret substantiae, quomodo substantivum verbum, vel nominationis, quae per vocativum verbum indicatur. Participiis quoque, quae tertiae sunt personae, quomodo nomina, substantiva bene sociamus verba, ut possint loco trium verbi personarum fungi, ut *ama-*

---

positis. Cod. MS. Lips. *praepositis.* Idem pro *posita* exhibet *posse ad — et tamen.*

Virg. in VI. vs. 790. Cf. supra §. 75. *Virg. in I. Aen.* vs. 617. *Idem in III.* vs. 45. *Idem in eodem.* vs. 477.

§. 80. *Lucanus in I.* vs. 8. *Virgilius in IV.* vs. 408. MS. Lips. B. *cum* pro *tunc.*

Juvenalis in IV. vs. 257. *Virgilius in I. Aen.* vss. 334. seqq. Cf. quae de hoc loco ad Prisc. Lib. VIII. Cap. XIII. §. 68. dicta sunt.

§. 81. *ut, si dicam.* Vulgo: *sicut.* Ut nos, ita Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Ed. Asc.

quomodo nomina, substantiva bene rel. Falsissime hunc locum interpunxit Putschius, virgulam ponens post *substantiva.* Prudentius egit jactabundus iste homo, Donatus sci-

tus sum, es, est; doctus sum, es, est. Quae si deficiant, infinita pro his subeunt nomina substantiae cum verbo, ut, *ego sum, qui amor,* id est ὁ φιλέμενος; vel, *tu es, qui amasti,* id est ὁ φιλήσας. Haec enim de-
82 sunt apud nos participia. Et attende in his quoque quanta vis est substantiam significantium, quod et loco participii, quando et substantiam ipsius, qui agit, vel patitur, et actum vel passionem significat, accipitur nomen substantivum cum verbo, ut quis est amans? qui amat; quis est nascens? qui nascitur. Et loco verbi participium cum verbo substantivo, ut, *pransus sum* pro *prandi; meritus sum* pro *merui.* Et nota, quod, cum et nomen, ut supra diximus, et verbum substantivum invicem, hoc cum participio positum loco verbi, illud cum verbo loco participii fungitur, ad omnes quoque personas pronominum refertur, ut, *Ego, qui scripsi; tu, qui scripsisti; ille, qui scripsit.* Quomodo autem pronominibus vocativa verba non adjunguntur, sic nec participiis, quippe ad nominationem pertinentia. Substantiva vero aptissime adjunguntur, cum actus vel passionis essentiam cum participiis significant, ut, *amatus sum, es, est.* Deinde dicendum de constructione pronominum ad verba.

XIV Obliqui casus pronominum omni modo ad verba
83 referuntur, quomodo et nominum, ut illius misereor, illi noceo, illum accuso, illo nitor. Ex qua constructione intelligitur, qualis nascitur affectus personae, sed non reciprocatur, quod dicimus. Non enim omnia verba obliquos desiderant casus nominum vel pronominum, quomodo omnes obliqui casus verba desiderant, quoniam quaedam ex his perfecta sunt et absoluta, quaedam defectiva; ut, si dicam, *am-*

---

licet Veronensis, qui Aldinam editionem curavit; nullam enim posuit interpunctionem.

§. 82. *passionem significat.* Vulgo, *significet.* Equidem secutus sum Codd. MSS. Erl. Lips. A. B.

quis est amans — quis est nascens. Vulgo: *quid est — quid est.* Equidem recipiendam putavi lectionem Codd. MSS. Erl. Lips. A. B.

significant e Codd. Lips. B. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. recepi pro vulg. *significent.*

pronominum ad verba. Post *pronominum* MS. Lips. A. in contextu, MS. Lips. B. inter lineas addit *quae fit.*

bulat homo, *vivit*, *currit*, *sedet*, et similia; quae sunt
absoluta, non egent obliquis casibus. Sin dicam, *ac-
cusat*, *videt*, *insimulatur*, imperfecta sunt, et egent
obliquorum casuum adjunctione ad perfectionem sen-
sus. Sed de his opportunius separatim, cum de
verbi constructione tractabimus, dicetur. Quidam
tamen putaverunt, perfectiorem esse verborum con-
structionem, si pronomina assumant, ut, *ego scri-
psi tibi*, *ego loquor tibi*, et similia, cujus approbatio-
nem dicunt esse eam, quod, cum dicam, *ego quidem
affui*, *tu vero non*, si tollas pronomen, incongrua vel
incognita erit locutio. Sed hoc facit hic maxime con- 84
junctio *quidem*. Itaque ego non arbitror, quod dicunt,
verum esse generaliter. Non enim omnino egent pro-
nominibus verba. Itaque affirmatur non ex poetica
solum constructione, cui licet et deficere et abundare,
sed ex communi elocutione doctorum et maxime a
scriptorum constructione, qui, sine metris scribentes,
perspicaciter magis ea utuntur, et ex vi ipsius oratio-
nis solent, quod necessarium est, apponere. Cum ma-
nifestum est de obliquorum constructione, sciendum,
quod insunt in quibusdam partibus orationis aliarum
partium intellectus, ut, si dicam *Ajax*, intelligo et
hominem, et unum per numerum singularem; si di-
cam *Anchisiades*, intelligo genitivum singularem pri-
mitivi, et filius cum nominativo singulari; si dicam
divinitus, intelligo nomen cum ex praepositione, id
est ex diis; si dicam *fortior*, intelligo magis et po-
sitivum primitivi, id est fortis. Innumerabilis est 85
enim hujuscemodi exemplorum copia. Nec est dicen-
dum, quod, si dicam *Anchisiades*, deest, et debet ei
addi, filius, et, si addatur, poetica est licentia. Quo-

---

§. 83. *quod dicimus.* Duo Codd. — *diximus.* Paulo ante pro *reciprocatur* MS. Lips. B. et Ed. Ven. 2. *reciprocantur.*

sedet et similia, *quae sunt absoluta.* Tres Codd. omittunt *se-det*; duo *et similia*; unus Erl. *quae sunt absoluta.*

vel incognita. Haec absunt a tribus Codd. Lips. A. B. Erl. Editiones vero omnes exhibent.

§. 84. *Non enim omnino.* Hoc pro vulgato *omnimodo* recepi e Codd. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Iunt. Mox pro *elocutione* duo Codd. MSS. *locutione.*

Cum manifestum est. Vulgo, *sit.* Illud praestant Codd. Lips. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt.

modo et praepositiones solent addere et minuere, ut Terentius in Andria: *Ad te advenio, spem, salutem, auxilium expetens.* Virgilius in I. Aeneidos: *Scelere ante alios immanior omnes.* Ante enim cum comparativo positum auctionem auctioni addit. Terentius in Andria: *Post deinde, quod jussi, ei date bibere,* abundat post. Idem in eadem: *Pernimium non laudo,* per supervacuum esse videtur. Quamvis amplioris significationis causa potest accipi. Idem in eadem: *Abhinc triennium,* pro hinc. Virgilius in I. Aeneidos: *Ita-*
86 *liam fato profugus,* deest ad praepositio. Neque si dicam *Ajax,* quod est singulare, deest unus. In verbis igitur similiter accidunt, quae una cum eis intelliguntur, ut in indicativis ipsa indicatio, et quae ex ea intelligitur, affirmatio. Unde ad interrogationes respondentes, etiam adverbium confirmativum, vel non, vel verbum indicativum reddimus, utpote habens in se affirmationem, ut interroganti, *legis? etiam,* vel *non* respondemus, vel *lego.* Sed et de his in constructione verborum subtilius tractabimus. Inest etiam singularis numerus in verbo scribo, nec eget, ut addatur unus. Manifestumque est, quod etiam nominativus pronominis inest verbo. Ergo si supradicta non desunt, quia intelliguntur, nec pronomen deest.
87 Nec tamen, si addatur, vituperanda sit constructio. Est enim quando amplioris causa significationis adduntur ea, quae possunt, etiam si non addantur, intelligi, ut, *legis? etiam lego.* Ecce enim hic, quamvis

---

§. 85. *Ter. in Andr.* Act. II. Sc. 1. vs. 19. Cod. Lips. B. *venio.* Lips. A. post *advenio* inserit *pater.* Pro *expetens* duo MSS. *expectans.* Lips. B. *expectens.* In edd. Terentii legitur: *auxilium, consilium expetens.*

Virgilius in I. Aen. vs. 347. *Ter. in Andr.* Act. III. Sc. 2. vss. 3. 4. *Idem in eadem.* II. 6. 24. Egregie hoc loco Priscianum sua fefellit memoria. Nam a Terentio non dicitur *pernimium,* sed *perparce nimium. Idem in eadem.* Act. I. Sc. 1. vs. 24. *Virg. in I. Aen.* vs. 2.

§. 87. *adduntur.* Vulgo: *adjunguntur.* Nos Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. secuti sumus.

praedicti in interrogatione. Perversissime ponitur in edd. virgula post *praedicti.* Ego post *interrogatione* comma posui. MS. Erl. *interrogatione praedicti,* omissa etiam particula *in.*

Item. Sic Codd. Erl. Lips. A. Vulgo: *iterum.*

nullus ambulat. Codd. Lips. addunt *homo.* Ad *inveni* Codd.

adverbium etiam per se positum intellectum habeat
verbi praedicti in interrogatione, tamen additum non
fecit vitiosam orationem, sed magis certiorem; fir-
mior enim fit promissio duplici confirmatione. Simi-
liter unum hominem dicimus ambulare, ad diverso-
rum multitudinem, non quod ipsi homini, cum sin-
gulariter dicimus, non inhaereat etiam unius numeri
intellectus. Item ad omnium abnegationem dicimus,
nullus ambulat, *neminem inveni*, singulari numero sin-
gularem numerum adjungentes. Eodem igitur modo,
cum absoluta, et non discretiva inest prolatio, dici-
mus absque pronomine, disputo, disputas. Sin autem 88
alicujus rei discretionem volumus manifestare, addi-
mus pronomen, cujus est proprium discernere perso-
nas. Non enim, ut indicemus personam, hoc faci-
mus. Eam enim in se verba habent. Unde infinita
eorum, quia deficiunt personis, egent verbis indicati-
vis, ut, quod deest ex his, assumant. Ergo dis-
cretionis causa, et maxime si conjunctio assumitur,
pronomen additur verbo, ut, *ego quidem affui*, *tu
vero non*; vel, *ego quidem scripsi*, *ille vero legit*.
Vel amplioris causa significantiae, in quo tamen ad
alios omnes videtur fieri discretio, ut Cicero in I.
Invectivarum: *Nos*, *nos*, *dico aperte*, *nos consules de-
sumus*. Intelligimus enim, quod *nemo alius nisi nos*.
Terentius in Andria: *Ego tibi, furcifer, si vivo, osten-
dam, quid sit periculi dominum fallere, et illi patrem*.
Et prima quidem et secunda persona verborum, nisi 89

MSS. Erl. Lips. adjiciunt *socium*. Pro *adjungentes* unus meorum Codd. *jungentes*.

§. 88. *ut indicemus*. Cod. MS. Lips. B. Edd. Ven. 1. 2. *judicemus*. Mox *in se verba habent* secundum Codd. MSS. Monac. A. Lips. A. Erl. edidi pro *habent in se verba*.

ut, quod deest. Post *ut* inserit MS. Lips. A. *volo legere*.

Cicero in I. Invect. Cap. 2. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. *nos non*. Pro *desumus* duo Codd. MSS. Lips. A. Erl. *defuimus*. Apud Ciceronem in libris editis tertium *nos* desideratur. Edd. Ven. *consules nos desumus*.

Terentius in Andria. Act. V. Sc. II. vss. 25. seqq. Ita, ut ego edidi, hi versus leguntur in Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Cod. MS. Erl. *tibi, si vivo, furcifer*. Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *ego jam pol hodie, si vivo, ostendam, herum quid sit periculi fallere, et*

discretionis vel significationis causa, non egent pronominibus: quippe cum sint finitissimae, singulisque vocibus pares habeant et praesentes demonstrationes. Tertiae vero cum sint innumerabiles, una verbi voce utentes, necessario confusionem faciunt infinitam. Itaque convenienter ad eam discernendam pronomina, quae sunt finita, adjunguntur tertiis verbi personis, ut per eorum adjectionem incerta significatio finiatur, ut, *scribit hic, scribit ille, scribit ipse, scribit is, scribit idem.* Salustius in Catilinario: *Verum enimvero is demum mihi vivere atque frui anima videtur.* Is in hoc loco et relativum et discretivum est ad omnes.

XV Impersonalia quoque verba, cum per se infinita
90 sint, personarum et numerorum additione pronominum definiuntur, et loco perfectorum per omnes modos accipiuntur verborum, ut *curritur a me, a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis.* Imperativo, *curratur a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis.* Similiter optativo, *utinam curreretur a me, a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis.* Sic etiam per caetera, frequentissime tamen sine additione pronominum proferuntur, et ipsum actum significant, licet deficiant pronomina, ut Juvenalis in III. *Curritur ad vocem jocundam et carmen amicae Thebaidos.* Virgilius in I. Aeneidos: *O dea,*

---

illi, patrem. Pro *vivo* Cod. MS. Lips. *vivero;* idem *ipsi* pro *illi.*

§. 89. *discretionis vel significationis.* Arridet lectio Cod. MS. Lips. A. *discretionis significandae.*

ad eam discernendam. Vulgo: *ad eandem.* Equidem secutus sum auctoritatem Codd. MSS. Lips. B. Erl. Mox *adjunguntur,* quod in editt. post *personis* legitur, posui ante *tertiis* eorundem Codd. auctoritate.

Salustius in Catilin. Cap. II. §. 9. ed. Cort.

§. 90. *utinam.* Cod. MS. Lips. B. *ut. Juvenalis in III.* Sat. VII. vs. 82. *jocundam* dedi e Codd. MSS. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. pro *jucundam.* Egregie, si diis placet, Cod. MS. Lips. B. *carnem* pro *carmen.*

Virg. in I. Aen. vss. 372. 73. *vacat.* Cf. ea, quae ad Lib. XVIII. Cap. V. §. 51. dicta sunt.

Idem in eodem. vss. 281. 82. *deest enim mihi.* Adjeci e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. *enim.*

§. 91. *intransitive intelliguntur.* Cod. Lips. A. *terminantur.*

Virg. in II. Georg. vs. 437. Scripsi *Cythorum* per *th*, cum ita hoc nomen scriptum exhibeant libri manuscripti, quos contuli, omnes. Lips. A. *Citherum.* Lips. B. *Chiteron.* Erl.

si prima repetens ab origine pergam, et vacat annales nostrorum audire laborum: deest enim *tibi.* Idem in eodem: *Mecumque fovebit Romanos rerum dominos, gentemque togatam, sic placitum:* deest enim *mihi.* Et 91
passivam quidem vocem habentia ablativo vel dativo more passivorum junguntur, et intransitive intelliguntur, ut, *curritur a me* vel *mihi.* Activam vero, si sint a perfectis verbis, eorum constructionem servant, ut, *juvat me, quia juvo te.* Virgilius in II. Georgicon: *Et juvat undantem buxo spectare Cythorum. Placet mihi, quia placeo tibi. Contingit mihi, quia contingo tibi.* Similiter *evenit, accidit,* caetera quoque dativo copulantur, et intransitiva sunt, ut licet, vacat, libet mihi, exceptis iis, quae accusativum simul et genitivum assumunt, *poenitet, pudet, taedet, piget, miseret me illius.*
Duo inveniuntur, quae cum genitivis aliorum omnium 92
casualium applicantur, in quinque tantum pronominibus, quorum similes sunt genitivi primitivorum, genitivis derivativorum, ne concidant, ablativo possessivi pro genitivo primitivi construuntur, ut, *interest mea, tua, sua, nostra, vestra:* in quibus subauditur *re* vel *utilitate.* Nam si dicamus, *interest* vel *refert mei, tui, sui, nostri, vestri,* non ad primitivam personam, sed ad possessionem intelligitur, *interest mei filii,*

Cytherum. Monac. A. *Cythorum.* Edd. Ven. 1. 2. Asc. *Cithorum.*

exceptis iis. Addidi e Codd. Lips. Monac. Erl. *iis.*

§. 92. *Duo inveniuntur.* Post haec expunxi *scilicet interest et refert* auctoritate Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Putsch.

in quinque tantum. Quod his additur *solis*, id e *solum*, quod MS. Lips. A. habet, ortum videtur. *ne concidant.* Addit Cod. MS. Lips. A. *in ambiguitatem cum.*

sua, nostra, vestra. In Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. haec addita leguntur: *similiter refert mea, tua, sua, nostra, vestra.* Absunt a Codd. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ergo nos etiam omisimus.

in quibus subauditur re vel utilitate. Haec vulgo ita leguntur: *in qu. s. in re id est utilitate mea, tua, sua, nostra, vestra.* Codd. variant. Lips. A. B. Erl. omittunt *in* et pro *id est* ponunt *vel.* Lips. A. in reliquis exhibet *mea, tua, sua, nostra*; sed linea transversim ducta punctisque suppositis deleri vult. Equidem haec omnia pro spuriis habeo; non tamen expungere ausus sum.

vel refert. Cod. MS. Lips. A. *et refert.*

vel *fratris*, vel *tui*, vel *sui*, vel *nostri*, vel *vestri*. Cum caeteris quoque omnibus casualibus, id est nominibus, pronominibus, participiis supradicta verba conjuncta genitivum exigunt casum, ut diximus, ut, *interest imperatoris*, *interest meorum natorum*, *interest docentis*, id est,
93 *prodest docenti*. Nam participia tam nominum quam verborum sibi defendunt structuram. Et verborum quidem constructionem servant, quando vel absoluta, vel transitiva sunt ad alia casualia, quibus ad consequentiam verbi conjunguntur. Absoluta, ut, *spirans vivo*, *ambulans cogito*, quia *spiro* et *ambulo* absoluta sunt. Transitiva, *misereor tui*, *miserens tui*: *noceo tibi*, *nocens tibi*: *laudo te*, *laudans te*: *potior illa re*, *potiens illa re*. Et hoc quidem secundum verbum. Secundum nomen autem participia construuntur, quod, quemadmodum verba vel intransitive cum nominativo, vel transitive cum obliquis nominum ponuntur, sic etiam cum participiis intransitive; ut, *Virgilius scribens floret*, *ego intelligens delector*. Transitive, ut, *egeo miserantis*, *consentio miseranti*, *video miserantem*, *potior miserante*. Hae enim constructiones obliquorum quoque ad similitudinem nominum vel pronominum fiunt, ut, *indigeo illius*, *indigeo pascentis*, *faveo legenti*, quomodo *faveo amico*, *faveo illi*, *accuso illum*, *accuso hominem*; similiter *accuso legentem*. *Dignor te laude*, *dignor te illa*
94 *re*, *dignor te celebrante*. Est autem quando in nominum vim transeunt participia, et genitivo conjunguntur, relicta verborum ordinatione, ut, *fugitans lites*, participium est: *fugitans litium*, nomen: *amans illum*, similiter participium; *amans illius*, nomen. Unde et

---

Cum caeteris quoque. Post *caeteris* Codicum auctoritate delevi *enim*.

§. 94. *quia praeficior urbi.* Auctoritate Codd. MSS. Lips. Monac. omisi *et* post *quia*. Post *nomen* delevi *est*.

Virg. in I. Aen. vss. 15. 16. Pro *unam* Cod. Monac. *una*. Post *Samo* additur in Edd. Asc. Ald. rel. *magis coluisse*. Haec absunt ab Edd. Ven. 1. 2. Codices mei addunt *dixit* ad *coluisse*. Mox ante *magis* delevi *et* auct. Codd. MSS. Lips. A. B. Erl.

ad nomen — ad verbum. Vulgo: *juxta n. — juxta verbum.* Nos auct. Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Asc. restituimus *ad*.

nomen quidem. MS. Lips. A. addit *quod*.

comparatur *amantior*, *amantissimus*. *Praefectus urbi*, participium, quia *praeficior urbi*: *praefectus urbis*, nomen. Participium autem comparationem habere non potest, cum loco verbi fungatur, quod comparatione penitus caret, quantum in sua voce. Nam adjectione adverbii possunt comparari, ut Virgilius in primo Aeneidos: *Quam Juno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo.* Similiter participio additur, magis hunc colens quam illum. Et ad nomen quidem loco verbi fungitur, ad verbum vero loco nominis, ut, *faciens eloquentem*, dico, pro, *qui facit eloquentem*, *laudo legentem*, quomodo *laudo lectorem*.
Nec mirum pro utroque fungi, cum utriusque acci- 95
dentia possideat. Et sciendum, quod, si praeponatur conjunctio casuali, necesse est aliam quoque partem casualem copulari, et ad utramque verbum referri, ut *et Dionysius loquitur, et Trypho; et Apollonius scribit et ego; et vigilans proficit et legens.* Et contra, si verbo praeponatur conjunctio, necesse est aliud verbum ei conjungi, et ad utrumque aliquod casuale referri, ut *et scribit et legit Trypho*, *et pugnat et vincit Aeneas.* Licet tamen verba primae et secundae personae repetenti nihil casualium adjungere, et perfectam orationem ostendere, ut, *et lego, et intelligo, et doceo, et doceor, et scribis, et cogitas.* Nam ipsa demonstratio loco casualis alicujus fungitur, cum et pronomen et nomen per eam intelligitur, tam in prima quam in secunda persona. Nam tertia verbi per-
sona, quae infinita est, eget aliquo casuali. Quod 96
autem fit in nomine, hoc etiam in adverbio, quod vi

---

qui facit eloquentem. Vulgo: *qui facio* rel. Equidem *facit* e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. recepi.

§. 95. *aliam quoque partem.* Edd. omnes *aliquam.* Unice veram lectionem *aliam* recepi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Pro *utramque* Codd. duo *utrumque.*

Apollonius scribit et ego. Vulgo: *scripsit.* Ut nos edidimus, Codd. MSS. Lips. A. B. Monac. scribi jusserunt. Mox *proficit* eorundem librorum et Edd. Ven. 1. 2. Asc. Colon. suasu edidi pro *profecit.*

aliquod casuale. Sic Cod. MS. Lips. B. pro vulg. *aliquid casuale.* Lips. A. omisit *aliquod.*

intelligitur pro *intelligatur* hausi e Codd. Lips. A. B. Erl. Monac. A.

adjectivum est verbi, exigit ratio fieri, ut *et bene et docte scribit*. Necesse est enim conjunctiones praepositas, vel diversas personas conjungere, quae sunt in casualibus, vel qualitates, quae sunt in adverbiis; communiter autem actum vel passionem consequi, quae est in verbo vel participio; communes autem personas consequi, vel qualitates ipsi actui accidentes geminari, et tunc actum inferre. Si enim non praeponatur conjunctio, licet diversas inferre partes, ut, *scribit Dionysius, et Trypho; scribit Dionysius, et legit.*
97 Si enim praeponam conjunctionem, dicendo; *et scribit Dionysius*, necesse est alterum verbum subjungere et dicere, *et scribit Dionysius et legit*. Rursus, si dicam, *et Dionysius scribit*, necesse est alterum casuale inferre et dicere, *et Dionysius scribit, et Apollonius*: quippe cum praeposita conjunctio copulativa vel disjunctiva omnimodo consimilem cogit partem repetere, id est, vel casualem vel carentem casu, et eundem casum vel modum, ut, *et scribo et intelligo, vel scribo vel intelligo, et meus servus et tuus, vel meus ser-*
98 *vus vel tuus*. Sciendum tamen, quod licet genitivis in hujuscemodi constructione copulare nominativos possessivorum, quippe qui vim genitivorum primitivorum suorum possident, ut, *pulcherrimi sunt et Homerici versus, et Virgilii*. Similiter licet dicere, *et Agamemnonius filius et Menelai filia sociati sunt, et frater noster et vestri, et meus servus et illius*. Nec solos nominativos possessivorum, sed quoscunque casus possumus cum genitivis possessive prolatis conjungere, ut, *meus est ager et fratris; tua est civitas et omnium; mei filii est haereditas et cognatorum; meo servo et fra-*

---

§. 96. *vel participio*. Quae in Edd. addita leguntur, *vel actus vel passiones copulari*, absunt a Codd. MSS. Monac. A. B. Erl. Lips. A.

communes autem personas. Putschius temere *personis*, Basileensis typothetae errore admissum, confirmavit.

§. 97. *Si enim praeponam conjunctionem*. Tres Codd. *conjunctiones*. Unus *praeponantur*.

quippe cum praeposita. MS. Lips. A. *praepositiva*.

cogit. MS. Erl. *cogat*. Idem omisit *id est*, quod proxime sequitur.

tris [*dedi*]; *meum amicum et patris* [*diligo*]; *mei filii et uxoris meae, meo filio delector et castae matris.* Similiter omnia possessiva possunt proferri, tam nomina quam pronomina. Genitivos quoque et ablati- 100
vos invenimus conjungi verbo impersonali, quod est interest et refert, de quibus supra diximus, ut interest mea et patris, refert tua et imperatoris. Modos quoque, ut diximus, necesse est supradictis conjunctionibus praepositis eosdem plerumque adjungi, ut, *et legis et discis, aut legis aut discis; et lege et disce, aut lege aut disce; utinam et legeres et disceres, utinam aut legeres aut disceres, cum et legas et discas, cum aut legas aut discas; cupis et legere et discere, cupis aut legere aut discere.* Licet tamen variare, ut, *et legisti et lege, et legisti et utinam legas.* Casus quoque eosdem sociari exigunt copulativae vel disjunctivae, praepositae vel interpositae conjunctiones, quando unum verbum ad eos refertur, ut, *ego et tu legimus, vel mei vel tui miseretur, et mihi et tibi prodest, vel me vel te laedit, vel Cicerone vel Virgilio delector.* His con- XVI
structionibus inveniuntur contraria quaedam apud au- 101
ctores, licet non repetantur conjunctiones supradictae, sed interponuntur, quomodo si repetantur. Virgilius in I. Aeneidos: *Succinctam pharetram et maculosae tegmine lyncis, aut spumantis apri cursum clamore prementem.* Sed melius in quibusdam codicibus sine m, *pharetra*, ablativus invenitur. Quidam tamen lyncis cursum a communi accipiunt. Idem in VII. *Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calidona merentem.* Sed melius hic quoque in quibusdam codicibus invenitur, *Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calidone*

---

§. 98. *Agamemnonius* pro *Agamemnonis* edidi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl.

quoscunque casus possumus. Auctoritate Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Monac. A. omisi *bene* ante *possumus.*

dedi — diligo. Haec uncis inclusi, cum absint a Codd. Langer. Gphb. MSS. Monac. Erl. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *diligito.*

Cap. XVI. §. 101. *interponuntur, quomodo si.* Vulgo: *sic interponantur.* Equidem recepi lectionem, quam Cod. MS. Lips. A. praestabat.

Virg. in I. Aen. vss. 323. 24. *Idem in VII.* vss. 307. 8.

merente; vel, *Aut Lapithas tamen, aut Calidona me-*
102 *rentem.* Eandem quaestionem habet etiam illud, *Justitiane prius mirer, belline laborum.* Sed invenitur etiam, *Justitiaene prius mirer*, quod est aptius. Similes enim quaeque conjunctio dubitativa vel interrogativa exigit casus. Hoc autem saepe fit, ubi anceps est constructio dictionum. Nam et succingor hanc rem, et succingor hac re dicimus. Virgilius in VI. *Palla succincta cruenta.* Idem in IV. Aeneidos: *Tuumque dulce caput, magicas invitam accingier artes.*
103 Utrumque bene dicitur, *miror te justitia*, et *justitiae.* Et rectius quidem, ad praepositum casum esse etiam consequentem interposita conjunctione; non tamen penitus absque ratione esse videtur, si quid tale inveniatur apud auctores. Pronominum obliquis casibus conjuncta verba duas exigunt personas, efficientis et efficiendi, id est, agentis et patientis, ut, *misereris mei, das mihi, vides me, dignaris me.* Similiter in omnibus casualibus, et in reciprocationibus personarum, hoc est, quando eadem persona et agit et patitur, utimur eisdem constructionibus, ut, *misereor mei,*
104 *invides tibi, orat se ille*, et similia. Nulla praepositio per compositionem potest pronomini adjungi. Itaque per solam appositionem obliquis casibus eorum praeponitur: apud Graecos quidem fere omnibus: apud nos vero, accusativo soli vel ablativo, ut ad nos, in nobis: unde *me cum, te cum, se cum, nobis cum, vobis cum*, non sunt accipienda composita, quomodo nec *qui cum, quo cum, qua cum, quibus cum*, et simi-

---

Justitiane prius. Virg. Aen. XI. 126. *Sed invenitur etiam.* Addit Cod. MS. Lips. A. *in quibusdam libris.*

§. 102. *Virg. in VI.* (Vulgo VII.) vs. 555. *Idem in IV. Aen.* vs. 493.

Post locum e Virgilii quarto allegatum leguntur in editt. haec: *Et, Mars perdere gentem immanem Lapithûm valuit, concessit in iras Ipse Deûm antiquam genitor Calidona Dianae, Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente, et, Quod scelus aut Lapithas tantum aut Calydona merentem.* De his in proxime antecedentibus expositum est. Jure ergo dubites, an repetita recte habeant. Equidem adscripta ab interpolatrice manu puto. Codices variant, ultima certe *et, Quod* rel. omnes omittunt. Igitur e textu haec eliminavi.

§. 104. *apud Graecos quidem fere omnibus.* Post *omnibus*

lia. De accentu autem eorum in libro qui est de pronomine sufficienter dictum est. Nominibus vero praepositiones adjiciuntur, tam per appositionem, quam per compositionem. Per compositionem quidem, quae fit in nominativo, cujus servant compositionem etiam obliqui, ut *indoctus*, *indocti*, *indocto*, *indoctum*, *indocte*. Per appositionem vero, supradictis duobus obliquis casibus. Verbis vero et adverbiis 105
per solam compositionem adjunguntur praepositiones. Participiis autem tam secundum verbi compositionem, quam secundum nominis appositionem, ut *perlegens* a perlego, *efficiens* ab efficio, *ad legentem*, *a legente*, ut, *ad puerum*, *a puero*. Sciendum tamen, quod recta ordinatio exigit, ut pronomen vel nomen praeponatur verbo, ut, *ego et tu legimus*, *Virgilius et Cicero scripserunt*. Quippe cum substantia et persona ipsius agentis vel patientis, quae per pronomen vel nomen significatur, prior esse debeat naturaliter quam ipse actus, qui accidens est substantiae. Licet tamen et praepo- 106
stere ea proferre, auctorum usurpatione fretum. Et prima quidem et secunda persona vel in se reciprocantur, vel in alias diversas transeunt, cum non absolutis verbis adjunguntur. In se quidem reciprocantur, ut, *misereor mei*, *misereris tui*, *noceo mihi*, *noces tibi*, *laudo me*, *laudas te*. In alias vero diversas transeunt, ut, *misereor illius*, *misereris mei*, *noceo tibi*, *noces illi*, *laudo te*, *laudas illum*. Tertia vero persona non solum eadem patitur, sed etiam in aliam tertiam extrinsecus potest transire: quippe cum diversae in ea

---

omisi *excepto vocativo*, quae absunt a Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. Pro *apud nos* duo Codd. *apud Latinos*.

ad nos. Vulgo: *ad vos.* Secutus sum Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. Ed. Asc. Ea, quae sequuntur „*unde mecum — sufficienter dictum est*" absunt a Cod. Monac. B. in Cod. Monac. A. in margine notata sunt. Nullus ego quidem dubito, quin spuria sint. *qui cum* inserui e Codd.

§. 106. *Et prima quidem.* E Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. adjeci *quidem*.

vel in se reciprocantur. Additur vulgo: *vel in se refringuntur.* Inepte. Omisi haec auctoritate Cod. Lips. A. Edd. Iunt. Ven. 1. 2. Erph.

In se. Vulgo, *in sese.* Mox *noces illi* scripsi pro *noceo*. Tum ante *laudas* omisi *et*. Deinde *possunt* edidi pro *possint*. Has omnes lectiones praestant Codd. MSS. Lips. Erl. Monac. Mox pro *quod et in prima* edidi *quod in prima*.

possunt esse personae. Quod in prima et in secunda non invenitur: quippe cum sint finitissimae, et vocibus unicae, ut, *iste accusat illum, et ille hunc;* et in
107 se reciprocatur eadem, ut, *ille accusat se.* Prima autem in aliam primam transire non potest, nec secunda in aliam secundam. Scilicet quia non possunt esse diversae primae et secundae, sed vel in se reciprocantur, ut dictum est, vel transit prima in secundam vel tertiam, et secunda in primam vel tertiam, ut, *video te, et video illum:* et *vides me, et vides illum.* Tres igitur personae eandem quidem habent constructionem: reciprocam, ut, *prosum mihi, prodes tibi, prodest sibi:* transitivam vero, prima quidem et secunda ad binas personas, ut, *prosum tibi, prosum illi, prodes mihi, prodes illi:* tertia vero ad tres: superat enim hac una, quod tertia in aliam tertiam transitive profertur, ut, *ille prodest mihi, prodest tibi, prodest isti.*

XVII Possessiva tamen, quia duas continent personas,
108 id est, possessoris et possessionis, necessario tribus constructionibus ordinantur, cum eorum primitiva duas habeant, reciprocam vel sui passam, quam Graeci ἰδιοπάθην vocant, et transitivam. Sui passam, ut, *video memet:* transitivam, *video te vel illum.* Possessiva vero modis construuntur tribus, cum verba vel a possessore in possessionem, vel a possessione in possessorem, vel extrinsecus transferuntur. A possessore in possessionem, ut, *doceo meum filium, doces tuum discipulum, docet ille suum auditorem.* A possessione

---

finitissimae. Haec vox abest a Codd. Monac.

ut iste accusat — accusat se. Absunt haec a Cod. Monac. B.

§. 108. *vel sui passam.* Ita Codd. Vulgo: *id est* rel. Mox ἰδιοπάθην scripsi pro ἰδιοπαθῆ auctoritate Codd. Monac. Lips. A. Ed. Asc. MS. Lips. *idiopaden.* Monac. *ΙΔΙΟΠΑΘΕΝ.* Asc. ἰδιοπαθῆν. MS. Lips. B. ἰδιοπαθον.

§. 109. *doceo ego vel ille.* Codicum auctoritate post *vel* omisi *docet.* Mox in v. *cum enim sit relativum* secundum Codd. MSS. Monac. A. B. Erl. post *enim* omisi *suum.* Ante *possessoris* jussu Cod. Monac. B. expuli *sui.* Deinde *ad quam referatur* e Codd. MSS. Monac. A. B. Lips. A. B. Erl. Ed. Asc. dedi pro vulg. *ad quem refertur.*

copulatur pro *copuletur* recepi e Codd. MSS. Lips. A. B. Monac. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Mox *o* ante *mi pater* Codicum jussu exturbavi.

vero in possessorem, ut, *paret mihi meus filius, paret*
tibi tuus cliens, paret illi suus servus. Extrinsecus, ut, 109
doces tu, vel docet ille meum filium, doceo ego vel ille
tuum filium, doceo ego vel tu suum illius filium. Sed
melius hoc per retransitionem dicitur, ut, rogat me
ille, ut doceam suum filium. Cum enim sit relativum,
exigit, ut prius cognoscatur persona possessoris, ad
quam referatur. Et sciendum, quod omnia posses-
siva possessoris personam secundum primitivum si-
gnificant, possessio vero ipsa tertiae est personae, ut,
meus, tuus, suus, quomodo et nomina, quibus con-
junguntur, ut, *meus pater, tuus filius;* excepto voca-
tivo, qui solus in primae personae possessivis inve-
nitur, cum secundae copulatur personae, ut, *mi pater,*
o mea tu, o noster Chremes. Omnia tamen possessiva 110
in genitivos primitivorum etiam verbis sociata pos-
sunt resolvi, ut, *amicum meum moneo*, pro amicum
mei, et *Euandrium filium Turnus interfecit*, pro Eu-
andri filium, et *Daunius filius ab Aenea victus est*, pro
Dauni filius. Hoc autem interest, quod voce posses-
sivi genus et casus et numerus ipsius possessionis osten-
ditur. Et substantiva quidem verba possessivis con-
juncta ad possessores referuntur, ut, *tuus sum filius,*
meus es pater, suus est illius servus. In una autem
eademque persona possessor simul et possessio intrans-
itive intelligi non potest, nisi figurate dicat aliquis,
meus ego sum et servus et dominus, et similia. Persius:
Vindicta postquam meus a praetore recessi; et Euripi-
des: *Ἐγὼ δ' ἐμὸς εἰμί.* Sin autem aliquibus ea ver- 111

---

§. 110. *Turnus interfecit.* Putschius cum Bas. invitis membranis *interficit.*

Hoc autem interest. Adduntur in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. haec: *inter primitivum et possessivum.* Absunt a Cod. Erl. Monac. A. In Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. et Cod. MS. Lips. A. sic leguntur ista: *inter possessivum pronomen meus, tuus, suus, et primitivum mei, tui, sui.* Cod. MS. Lips. B. *i. p. p. m. t. s. et genitivos primitivorum* rel.

ostenditur. MS. Lips. A. haec addit: *voce autem primitivi significatur neque genus neque casus neque numerus.*

Persius. Sat V. vs. 88. *Euripides.* Cod. Monac. B. *ΕΓΓΩΔΕ-ΜΟΙΣ ΓΕΙΜΙ.* An haec in Euripide legantur, nescio: ipse Hermannus se nescire fatetur.

bis sociamus ad ipsarum possessionum actum vel pas-
sionem pertinentibus, necesse est, cum in prima et
secunda esse persona intelliguntur, primitiva quoque
eis pronomina adjungi, quomodo etiam in omnibus
solet fieri nominibus, ut, *tu meus filius legis, ego tuus
pater doceo, et tu Virgili doces, ego Priscianus do-
ceor.* In eis enim constructionibus verba, quae non
substantiam significant, ad ipsas possessiones, non ad
possessores pertinent, id est, quando nominativis pos-
sessivorum adjunguntur verba. Sin autem in una ea-
demque persona verbum obliquo adjungatur prono-
minis casui, necesse est reciprocationem, id est, sui
passionem fieri, et eandem personam agere aliquid
in se simul, et pati a se, ut, *misereor mei, invideo*
112 *mihi, accuso me.* Et sciendum, quod Graeci quidem
compositis utuntur pronominibus in sui passione, id
est, *ἰδιοπαθείᾳ*, ut, *ἐμαυτὸν διδάσκω, σαυτὸν διδάσκεις,
ἑαυτὸν διδάσκει.* Et hoc idem etiam in possessionem
transitione facta a possessore, faciunt, id est, genitivo
composito primitivi pronominis utuntur pro quocunque
obliquo possessionis, ut, *τοῦ ἐμαυτοῦ οἴκου ἀντιποιȣ̃-
μαι, τὸν σαυτȣ̃ δȣ̃λον τύπτεις, τὸν ἑαυτȣ̃ υἱὸν παιδεύει.*
Pro his autem omnibus Latini simplicibus utuntur
pronominibus, Homerum sequentes, qui simplicibus
ubique etiam pro compositis utitur pronominibus, ut,
mei misereor, et *mei filii misereor, mihi noceo*, et *mei*
113 *filio noceo, me accuso*, et *mei filium accuso.* Saepe ta-
men etiam in reciprocationibus solemus uti, assumen-
tibus syllabas pronominibus, quibus discretionis quo-
que causa utimur, ut, *mihimet invideo, tibimet ipsi
noces, sibimet ipsi prodest.* Illud quoque notandum,
quod possessiva pronomina primae et secundae perso-
nae, sive possessoris sui, sive extrinsecus personis

---

§. 111. *cum in prima et secunda — intelliguntur.* Ita Codd. MSS. Monac. Lips. A. B. Erl. Vulgo, *cum et — et in sec. — intelligantur.* Mox *pati a se* eorundem librorum auctoritate scripsi pro *a se pati.* Tum *accuso me* pro *incuso me.* Denique *Et hoc idem* edidi pro *Hoc idem.*

§. 112. *τοῦ ἐμαυτȣ̃ οἴκου ἀντιποιȣ̃μαι.* Putschius: *τȣ̃ ἐμαυτȣ̃ υἱὸν τύπτω*, qua auctoritate, nescio. Receptam lectionem tuentur Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Bas. Colon. Ald. nisi quod *οἶκον* protulerunt, quod falsum est. Cod. MS. Monac. B. totum hunc locum ita fere expressit: *TOY EMAYTOY OIKOY*

bene copulantur, tam agentia quam patientia, sive in seipsa reflectantur, id est reciprocentur, ut, *meus filius vel tuus diligit me, diligit te, diligit illum, diligit se, filium meum vel tuum diligo ego, diligis tu, diligit ille.* Tertiae vero personae possessivum sine voce al- 114
tera significante possessorem non potest adjungi alii personae per se. Si enim dicam, *suus servus ministrat mihi vel tibi*, soloecismum facio, quia in possessivo primae et secundae personae, sicut ostendimus, recte construitur, cuicunque personae copuletur. Nec mirum, cum primae et secundae personae possessiva finitas habeant possessorum personas, quippe in unicis vocibus primitivorum constitutas, et demonstrativas. Tertiae vero personae possessivum non solum ad omnes voces pronominum tertiae personae, verum etiam nominum potest referri, ut, *suus, istius, illius, ipsius hominis*, sine quibus additis perfectum sensum non habet. Idem fit etiam per obliquos possessivi supradictae personae, *ille vel iste, vel homo suae opis indiget, suo filio parcit, suum morem sequitur.* Nec 115
mirum hoc fieri in tertiae personae possessivo, cum vim genitivi possideat sui primitivi, quod vel reciprocum, id est sui passum, ἰδιοπαθὴς est, vel retransitivum, in quo necesse est prius personae tertiae significationem voce aliqua fieri, ad quam iste genitivus, vel reliqui ejus casus referantur, ut, *ille sui miseretur, ille sibi donat, Virgilius se celebrat.* Et pro composito Graeco ἑαυτοῦ, ut diximus, accipitur, quod apud Graecos quidem in tribus invenitur personis, et vel in se reflectit actum suum, vel in possessionem suam, ἐμαυτοῦ κήδομαι, καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ δούλου κήδομαι, σαυτὸν τύπτεις, καὶ τὸν σαυτοῦ δοῦλον τύπτεις, ἑαυτῷ χαρίζεται, καὶ τῷ ἑαυτοῦ ἀκροατῇ χαρίζεται. Igitur apud Latinos 116

---

aNIIIIos osAταττoN oaTτoT ΔoNτTτι τσICτoN εaTτoT ToNτιατλειCI. De re cf. Apollon. Dysc. περὶ Ἀντων. p. 86. l. 7. ed. Imm. Bekkeri.

§. 114. *alii personae.* Vulgo: *persona.* Illud Codd. Lips. A. B. Ed. Asc. Ven. 1. 2.

cuicunque personae. Vulgo: *cum quacunque persona.* Nos Codd. MSS. Lips. A. B. Ed. Asc. secuti sumus. Pro *copuletur* MS. Lips. A. *copulatur.*

§. 115. *vel retransitivum.* Codd. MSS. Lips. B. Monac. A. *transitivum*, quod quomodo defendi possit, equidem non intelligo.

supradictorum compositorum pronominum nisi in tertia non habemus significationem persona, id est *sui, sibi, se, a se.* Ideoque etiam nominativo caret, quomodo supradicta apud Graecos composita. Et illi quidem, sive ἰδιοπάθεια sit, reciprocatio, vel sui passio, sive in possessiva transitio fiat, utuntur supradictis compositis, ut ostendimus. Nos vero primitivis quidem, *sui, sibi, se, a se,* vel per reciprocationem, ut, *sui potitur, sibi indulget,* vel per retransitionem utimur, ut, *hortatur me ille, ut sui potiar, rogat te ille,*
117 *ut sibi indulgeas.* Possessivis vero, cum in ea possessorum fiat transitio, ut, *sui servi miseretur, et suo servo prodest, et suum servum diligit.* Nec aliter tamen potest supradictum possessivum tertiae personae construi cum aliis extrinsecus personis, nisi per retransitionem, quomodo et primitivum ejus, id est, nisi prius a possessore ejus proficiscatur in aliam verbum personam, et sic ab illa rursus ad possessionem tertiae, sicut et ad se, ut, *rogat me ille, ut suus servus ministret mihi vel tibi; precatur, ut sui patris miserear; petit te, ut suo prosis filio; obsecrat Cicero Varronem, ut suum erudiat natum.* Et notandum, quod, cum a tertia in tertiam fit retransitio personam, in dubium venit possessio, ad quam pertineat earum, ut, *rogat iste illum, ne suo noceat filio,* ambiguum est, cujus suo filio, istius an illius, id est rogantis, an ejus qui rogatur, quomodo et apud Graecos, παρακαλεῖ Πλάτωνα Ἀριστοτέλης, ἵνα τὸν ἑαυτοῦ φίλον παιδεύσῃ, dubium fit, utrum Platonis an Aristotelis suum.

XVIII Omnium possessivorum tam nominum quam pro-
118 nominum per quemcunque casum prolatorum loco licet genitivis uti primitivorum, ut, *Euandri filius*

---

§. 117. *Obsecrat.* Unus Codex *obsecratur.* *Aristotelis suum.* Addunt Codd. *filium.*

§. 118. *honora — honora.* Ita pro *honoro — honoro* dedi e Codd. MSS. Lips. Erl. Edd. Ven. Asc. Paulo post *in omnibus possessivis* eorundem librorum auctoritate scripsi pro *in nominibus possessivis.*

§. 119. *Terentius in Andr.* Act. V. Sc. 2. vs. 2. In Edd. Terentii legitur: *meo praesidio.*

aliqua differentia. Additur vulgo: *ad genitivum primitivi.*

pro Euandrius filius, et *Euandri filii* pro Euandrii
filii, et *Euandri filio* pro *Euandrio filio*, et *Euandri*
filium pro *Euandrium filium*, et *Euandri fili* pro *Euan-*
drie fili, et *ab Euandri filio* pro *ab Euandrio filio*.
Similiter per omnes casus tam singulares quam plu-
rales licet tam pronominibus quam nominibus uti.
Itaque licet genitivos quorumcunque casualium cum
possessivis per quemcunque casum prolatis conjun-
gere, ut, *mea causa labora et illorum*, *meum patrem*
honora et Catonis, *tuo patri pare et fratris*, *tuum im-*
peratorem et commilitonum sequere. *O noster et fratris*
mei pater, sua ille confidit et patris virtute. Similiter 119
figuratur constructio in omnibus possessivis. Teren-
tius in Andria: *Meo studio atque hospitis.* Est tamen
aliqua differentia in possessivo tertiae personae, cu-
jus nominativo tunc utimur, quando ad suum posses-
sorem possessio transitionem facit, et non ad alium,
ut, *indiget illius vel Ciceronis suus filius*, *praestat illi*
vel Ciceroni suus filius, *videt illum vel Ciceronem suus*
filius, *bene meretur de illo vel Cicerone suus filius*. Si-
militer passiva, quae a possessore solo fiunt, nomina-
tivum possessionis exigunt, ut, *amatur ab illo vel Ci-*
cerone suus filius. Necnon tam nominativo, quam 120
aliis casibus possessivis licet uti, cum possessorem
ostendimus extrinsecus facientem transitionem ad ali-
quam aliam personam, pro sua possessione, ut, *rogat*
me ille, ut suus legat apud me filius, et *ut suus docea-*
tur a me filius, et *ut sui miserear filii*, et *ut suo donem*
filio, et *ut suum sequar filium*, et *ut suo potiar filio*,
cum in possessivis primae et secundae personae liceat
etiam non possidentes sic construere. Discretionis 121
quoque causa vel abundantiae solet cum genitivo pos-

Omisi haec, cum absint a Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Monac. A.

§. 120. *Necnon tam.* Ante *tam* Codd. MSS. auctoritate expuli *tamen*.

sic construere. Ita Cod. Lips. A. Vulgo, *construere sic.* Post haec omisi, quae in editis libris adduntur: *accusas meum filium*, *misereor tui filii*, *invidet ille meo filio.* Codices MSS. variant. A Cod. Monac. A. absunt. Cod. MS. Lips. B. post *filio* haec exhibet: *vel rogat me ille*, *ut tuum doceam filium, vel rogat te ille, ut mei miserearis, et sic per caeteros casus.*

sessoris addi nominativus possessivi, ut, *suus est Homeri mos:* intelligitur enim non alterius; et, *suus Ciceronis filius haeres est patris constitutus: suus* dicitur ad discretionem illius, qui secundum leges suus non est, id est sub potestate patris legitimi non est. Quod autem *suus* pro uniuscujusque proprio accipiatur, usus confirmat. Virgilius in primo Georgicon: *Molles sua thura Sabaei.* Terentius in Phormione: *Quot homines,*
122 *tot sententiae; suus cuique mos est.* Sin autem in possessionem fit a possessore transitio, obliquis possessivi utimur, ut, *Cicero miseretur filii sui, praebet suo filio, aspicit suum filium, potitur suo filio:* sin extrinsecus fit transitio in possessionem tertiae personae, sufficit genitivo uti ipsius possessoris, ut, *misereor filii Ciceronis, accuso filium Ciceronis, potior filio Ciceronis.* Licet tamen addere etiam possessivi casus consequentes, vel discretionis causa, vel abundantiae, ut, *egeo ingenii sui Ciceronis, bene dico ingenio suo Ci-*
123 *ceronis,* et similia. Illud quoque sciendum, quod, cum in aliis omnibus possessivis liceat genitivo uti primitivi, pro omni eorum casu, quod ostendimus, in hoc quoque possessivo pronomine tertiae personae, quomodo in aliis tunc utimur, cum ipse possessor aliquid agit in possessionem suam, et cum in aliam personam transitum ostenditur facere pro sua possessione, ut, *amat ille suum filium, et amat ille sui filium, bene dicit suo filio, et bene dicit sui filio, petit a me, ut prosim suo filio, et ut prosim sui filio.* Si ipsa tamen possessio in possessorem faciat transitionem, non est congruum, uti primitivi genitivo pro possessivo, quia vim habet compositi Graeci, ut, *Ciceroni reddi-*

---

§. 121. *Virg. in I. Georg.* vs. 57. *Ter. in Phorm.* Act. II. Sc. 4. vs. 14. (sive Act. III. Sc. 3. vs. 14.) Post *sententiae* addit Cod. MS. Lips. B. *sunt.* Pro *suus cuique* Lips. A. *unicuique suus.* Lips. B. pro *cuique cujusque.*

§. 122. Post *transitio* expuli Codd. jussu *intrinsecus* et pro *utuntur* restitui *utimur.*

§. 124. *redditur — redditur.* Edd. Bas. Colon. Putsch. *redit — redit.* Edd. Ven. Asc. Iunt. *reddit — redditur.* Nos Cod. MSS. Lips. A. B. secuti sumus.

§. 125. *faciat* pro *facit* restitui e Codd. In sequentibus adjeci *Romani* et *videntur,* cum haec in Cod. MS. Lips. A. addita reperiantur.

tur suus filius, non satis commode pro hoc dicitur,
Ciceroni redditur sui filius; nec, *Ciceronem laudat sui* 124
filius, pro *suus filius*, et similia. Quia nec apud
Graecos bene dicitur, *Κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτῦ υἱὸς*, nisi
more Attico pro simplici accipiatur. Et sciendum,
quod, quia primitivum ejus, tam singulare, quam plurale
est, licet in possessivo et unum et plures possessores
ejus intelligere pro significatione genitivi ad
possessorem pertinentis, ut, *suus illius*, et *suus illorum*.
Nec mirum, si per retransitionem Romani utun- 125
tur his pronominibus, id est, sui, sibi, se, a se, et
ejus possessivo, ut ostendimus: necnon si ad conjunctionem
sui etiam in alias personas aliquid agat, ut,
*ille vocat me ad se, ducit te secum, trahit omnia in
se*: vel cum transitum faciat in aliquos sibi conjunctos,
ut, *ille miseretur eorum, qui secum vivunt*, vel *sibi
parentium*, vel *secum degentium*, *dat sibi faventibus*,
incusat secum certantes, *invidet se indigentibus*. Et videntur
haec omnia possessivorum vim habere, et similia.
Nec incongrue Romani hujuscemodi constructionem
habuisse videntur, cum Attici quoque soleant
compositis in hujuscemodi uti constructionibus.
Xenophon *Ἀπομνημονευμάτων* primo: *Ἀλλὰ Σωκράτης
γ', ἔφη ὁ κατήγορος, τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε,
πείθων μὲν τοὺς συνόντας ἑαυτῷ, σοφωτέρους ποιεῖν τῶν
πατέρων.* Idem in eodem: *Ἀλλὰ Σωκράτης γ', ἔφη ὁ
κατήγορος, οὐ μόνον τοὺς πατέρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους
συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι.*
Demosthenes: *Καὶ ἀφεικότα τοῦτον ἐμαυτὸν*, pro *ἐμέ*.
Xenophon *Ἀπομνημονευμάτων* secundo: *Χαιρεφῶντα
δέ ποτε καὶ Χαιρεκράτην, ἀδελφὼ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν, ἑαυτῷ*

Xenoph. Apomn. I. Cap. 2. §. 49. Ed. Ven. 2. **σοκράτης
τ'** pro *γ'*. **ἑαυτῷ** pro **αὐτῷ** reliqui auctoritate Edd. Iunt. Ald.
Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Ven. 1. **αὐτῷ**.

Idem in eodem. §. 51. Hoc quoque loco retinui **ἑαυτῷ**. *Demosthenes.*
Fateri debeo, me, ubi sequentia apud Demosthenem
legantur, nescire.

ἀφεικότα. Sic Putschio praeeunte edidi pro eo, quod Edd.
Bas. Colon. **ἀφφότα**. Ald. **ἀφφότα**, Asc. Iunt. **ἀφικότα** habent.
Ed. Ven. 2. his vacuum reliquit spatium.

Xenophon Apomn. secundo. Cap. III. init. Hunc locum sine
ulla varietate exhibent Edd. Cod. Monac. A. **ἀλλήλον**.

126 δὲ γνωρίμῳ, αἰσθόμενος διαφερομένῳ. Quod autem etiam genitivo vel dativo, qui loco sit genitivi possessoris, bene additur etiam possessivum, ut supra diximus, non solum nostrorum, sed etiam antiquorum usus approbat. Virgilius in Bucolicis: *Et me Phoebus amat, Phoebo sua semper apud me munera sunt lauri, et suave rubens hiacinthus.* Terentius in Adelphis: *Suo sibi hunc gladio jugulo.* Et Plato in Timaeo: *Μήτε ἄρα ἀργύριον μήτε χρυσίον μήτε ἄλλο ποτὲ κτῆμα ἑαυτῶν ἴδιον νομίζειν.* Et, quod mirum est, hoc ipsum ἴδιον etiam primae et secundae adjungitur personae apud illos, ut Isaeus ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην: *Οὐκ ἂν τὰ ἴδια, τὰ ἐμαυτȣ̃.* Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα: *Οὐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων.* Idem ἐν τῷ πρὸς Καλλικλέα: *Τὸ μὲν γὰρ χωρίον ὁμολογεῖται καὶ παρ' αὐτῶν τȣ́των ἡμέτερον ἴδιον*

---

§. 126. *Virg. in Buc.* Ecl. III. vs. 62. *Terent. in Adelphis.* Act. V. Sc. 8. (sive 6.) vs. 35. Cod. MS. Erl. *gladio hunc.*

Plato in Timaeo. pag. 282. Tom IX. ed. Bip. Codex Monac. A. ita: *ΜΕΤΝΕαΡα αΡΓΤΡΙΟΝ ΜΕΤΕ ΧΡΤCΙΟΝ μ. α. ΠΟΘΕΝ κτ. αντων ΙΔΙΟΝ νομιζΟΝ* Ed. Asc. *μήτε ἄρα ἀργύριον μήτε χρύσον μήτε ἄλλο ποιοθὲν κτῆμα αὐτȣ̃ ἰδίον νομίζων.* Ed. Ven. 2. *μη'τὲ αρα αργ'υριον 'μητὲ χρυσον μ'τὲ αλ'λο 'ποσθεν κτημα αὐτου ιδίον.* Ed. Iunt. *μήτε ἄρα ἀργυριον μήτε χρυσὸν, μήτε αλλο ποιηθὲν, κτῆμα αὐτȣ̃ ἰδιον νομίζων.* Ed. Ald. *τȣ̀ς δε γε ȣ̏τω τραφέντας ἐλ·χθη πȣ μήτε χρυσὸν μήτε ἄργυρον μήτε ἄλλο ποτὲ κτῆμα ἑαυτῶν ἴδιον νομίζειν δειν.* Ita et Edd. Bas. Colon. Ed. Putsch. *Μήτε ἄρα χρυσὸν μήτε ἄργυρον μήτε ἄλλο ποτε κτῆμα ἑαυτῶν ἰδιον νομίζω.* Erph. *μητε αρα αρτυριον μητε χρυσον μητε αλλο πο θεν κτημα αυτȣ ιδιον.*

Isaeus. Frag. or. supp. Cf. Fabr. Biblioth. Gr. ed. Harles. Vol. II. p. 811. Hunc locum editiones omnes ita, ut editus est, unanimi consensu exhibent.

Demosthenes in Polyclem s. fin. p. 23. ed. stereot. Lips. Oratt. Graec. ed. a Reiske Tom. II. p. 1226.

Edd. Ven. 2. Erph. nihil exprimunt, quam haec: *ȣ περι τȣ εμȣ ιδιȣ*, vacuo sequentibus spatio relicto. Ed. Asc. *ȣ περὶ τον ἐμὸν χυτων ὁ πρεπι πεδευίνος ἐποίησα μὲν τὰ ἐμαυτȣ ἴδιον τȣ μετερα.* Ed. Iunt. *περὶ τȣ̃ ἐπι τριηραρχήματος. ȣ̓ περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ ἐμαυτȣ̃ ἴδια ἢ τὰ ὑμετερα* Putsch. *περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήθητε Περικλέα ἢ ȣ̓χ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν. ὅτι περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ εμαυτȣ̃ ἴδια ἢ τὰ ὑμέτερα.* Putschius duos diversos Demosthenis locos in unum confudisse videtur. Nam altero loco apud Demosthenem legitur: *τοιȣ́των τοίνυν μοι συμβεβηκότων τῶν πραγ-*

εἶναι. Φρύνιχος Ποαστρίαις: "Ωσπερ ἐμὸν αὐτοῦ ἴδιον. Pro 127
quo nos dicimus, *meum proprium* et *tuum proprium.*
Dicitur tamen etiam *suum proprium illius*, ut non putetur abundare *suum*, sed indubitabilem discretionem significare. Illud quoque notandum, quod tertiae personae possessivum ad innumerabiles, ut diximus, refertur personas possessorum: quippe cum ad omnia tertiae personae pronomina et ad omnia nomina et participia potest referri, ut, *suus illius*, *suus istius*, *ipsius*, *hujus*, *ejus*, *suus Virgilii versus*, *sua dicentis*
diligentia. Primae autem personae possessiva et se- 128
cundae non egent per se prolata adjunctione alicujus genitivi, cum vim genitivi finiti in se habeant, quomodo nec suus eget genitivo sui primitivi, quem in se possidet: sed extrinsecus alterius vocis propter mul-

---

μάτων, ὁ περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ ἐμαυτοῦ ἴδια, ἢ τὰ ὑμέτερα· ἀλλ' rel. altero vero ita sonant verba: *εὖ δ' ἴστε, ὅτι ὁ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήσεσθε Πολυκλέα, ἢ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν* rel. Equidem, cum nullus meorum Codicum hoc loco Graeca exhibeat, antiquissimarum Editionum vestigia secutus *ὁ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων* scripsisse contentus fui; nec tamen nego, et alterum, *τὰ ἐμαυτοῦ ἴδια*, recte se habere. Cum vero vix probabile sit, Priscianum duos ejusdem orationis locos hic excitasse, nolui Putschium sequi.

Idem Or. in Calliclem. p. 74. ed. stereot. Lips. Orr. Gr. ed. Reiske Tom. II. p. 1274. Hunc locum expressit ita Ed. Asc. *περι χορiυ βλαβησο μεν παρ χοριον ὁμολογειται καπαραχτον τυτον ἡμετερον ἰδιον.* Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. *περὶ χωρίυ. τὸ μὲν γαρ χωρίον, ὁμολογεῖται καὶ παρ αὐτῶν τύτων ἡμέτερον ἴδιον εἶναι.* Cum his consentit Putschiana, nisi, quod in hac ad *περὶ χωρίυ* additum legitur *βλάβης*, quod et Asc. exhibet. Equidem expunxi *περὶ χωρίυ βλάβης*, reliqua retinui. His Demosthenis locis additur in Edd. Asc. Bas. Ald. Colon. Putsch. locus e Phrynicho allegatus, qui tamen diverse scriptus legitur. Ed. Asc. *Proenichus. πωασοριαις ωπερ εμων απηο ιδιον.* Edd. Ald. Bas. Colon. *Phrynichus: ὅπερ ἐμὸν αὐτῆς ἴδιον.* Ed. Putsch. *Phrynichus πυασρίαις. "Ωσπερ ἐμὸν αὐτῦ ἴδιον.* Ego Putschium secutus sum. Phrynichi tamen nomen Graecis literis protuli. Abest hic locus ab Edd. Ven. 1. 2. Erph. Iunt.

§. 127. *dicitur tamen etiam.* Pro *et* recepi e Codd. MSS. Langer. Lips. A. B. Erl. Monac. *etiam.* Mox *potest referri* pro *possit ref.* scripsi auctoritate Codd. MSS. Langer. Gphb. Lips. A. B. Erl. Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc.

dicentis diligentia. Cod. MS. Lips. A. *docentis.*

titudinem tertiarum personarum, ad quas necessario et primitivum sui, et possessivum ipsum refertur. Utraque enim relativa sunt. Nam *meus* et *tuus*, nisi ad suorum primitivorum, quae sunt demonstrativa, non intelliguntur genitivos; itaque extrinsecus genitivis
XIX non egent. Quaeritur, quae sit differentia inter geni-
129 tivum primitivi et possessivi *mei*, *tui*, *sui*, *nostri* et *vestri*. Et quantum quidem ad vocem nulla: quantum vero ad sensum, haec est differentia, quod genitivus primitivi simplicem possessionem significat, possessivi vero duplicem. Si enim dicam, *mei est servus*, pro *meus est servus*, simplicem demonstro possessionem. Sin autem dicam, *mei est filii servus*, duplex ostenditur possessio, mea quidem in filio, filii autem in servo. Frequenter tamen etiam sine nomine licet hujuscemodi possessiva proferre, et maxime cum de dominis vel conjugibus vel amicis mentio fit, ut Terentius in Andria: *Cujus hic puerum apposuisti? Vestri. Cujus vestri?* Intelligitur enim domini vel herilis filii. Idem in eadem: *Cur meam tibi?* subauditur conjugem vel sponsam. Idem in Eunucho: *O*
130 *mea tu*, subaudiendum est amica vel soror. Et omnibus maritis mos est de uxoribus suis dicere mea, et invicem uxoribus de suis maritis dicere meus, per defectionem nominis. Et primitivorum quidem genitivus per se profertur, non egens alterius genitivi, ut mei filius ambulat, tui filium video, mei misereris, tui miseretur. Nam et ad omnem numerum, genus et casum bene construitur primitivi genitivus: possessivi vero genitivus eget semper alterius genitivi ejusdem numeri et generis. *Mei filii miserere, tui filii misereor, sui filii miseretur ille:* nisi per ellipsim,
131 quomodo praediximus, proferatur. Et non solum genitivo primitivi pro omni casu possessivi licet uti, ut,

---

§. 129. *ostenditur possessio.* Addit Cod. MS. Lips. B. *ita scilicet, quod tota vis nominationis sit in genitivo possessivi.*
Ter. in Andria. Act. IV. Sc. 4. (s. 5.) vs. 24. Vulgo legitur: *cujus nostri.* Equidem *vestri* e Cod. MS. Langer. reposui.
Idem in eadem. Act. IV. Sc. 1. vs. 11.
Idem in Eunucho. Act. IV. Sc. 5. vs. 22.
§. 130. *ejusdem numeri et generis.* Ante *ejusdem* omisi auctoritate Codd. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. *hoc est.*

mei ager pro *meus ager*, et *mei agrum* pro *meum agrum*, et
nostrum vel *nostri filius* vel *filium* pro *noster filius* vel *no-
strum filium*, et similia, ut ostendimus; sed etiam ipso-
rum possessivorum genitivus cum omni casu secundae
possessionis, id est quae a possessione possidetur, po-
nitur, ut, si uxor loquens de agro mariti sui vel de
alia re dicat, *iste ager mei est*, *τῦ ἐμῦ*, *semine mei prae-
gnans sum*, *prolem mei diligo*, *thalamis mei caste pa-
reo*. Nec aliter potest duplex possessio construi sine 132
genitivo possessivi. Apud Graecos etiam articulus
huic conjunctus discernit ambiguitatem: ὁ τῦ ἐμῦ ἀγρὸς,
ἡ τῆς ἐμῆς σωφροσύνη. Quo deficiente saepe Latini au-
ctores faciunt quaestiones, ut Lucanus in IV. *Ac rep-
pulit aestus fortior Oceani*: τῶν τοῦ Ὠκεανῦ. Idem in
primo: *Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae*:
τῦ τῆς Ἀρτέμιδος. Similiter dicitur minor viginti an-
norum: ἥττων τοῦ τῶν εἴκοσι ἐτῶν. Nec mirum tantam
vim in possessionibus habere genitivum, cum in com-
positis quoque immobilis maneat idem casus, ne, si
declinetur, significatio quoque ejus evanescat, ut, *tri-
bunusplebis*, *plebiscitum*, *senatusconsultum*. Et si a duo- 133
bus sit genitivis, uterque manet immobilis, ut, *hu-
jusmodi*, *istiusmodi*, *illiusmodi*, quae tam composita,
quam separata omnibus adjunguntur casibus. *Sui*,
quando est primitivum, nominativum, ut diximus,
non habet; quia necesse est ad aliquem alium nomi-
nativum tertiae referri personae hoc pronomen, et
quia transitivorum servat constructionem. Nam vel
in se reciprocatur, id est ipse in se aliquid agere
ostenditur, aut ipse a se pati, in quo necesse est
obliquum aliquem poni casum, ut, *miseretur sui*, *par-
cit sibi*, *accusat se*, *potitur se*: vel per transitionem
aliquam, ut praedictum est, construitur, id est, quando
ab ipsa in aliam fit transitio personam, et ab illa in

---

§. 131. *possidetur.* Ed. Erph. *possidet.*

caste pareo. Codd. MSS. Gphb. Langer. Lips. B. *parco.*

§. 132. *τῆς ἐμῆς.* Ita Codd. Langer. Gphb. Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Erph. Ald. Bas. Edd. vero Colon. Putsch. *τῦ ἐμῦ.*

Lucanus in IV. vs. 104. Pro *et* restitui *a* Codd. MSS. Erl. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. *ac.*

Idem in primo. vs. 446. Erph. *Tharanis.*

eam retransitio, quae similiter obliquum exigit, ut,
*rogat me servus, ut miserear sui, petit me amicus, ut
sibi prosim, commovet me inimicus, ut se accusem, hor-*
134 *tatur me virtus, ut se potiar.* Et sciendum, quod, quo-
modo composita pronomina apud Graecos nominativo
carentia omnimodo in actu sunt, et hic actus, vel ad
easdem personas reciprocatur, id est reflectitur, vel ad
possessiones earum, itaque necessario verbis copulan-
tur, in quibus nominativus earum intelligitur, ut,
*ἐμαυτοῦ κήδομαι, καὶ ἐμαυτοῦ δοῦλον τύπτω, σαυτοῦ κήδῃ,
καὶ σαυτοῦ δοῦλον τύπτεις, ἑαυτοῦ κήδεται, καὶ ἑαυτοῦ δοῦλον
τύπτει*: sic apud nos in hoc pronomine necesse est
fieri, ut, *sui miseretur*, vel *sui filii miseretur.* Aut
cum prius a tertia verbum proferatur persona trans-
itive in aliam personam, et iterum per retransitio-
nem ab illa in eandem actus aliquis referatur, ut su-
pra ostendimus: *rogat me ille, ut ad se veniam; petit
te ille, ut sui miserearis; rogat Turnus Aeneam, ut sibi*
135 *parcat.* Necesse est enim obliquos casus ad nomina-
tivos referri interpositis verbis actum quidem ad no-
minativos, passionem vero ad obliquos reddentibus,
ut, *Caesar vicit Pompejum, ego te diligo.* Passio vero
facta per obliquos activo conjunctos verbo transfer-
tur in nominativum pertinentem ad ipsam, quae pa-
titur, personam passivo conjunctum verbo, praedictum
vero nominativum, qui ad agentem pertinet, trans-
fert in ablativum, ut, *Caesar vincit Pompejum, vinci-
tur Pompejus a Caesare; ego diligo te, tu diligeris a*
136 *me.* Et Graeci quidem composita invenerunt prono-
mina, id est *ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἑαυτοῦ*, quibus utuntur,
quando eadem persona in sese, vel in suam, ut di-
ctum est, possessionem facit aliquid, quae *ἰδιοπαθῆ*, vel
ἀντανάκλαστα vocant, id est sui passa, vel a se pa-
tientia, sive refractiva translative a corporibus, quae
in se refringuntur. Simplicia vero *ἀλλοπαθῆ* nomi-
nant, id est extrinsecus passionem facientia, vel pa-
tientia, ut, *doceo te, doceor a te.* Nos autem, quo-

---

§. 135. *Caesar vicit.* Pro vulg. *vincit* dedi e Codd. Lips. A. B. Erl. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *vicit.*

§. 137. *ἑαυτῷ ἢ ἑαυτόν.* Ex Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. addidi *ἢ ἑαυτόν.* In sequentibus pro *τὸν ἑαυτὸν*, quod Edd.

modo superius memoravimus, simplicibus quidem pro utrisque utimur, tam in prima quam in secunda persona, secundum Homericam, ut supradictum est, consuetudinem. In tertia vero persona, id est sui sibi 157
se a se, quod illi servant in compositis, servamus, quamvis hoc quoque sit simplex. Itaque et nominativo caret, quomodo ἑαυτȣ͂, et omni verbo copulatur, quod ejus vicem compleat nominativi, ut sui eget, sibi nocet, se incusat. Et in hujuscemodi quidem constructione, id est quando ipsa in se vel in possessionem suam agit, pro composito Graeco pronomine, id est ἑαυτȣ͂, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, accipitur, ut *sui eget*, ἑαυτȣ͂ χρῄζει; *sibi indulget*, ἑαυτῷ ἢ ἑαυτὸν χαρίζεται: *sui servum vendit*, ἑαυτȣ͂ δȣ͂λον πωλεῖ. Quando vero extrinsecus actus in eum aliquis fieri significatur pro simplici Graeco, id est αὐτȣ͂, αὐτῷ, αὐτὸν, accipitur. Nec aliter tamen hoc fit, nisi prius a tertia persona verbum aliquod, ut diximus, proficiscatur ad aliam extrinsecus personam, et sic ab illa per retransitionem ad eam reciprocetur aliud verbum, ut, *rogat me ille, ut ad se veniam, petit te, ut sibi des, hortatur milites imperator, ut se largo potiantur.* Illa quoque verba, 158
quae tertiae personae acquisitionem aliquam significant, quamvis nec sui passionem, nec retransitionem habeant, supradicti pronominis casibus frequenter construuntur, ut, *auget ille substantiam sui, defendit Brutus sibi libertatem, videt ille similem sui* vel *sibi hominem, ducit secum Aeneas Achaten.* Quamvis, si quis haec quoque altius inspiciat, sui passionis et possessionis vim aliquam ostendere ea etiam inveniet. Itaque apud Graecos quoque cum compositis pronominibus proferuntur, ἄγει μεθ' ἑαυτȣ͂ τὸν φίλον. Praeter- 159
ea sciendum, quod illud quoque, quod apud Graecos dicitur, per solos obliquos compositum casus, ἀλλήλων κήδονται, ἀλλήλοις παρέχȣσιν, ἀλλήλȣς φιλȣ͂σιν, necessario invicem actum et passionem alterius in alteram personam uno eodemque casu significat, nec potest

---

Bas. Colon. Asc. Putsch. habent, e Cod. MS. Langer. Edd. Ven. 2. Erph. Iunt. reposui τὸν ἑαυτȣ͂.

largo potiantur. Ed. Erph. — *patiantur.* Cod. MS. Langer. *ponantur.* MS. Erl. *large pot.*

nominativo proferri, sed habet ejus intellectum in ipso verbo. Nostri vero frequenter pro accusativo hujuscemodi constructionis accusativis utuntur antecedente inter omnium personarum pluralibus, ut Terentius in Adelphis: *Video amare inter se*, id est φιλεῖν ἀλλήλους. Idem in eadem: *Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos*, pro γνοίημεν ἀλλήλους. Virgilius in XI. *Conversique oculos inter se, atque ora te-*
140 *nebant; inter se*, πρὸς ἀλλήλους. Saepe tamen explanandi causa adjicitur invicem; nec solum hoc in tertia, sed etiam in prima, ut ostendimus, fit et secunda persona plurali, quippe quae possunt in se diversas colligere personas, ad imitationem supradicti Graeci pronominis, quod caret nominativo, simili utimur constructione, ut, *ego et tu nosmet ipsos invicem amamus inter nos, tu et ille invicem amatis inter vos.* Aliis autem casibus sine inter, quod accusativum exigit, utimur addentes invicem, ut, *ego et tu nostri invicem miseremur*, ἀλλήλων ἐλεῦμεν; *tu et ille invicem vobis indulgetis*, ἀλλήλοις χαρίζεσθε; *iste et ille invicem se po-*
141 *tiuntur*, ἀλλήλων ἀπολαύουσι. Quod si non addatur *invicem*, dubitatio fit, utrum per sui passionem singulae in se agant, an altera in alteram, si dicam, *iste et ille se amant.* Dubium enim fit, utrum ἑαυτοὺς ἢ ἀλλήλους significet. Et in prima quidem persona licet per conceptionem secundam assumere et tertiam, ut, *ego et tu legimus, ego et ille scribimus;* a secunda vero prima concipi non potest, tertia autem potest, ut, *tu*
142 *et ille vosmetipsos laeditis.* Quaeritur, cur *nostrâs* et *vestrâs* a solis pluralibus, tam apud nos, quam apud

---

§. 139. *Terentius in Adelphis.* Act. V. Sc. 1. vs. 41. *Idem in eadem.* Act. II. Sc. 4. vs. 7. Expunxi in fine versus *Ctesipho*, quod abest a Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Erl. Monac. Gphb. Praeterea MSS. Erl. Lips. B. omittunt *nunc* et sic struunt verba: *non nos norimus.* MS. Langer. *novimus.*

Virg. in XI. vs. 121.

§. 140. *Nec solum hoc.* Adjeci *hoc* e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Gphb. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Post *ostendimus* e Codd. MSS. Erl. Lips. B. Langer. Edd. Asc. Erph. inserui *fit.*

§. 142. *cur nostrâs et vestrâs.* Inserunt post *cur* pleraeque editiones *pronomina patriae.* Absunt haec a Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Gphb. Quare ego etiam omisi.

Graecos ἡμεδαπὸς et ὑμεδαπὸς derivantur? Ad quod dicendum, quod ideo a solis pluralibus fiunt, quia patria ad plures pertinet, non ad unum. Et sciendum, quod, quomodo pronomina, quae finita sunt, habent et patria et possessiva, ut, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster* et *vester*, *nostrâs, vestrâs*, sic etiam nomen infinitum *quis* vel *qui* habet apud nos non solum patrium *cujâs*, quomodo apud Graecos ποδαπὸς, sed etiam possessivum, quod tam interrogativum esse potest quam relativum, ut, *cujus*, *cuja*, *cujum*. Sed masculinum in
fine acuitur differentiae causa. Quod autem tam in- 143
terrogativa quam relativa possunt esse, quomodo et primitiva, eorum usus comprobat. Virgilius in Bucolicis interrogative protulit: *Dic mihi, Damoeta, cujum pecus, an Meliboei?* Terentius in Eunucho: *Quid virgo, cuia est?* Idem in Andria: *Quid eam tum? suamne esse dicebat? Non! Cujam igitur?* Cicero vero in Verrinis, de praetura urbana, relative posuit: *Haec eadem cuja res est, cujum periculum.* Et necesse est omnibus ea gravari syllabis, quando sunt relativa, quomodo et primitiva eorum relationem significantia.

Pronomina quasdam habent proprias observationes XX
singula, quasdam communes, tam cum aliis pronomi- 144
nibus, quam cum quibusdam partibus orationis. Cum de propriis igitur maxime singulorum superius dictum est, nunc de communibus dicamus. Ipse additivum vel adpositivum dicitur, quod Apollonius ἐπιταγματικὸν nominat, non quod solum hoc pronomen aliis pronominibus, vel etiam nominibus apponitur, sed quod frequentius quam alia, ut *ego ipse, tu ipse,*

Sed masculinum. Sic Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Langer. Gphb. Monac. Vulgo: *Sed hujus masculinum.*

§. 143. *Virg. in Bucol.* Ecl. III. init. *Terentius in Eunucho.* Act. II. Sc. 3. vs. 29. Unus liber MS. *cujas.* *Idem in Andria* Act. V. Sc. 4. vs. 29. Post *quid eam* secundum Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. omisi *tum.* Pro *ajebat* Codd. Erl. Lips. A. B. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Erph. unanimi consensu exhibent *dicebant.*

Cicero in Verr. Act. II. Lib. I. Cap. 54. Apud Ciceronem haec ita leguntur: *ut optima conditione sit is, cuja res sit, cujum periculum?*

§. 144. *dictum est* pro *sit* auctoritate Codd. dedi.

145 *ille ipse*; *Virgilius ipse*, *Cicero ipse*. Inveniuntur
enim et alia pronomina appositiva, id est, ἐπιταγματικά.
Virgilius: *Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena.*
Idem in Bucolicis: *Nec tuus hic Moeris, nec viveret ipse Menalcas.*
Idem in I. Aeneidos: *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?*
Per excellentiam igitur hoc pronomen, id est ipse, quasi proprium, quod
multorum est commune, appositionis nomen possidet.
Et sciendum, quod tertiae omnes personae pronominum
possunt per supradictam figuram apponi primae et secundae
personae, excepto sui sibi se a se, prima autem
et secunda persona, nec sibi invicem, nec tertiae appo-
146 ni possunt. Nemo enim dicit, *ego tu es*, vel *tu ego
sum*, nec *ego ille facit*, vel *tu ille facit*. *Ille* autem *ego
facio*, et *tu ille facis* dicitur. Nam id est appositum,
quod apponitur illi, ad quod verbum redditur. Graeci
quoque primitivam tertiam personam, et ex ea compositam,
id est ἑαυτȣ̃, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, primae et secundae
personae non apponunt, quomodo nec nos sui, quod
vim tam simplicis primitivi tertiae personae graeci,
quam compositi possidet apud nos. Pluralem tamen
compositam tertiam, quia non habent composita a pluralibus
primae et secundae personae, necessario adiungunt
et primae et secundae, ut ἑαυτῶν κηδόμεθα pro
147 ἡμῶν αὐτῶν, et ἑαυτῶν κήδεσθε pro ὑμῶν αὐτῶν. Nos autem
nec in plurali numero possumus apponere primae
et secundae personae supradictum tertiae personae pronomen,
id est, sui, sibi, se, a se; quia et singularis est
vox, quae nec apud Graecos apponitur primae vel secundae
personae, nec apud nos, quamvis etiam pro
plurali accipiatur. Et quomodo simplex singulare accipimus
etiam pro composito per omnes personas, sic
etiam simplex plurale, ut *mei causa facio*, ἐμαυτȣ̃ χάριν
ποιῶ, et *nostri causa facimus*, ἡμῶν ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν χά-
148 ριν ποιοῦμεν. Nec mirum diversas aliquando personas

---

§. 145. *Idem in Bucolicis.* Ecl. IX. vs. 16. Unus Cod. *non viveret.* *Idem in I. Aeneidos.* vs. 617. 18. Cod. Lips. A. *frigidi* pro *Phrygii.*

§. 148. *Nec mirum diversas.* Omittunt duo Codd. MSS. *diversas.*

figurate inter se copulari, cum etiam diversos casus est
ubi bene conjungimus, ut in illis, quae ex generalibus
in specialia, vel ex pluralibus in singularia distribuun-
tur, ut, *animalium quaedam sunt mortalia, quaedam
immortalia; literarum aliae sunt vocales, aliae consonan-
tes; trium Saturni filiorum unus in caelo, alter in mari,
tertius apud inferos dicitur regnare.* Non enim bene
dicitur, *animalia pars est mortalis, pars est immortalis;*
nec, *tres Saturni filii unus in caelo, alter in mari, ter-
tius apud inferos regnat,* quamvis Homerus auctoritate
poetica dixit: *Οἱ δὲ δύω σκόπελοι. ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν
ἱκάνει.* Quomodo et alii quidam tam apud Graecos
quam apud nos. Cum autem non fit distributio, bene 149
utimur nominativis, ut *literae sunt notae vocum:* vel
cum verbum ad id quod distribuitur, non ad ea quae
distribuuntur redditur, ut *homines opportuni sunt, alii
quidem ad pacem, alii vero ad bellum.* Et hoc quidem
quia in plurale distribuitur, a communi verbum habet.
Sin variaveris numerum, quod praediximus de casibus,
manifestatur, ut Virgilius in Bucolicis: *Cur non, Mop-
se, boni quoniam convenimus ambo, tu calamos inflare
leves, ego dicere versus.* Potest tamen et singulare plu- 150
ralem significationem habens vel in singularia vel in
pluralia supradicto modo distribui, et eandem constru-
ctionis servare rationem, ut, *gentis Romanae pars fuit
fortis, pars sapiens:* vel, *gentis Romanae alii fuerunt
fortes, alii sapientes:* vel, *gens Romana fuit, alii fortes,
alii sapientes.* Livius XLI. ab urbe condita: *Periti reli-
gionum jurisque publici, quando duo ordinarii consules
ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum
consulem negabant comitia habere posse.* Ecce hic aucto- 151
ritatem Homeri secutus, nominativum posuit pro geni-
tivo, *duo ordinarii consules,* pro *duorum ordinariorum
consulum:* ad distributiva enim reddidit verbum, non
ad coniuncta. Ex diversis quoque casibus solent deri-
vativa simul et composita fieri, ut *a medio terrae medi-*

---

auctoritate poetica dixit. Ita pro *dixerit* scripsi auctoritate MSS. Erl. Lips. B. Langer. Sequens Homeri locus reperitur in Odyss. *M.* vs. 73. cf. supra ad §. 29.

§. 149. *Virg. in Buc.* Ecl. V. init.

§. 150. *Livius XLI.* Cap. 18. Hic quoque Cod. MS. Lips. A. *legionum.* Constans hic liber est in tuendis ineptiis.

terraneus, et *a medio amnis mediamna*, *a causis* et *dicendo causidicus*, *a vana loquendo vaniloquus*, et similia, quae ex simplicibus derivata simul et composita sunt. In huiuscemodi tamen derivationibus frequenter invenis transitionem etiam ex alteris in altera fieri genera,
152 ut haec manus, hic centimanus. Horatius: *Centimanus gigas*. *Hic sanguis*, *hic* et *haec exanguis et hoc exangue; hoc caput*, *hic* et *haec* et *hoc triceps; hoc cor, hic* et *haec* et *hoc vecors; haec mens*, *hic* et *haec* et *hoc amens*, *demens; haec arma*, *hic* et *haec inermis* et *hoc inerme*, *inermus, ma, mum*. Plurima similiter composita ex diversis generibus, vel casibus, vel numeris in alia per derivationem transeuntia invenis. Nihil igitur mirum tertias quoque personas pronominum tam primae quam secundae figurate adjungi, quomodo superius ostendimus.

XXI Partium orationis, quaedam habent inter genera-
153 liter sibi accidentia numeros et casus et genera, ut nomen, pronomen, participium. Quaedam personas et numeros, ut verbum et pronomen. Quaedam tempora, ut verbum et participium. Quaedam nihil ex his, ut praepositio, adverbium, conjunctio, interjectio, quae nec declinationem aliquam habent. Quae sunt igitur declinabiles, cum ex propriis figurationibus ad convenientes supradictorum numerorum, vel generum, vel casuum, vel personarum, vel temporum consequentias accipiuntur, in orationis constructione, id est dispositione, ad aptam conjunctionem referri debent, ut puta singulare ad singularem, et plurale ad pluralem, cum ad unam eandemque refertur personam intransitive, ut, *ego Priscianus scribo intelligens*, *et nos*
154 *oratores scribimus intelligentes*. Cum enim transitiva

---

§. 152. *Horatius*. Carm. L. III. Od. 4. vs. 69. *gigas* pro *Gyges* dedi e Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt.

demens omisit MS. Lips. B. MS. Monac. A. omisit *amens*.

§. 153. *inter generaliter*. Inserunt Codd. MSS. Lips. B. Monac. A. Langer. Ed. Erph. *se*.

nihil ex his. E Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Langer. Gphb. dedi *his* pro *eis*. Paulo ante exhibebant plures libri *numerum* pro *numeros*.

ad singularem — ad pluralem. Vulgo: *singulare — plurale*.

sunt vel refractiva, licet diversis uti numeris, ut, *docemus discipulum, docemus discipulos, doceo discipulum, doceo discipulos, accuso vos, prosum vobis.* Eadem est ratio in generibus, ut, *bonus homo et justus et rectus est ille; bona mulier et casta et pudica est illa; boni homines et justi et recti sunt illi; bonae mulieres et castae et pudicae sunt illae.* Similiter et in casibus, *mei ipsius dolentis misereor, et illius vel tui dolentis misereor; te ipsum legentem video, et me ipsum intelligentem sentio.*
Cum igitur ad unam eandemque personam et casus et 155
genera et numeri referuntur, supradicta consequentia est observanda. Variantur autem, ut dictum est, per transitiones et reciprocationes non solum casus et numeri, sed etiam genera, ut, *illos laedit mulier, et illum laedunt mulieres.* Supervacuum est igitur in re tam manifesta usus auctorum testimonia proferre. Illud tamen sciendum, quod per figuram, quam Graeci *ἀλλοιότητα* vocant, id est variationem, et *πρόληψιν* vel *σύλληψιν*, id est praeceptionem sive conceptionem, et per *ζεῦγμα*, id est adjunctionem et concidentiam, quam *συνέμπτωσιν* Graeci vocant, et procidentiam, id est *ἀντίπτωσιν*, et numeri diversi, et genera diversa, et diversi casus, et tempora et personae, non solum transitive et per reciprocationem, sed etiam intransitive copulantur. Quae diversis auctorum exemplis, tam nostrorum quam Graecorum, necessarium esse duximus
comprobare. Construuntur igitur diversi numeri, ut 156
Virgilius in I. Aeneidos: *Pars in frusta secant, veribusque trementia figunt.* Ad sensum enim, quia pars Trojanorum plures in hoc loco intelliguntur, plurale reddit verbum *secant,* quomodo et Homerus, Ὣς φάσαν ἡ πληθύς. Salustius in Catilinario: *Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnae copiae concurre-*
bant. Cujus enim singulare ad rem retulit, id est cu- 157

Nos Codd. MSS. Erl. Lips. Langer. Gphb. Ed. Asc. secuti sumus.

ad unam eandemque refertur. Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Ed. Asc. *defertur.*

§. 156. *Virgilius in I. Aen.* *veribusque* pro *verubusque* dedi e Codd. MSS. Lips. B. Langer. *Homerus.* Iliad. *B.* vs. 278.

Salustius in Catilin. Cap. LVI. §. 5. Vide Cortium ad h. l. p. 405.

jus rei servitiorum. Thucydides: *Ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ Δωριεῖς, ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων.* Sophocles ἐν Ἀντιγόνῃ: *Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.* Terentius in Eunucho: *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis quam plurimis, et minime multos laedere, in his poeta hic nomen profitetur suum: quisquam* enim ad multos intelligitur; quo-
158 modo idem in Adelphis: *Aperite aliquis actutum.* Diversa genera similiter construuntur. Virgilius in Bucolicis: *Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis, lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.* Ad *dulce* enim, quod est neutrum, tam foeminina quam masculina reddidit. Idem in eodem: *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.* Idem in primo Aeneidos: *Nimborum in patriam, loca foeta furentibus Austris, Aeoliam venit.* Idem in secundo Georgicon: *Sunt et Amineae vites, firmissima vina.* Idem in I. Aeneidos: *Cymothoe simul, et Triton annixus acuto detrudunt navis scopulo.* Lucanus in I. *Hinc leges et plebiscita coactae.* Virgilius in VIII. *Qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa stravi.* Cum

---

Thucydides. *Γ.* ᶣβ (92). Ed. Ven. 2. *σ̓υμε̄πρησβ̓ευοντο αυτ̓οισ καὶ Δ̓ορυ σῦμελαβον πολὶσ τῶν Λακεδαιμονίων.* Erph. *συμεπρεσβευοντο ακτοισ και Δορυνσωμελαβον πολις τν Λακε̄δαιμονιων.* Asc. *συνε πρευβεύοντο αὐτοῖς καὶ Δορυσιν ἔλαβον πολὶσ τῶν Λακεδαιμονίων.* Ed. Junt. *συνεπρεσβεύοντο αὐτοῖς καὶ δόρυ συνέλαβον πολὺς τῶν Λακεδαιμονίων.* Edd. Ald. Bas. Colon. *ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ δωριεῖς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων.* Ed. Putsch. *ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ Δώριον ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων.* Equidem antiquissimas Edd. secutus *Δωριεῖς* restitui, lectionem unice veram.

Sophocles in Antigone. vss. 707. 8. 9. Hunc Sophoclis locum Edd. Erph. Ven. 2. ponunt post locum e Terentio allegatum: *Aperite aliquis actutum*, multis tamen in eo omissis, nihil scilicet exhibentes, quam *οσ τισ τα φρονειν.* Ed. Asc. *ὅστις γαρ αὐτῶν ευφρονεῖν μονῶς δοκεῖ γλῶτταν ἢ νῦ καλὸσ ἢ ψυχὴν ἔχειν ὗτοσι διαπτύσεντες ὠφέλησεν καὶ νῦ.*

Terentius in Eunucho. Prol. init. Ed. Asc. *confitetur.*

Idem in Adelphis. Act. IV. Sc. 4. vs. 25.

§. 158. *Virgilius in Buc.* Ecl. III. vss. 82. 83. *Idem in eodem.* vss. 80. 81. *Idem in I. Aen.* vs. 51. *Idem in II. Georg.* vs. 97. *Idem in I. Aen.* vss. 144. 45. *Lucanus in I.* vs. 176. Ed. Erph. *hic* pro *hinc.* *Virg. in VIII.* vs. 578.

enim Praeneste, nomen oppidi proprium, neutrum sit, ad intellectum urbis reddidit *sub ipsa;* quomodo Terentius in prologo Eunuchi *In Eunuchum suam* dixit, ad comoediam referens pronomen. Virgilius in XII. *Dictamum genitrix Cretaea carpit ab Ida, puberibus caulem foliis et flore comantem purpureo: non illa feris incognita capris gramina, cum tergo volucres haesere sagittae. Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo detulit, hoc fusum labris splendentibus amnem inficit, occulte medicans, spargitque salubris.* Vide, quomodo 159
et diversa genera, et diversos numeros in supradicta figura ἀλλοιότητος, id est variationis, auctoritas confundit. Graecorum quoque auctores frequenter hujuscemodi utuntur figurationibus, ut Homerus Ἰλιάδος Π: *Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, ἑλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα.* Thucydides secundo: *Αἱ μὲν τινες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας ἀπέστησαν τοῦ πλοῦ, ἀξύμφορον δρῶντες πρὸς τὴν ἐξ ὀλίγου ἀντεξόρμησιν, βουλόμενοι τὰς πλείους περιμεῖναι.* Demosthenes Φιλιππικῶν primo: *Καὶ ὅλως ἄπιστον, οἴομαι, ταῖς*

Terentius in prol. Eun. vs. 32.

Virg. in XII. vs. 412. seqq.

§. 159. *Homerus Iliad. II.* vss. 280. 81. Cod. Monac. A. *ΠαCΥΝ ΟΡΥΝΕΝ.* Ed. Ven. 2. *πασὶν ορινεν θυμοσ' εκίνη.* Nihil ultra. Ed. Asc. *πασὶν ὀρίνεν θυμος ἐκεινην ἐν δὲ φαλαγγην ἀπομενου παρα κλιφι ποδοκε απ' ηλειων.* Erph. *πασιν ορινεν θυμος εκειων.* Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. *πᾶσιν ὀρίνθη θυμός, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, Ἑλπομενοι παρὰ ναῖφιν ποδώκεα πηλείωνα.* In his Putschius nihil mutavit, quam quod *ναῦφι* scripsit pro *ναῖφιν.* Hujus ego vestigiis insistere eo minus dubitavi, cum, Codicum praesidio hoc loco destitutus, non haberem, quod mutandum esset.

Thucydides secundo. Cap. 91. Hunc locum omiserunt Edd. Ven. 1. 2. Erph. Ed. Asc. ita expressit: *λιμην τὴν ἐσταν ηων καθεισαι τας κωπας ἀπεστησαν του παου ἀξυμφυρον ἀρωντες πρὸς τὴν ἐξολιιου αντ' ἐξόρμησιν βουλομηηους περιμειναι.* Ed. Iunt. *λιμὴν την ἐς τῶν ηων, καθεισαι τὰς κώπας ἀπέστισαν τοῦ πάοη αξιμφορον ἀρῶντες.* Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *αἱ μὲν τινες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας ἀπέστησαν τοῦ πλοῦ ἀξύμφορον δρῶντες πρὸς τὴν ἐξ ὀλίγου ἀντεξόρμησιν. βουλόμενοι τὰς πλείους περιμεῖναι.* Horum librorum auctoritatem ego secutus sum.

Demosthenes Philippicarum primo. Est Olynth. I. Oratt. Gr. ed. Reiske Vol. I. p. 10. lin. 20. Praetermiserunt hunc locum Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Edd. vero Ald. Bas.

πολιτείαις ἡ τυραννίς. Idem ἐν τῷ περὶ Στεφάνου: Πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν ὁ συκοφάντης, καὶ πανταχόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον. Thucydides primo: Τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι ἐπήνει. Plato ἐν Συμποσίῳ: Ἐπειδὴ οὖν ἡ φύσις δίχα ἐτμήθη, ποθοῦν ἕκαστον τὸ ἥμισυ τὸ αὑτοῦ ξυνήει, καὶ περιβάλλοντες τὰς χεῖρας καὶ συμπλεκόμενοι ἀλλήλοις ἐπιθυμοῦντες συμφῦναι, ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας. Aeschines ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ ὑπὲρ Θεμιστοκλέους: Αὗται μέγισται ἐλπίδες ἦσαν Ἀθηναίοις περὶ τῆς σωτηρίας, ἅσσα ἂν ἐκεῖνος περὶ ἐκείνων βουλεύσαιτο. Homerus Ὀδυσσείας Λ: Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο χρύσεον σκῆπτρον

XXI ἔχων. Diversi quoque casus, vel casus pro casibus, fi-

160 gurate tam a nostris quam a Graecis saepissime ponuntur, ut Virgilius in primo Aeneidos: *Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iouemque concilias,* hoc regni pro hoc regnum. Idem in primo: *Vrbem quam statuo vestra est, subducite naves*, pro urbs quam statuo. Terentius in Andria: *Dii immortales! quid tur-*

Colon. Putsch. ita, ut in textu expressus est, exhibent. οἴομαι tamen scripsi pro οἶμαι, usum Demosthenis retinens.

Idem ἐν τῷ περὶ Στεφάνου. Cap. 71. Hunc et sequentes Graecorum locos altissimo silentio transmiserunt Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. In Cod. Monac. lacuna est, et signum stellatum, deesse aliquid, indicat. Ex Edd. Ald. Colon. Bas. Putsch. exprimi jussi hunc locum.

Thucydides primo. Quae sequuntur, nunc quidem frustra quaeras in Thucydide. Pro εἰρήνην, quod Putsch. dedit, qua auctoritate, nescio, Edd. Ald. Colon. ἐπήνει. Idque retinui.

Plato in Symp. p. 204. ed. Bip. Sine ulla lectionis varietate hunc locum exhibent Edd. Ald. Colon. Bas. Putsch. Abest ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc.

Aeschines. Verba sequentia e deperdito Aeschinis Socratici libro esse, patet. Primus, quod scio, Putschius Graeca exhibuit. Nam in reliquis editionibus omnibus deficiunt. Equidem Putschii vestigia pressi. Nam quamvis vitiose haec scripta esse ipse sentio, tamen nulla mihi est ratio, cur emendatius ea proferam, cum Priscianus errare potuerit. In edit. Fisch. (Lips. 1786.) p. 173. ita expressa sunt: καὶ δὴ αὗται μέγισται ἐλπίδες ἦσαν Ἀθηναίοις τῆς σωτηρίας, ἅττα ἂν ἐκεῖνος ὑπὲρ αὐτῶν βουλεύσαιτο. Ex his recepi ἦσαν pro ἄν.

Homerus Od. Λ. vs. 90.

§. 160. *Virg. in I. Aen.* vss. 78. 79. *Idem in primo.* vs. 573. *Terentius in Andr.* Act. IV. Sc. 5. vss. 5. 6. (750. 51.) Pro *Dii vostram fidem*, quod Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch.

bae est apud forum? quot illic hominum litigant? pro
quot homines. Idem in eadem: *Ex Andro commigravit huic viciniae*, pro in hanc viciniam. In eadem: *Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.* Idem in Phormione: *Cum ejus adventi mihi in mentem venit?* genitivum posuit pro nominativo. Cicero in Verrinarum primo: *Nam ita mihi deos velim propitios, ut, cum illius temporis mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam corpore perhorresco;* illius temporis pro illud tempus. Idem in II. Verrinarum: *Fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem;* pro Acilia lex.
Virgilius in III. Georgicon: *Et crurum tenus a mento* 161
palearia pendent; pro cruribus tenus. Idem in IX. Aeneidos: *Volat hasta Tago per tempus utrumque;* pro in Tagum. Salustius in Catilinario: *Praeter rerum capitalium condemnatis;* pro *condemnatos*. Idem in Histor. *Nam a primordio urbis ad bellum Persi Macedonicum;* pro *Persis*. Virgilius in primo Aeneidos:

---

dant, reposui *Dii immortales*. Cod. MS. Monac. A. *Pii immortales*. MS. Langer. *Dii mortales* (si Diis placet). Edd. Erph. Asc. Ven. 1. 2. ut nos.

Idem in eadem. Act. I. Sc. 1. vs. 45. (70.) Equidem reliqui foedum vitium *huic viciniae*, pro *huc viciniae*, cum Codd. MSS. omnes et Edd. hanc lectionem praestent.

In eadem. Act. I. Sc. 1. vs. 20. (47.)

Idem in Phormione. Act. I. Sc. 3. vs. 2. Hunc locum vitiose scripsi. At enim vero Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. Monac. A. tum Edd. antiquissimarum Ven. 1. 2. Erph. Asc. auctoritati obsistere nec volui nec debui. Cf. Ger. Jo. Voss. de Anal. Lib. II. Cap. 17.

Cicero in I. Verrinarum. Codd. Langer. Lips. Gphb. *Invectivarum*. Neque hoc neque illud recte habet. Leguntur enim verba sequentia in Divinat. in Q. Caecil. Cap. 13. In Cod. Monac. A. desideratur *commoveor*. Pro *temporis* recepit Manutius ex Asconio *diei*, notante ill. Schützio ad h. l. *toto* ante *corpore* omisi, cum absit a plerisque Codd.

Idem in II. Verrin. Act. I. Cap. 17. Ed. Erph. *Anciliae* — *Ancilia lex.*

§. 161. *Virg. in III. Georg.* vs. 53. *Idem in IX. Aen.* vs. 418. Vulgo VIII. Pro *volat* legitur in Virg. iit.

Salustius in Catilin. Cap. 56. §. 2. Cod. MS. Langer. *condonatis pro condonatos.*

Virg. in I. vs. 30. *Horat. in III. Carm.* Od. 8. vss. 9. 10.

Troas, relliquias Danaum atque immitis Achilli; pro Achillis. Horatius in III. Carminum: *Hic dies anno redeunte festus corticem astrictum pice dimovebit amphorae;* pro *amphora.* Terentius in Andria: *Nec quid me faciam scio;* pro *quid de me fiet.* Idem in Eunu-
162 cho: *Quid illo faciemus, stulta?* pro *illi.* Similiter Cicero in Verrem de praetura urbana: *Quid illo myoparone factum est?* Virgilius in primo Aeneidos: *Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum fata tibi;* pro metui. Idem in primo Georgicon: *Libra die somnique pares ubi fecerit horas;* pro diei. Horatius in III. Carminum: *Hic dies vere mihi festus atras exigit curas; mihi* pro *a me.* Demosthenes *ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος: Ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκὼς,* pro *εἰς αὐτὰ τὰ δεινὰ καὶ φοβερά.* Homerus *Ἰλιάδος Α. Πάντ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν Λήμνῳ.* Xenophon *Ἀπομνημονευμάτων* primo: *Λέγεται γὰρ Ἀλκιβιάδην, πρὶν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, Περικλεῖ, ἐπιτρόπῳ μὲν ὄντι ἑαυτοῦ, προστάτῃ δὲ τῆς πόλεως, τοιαῦτα διαλεχθῆναι περὶ νόμου:*

Ter. in Andr. Act. III. Sc. 5. vs. 8. Plures Edd. et Codd. MSS. *mei* pro *me.*

Idem in Eunucho. Act. V. Sc. 2. vs. 21. Apposui ego *stulta* e Codd. MSS. Lips. A. Langer. Gphb. Edd. Erph. Asc. Cod. MS. Langer. *faciamus.*

§. 162. *Cicero in Verrem.* Lib. II. Cap. 35. Auctoritate Codd. MSS. Lips. A. Erl. Monac. A. Langer. Gphb. Edd. Asc. Erph. Ven. 1. 2. omisi *pro illi,* quod importunissime post *illo* inseritur.

Virg. in I. Aen. vs. 257. *Idem in primo Georgicon.* vs. 208. Plures Codd. MSS. exhibent hoc etiam loco *fecerat. Horatius in III. Carminum.* Od. XIV. vss. 13. 14. Pro vulgato *eximet,* quod libri Horatii editi et Edd. Prisciani Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. exhibent, reposui ego e Codd. MSS. Lips. Monac. A. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *exigit.* Cod. MS. Lips. A. *exegit.* Cod. MS. Langer. hanc vocem omisit, lacunam relinquens.

Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Oratt. Gr. ed. Reiske Vol. I. p. 309. l. 24. Graeca omiserunt Codd. MSS. et Edd. Ven. 2. Erph. Edd. Asc. Iunt. ita hunc locum exhibent: *ὁ δημοσ ἐν αὐτοῖσ τοὺσ φοβεροισ καὶ δεινοισ ἐμβεβηκοσ pro εἰς αὐτὰ τὰ φοβερα καὶ δεινα.* Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *μετὰ γὰρ τῆς μάχης εὐθὺς ὁ δῆμος εἰδὼς καὶ ἑωρακὼς πάντα ὅσα ἔπραττον ἐγὼ ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς*

λέγεται Ἀλκιβιάδην ἀντὶ τοῦ Ἀλκιβιάδης. Et nostri hac figura saepe sunt usi, ut Terentius in Eunucho: *Apparet servum hunc esse domini pauperis miserique:* pro *Apparet hic servus.* Et in aliis tamen plerisque invenies Graecorum auctoritatem et maxime antiquorum imitatos Latinitatis auctores, quod postea ostendetur. Homerus: *Ζεῦ ἄνα, δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε.* Huic simile Terentius in Andria: *Ita tum discedo ab illo, ut qui se negat filiam daturum.*

Diversa tempora, ut: *Postquam res Asiae, Priami-* XXII
que evertere gentem immeritam visum superis, ceciditque 163
superum Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troia,
diversa exilia et desertas quaerere terras auguriis agi-
mur Divûm, classemque sub ipsa Antandro et Phrygiae
molimur montibus Idae. Cecidit est praeteriti, fumat
autem et agimur et molimur praesentis. Idem in IV.
Aeneidos: *At regina gravi iandudum saucia cura, vol-*
nus alit venis, et caeco carpitur igni; pro alebat et
carpebatur. Et sciendum, quod tam poetae quam 164
prosarum scriptores frequenter praesentibus utuntur,

ἐμβριθηκώς pro εἰς αὐτὰ τὰ δεινὰ καὶ φοβερά. Equidem antiquissimarum Edd. auctoritatem secutus omisi priora, retinui postrema; ea scilicet, quae ad usum demonstrandum pertinent.

Homerus Ἰλιάδος Α. vs. 592.

Xenophon Ἀπομνημονευμάτων Α. Cap. II. §. 40. Hunc et proxime superiores Homeri locos omiserunt, ne notatis quidem auctorum nominibus, Edd. Ven. Asc. Erph. Iunt. Cod. MS. Langer. Homeri quidem locum citare conatus turpiter in verbis referendis labitur, et graece balbutit; Xenophontis vero verba silentio praeterit, Graecarum haud dubie vocum umbris deterritus. Pro *τοιαῦτα* legitur apud Xenoph. (ed. Weiske) *τοιάδε* et pro *νόμου* exhibetur *νόμων.*

Terentius in Eunucho. Act. III. Sc. 2. vs. 35. Cod. MS. Lips. A. *esse servum pauperis domini.* Cod. MS. Erl. *servum hunc.* Ita et Codd. MSS. Monac. A. Gphb. MS. Langer. vulgatam structuram exhibet. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *servum hunc.* Horum librorum auctoritatem ego secutus sum.

Homerus. Iliad. *Δ.* vs. 351. *Terentius in Andria.* Act. I. Sc. 1. vs. 94. (121.) *negat filiam* pro *filiam neget* dedi ego e MSS.

§. 163. *Postquam* rel. Aen. III. init. *Idem in IV. Aen.* init.

tam pro praeteritis quam futuris. Contra autem raro. Terentius in Andria: *Sed si quid narrare occepi, continuo dari tibi verba censes*, pro occipio vel occipiam. Idem in Eunucho: *Quae vera audivi, taceo et contineo optime*, audivi pro audio, vel audiam. Idem in Phormione: *Cur non, inquam, Phormio, vides inter vos?* inquam pro inqui dixit, quod in raro est usu. Sic enim solent plerique ponere inquam, quod est fu-
165 turi, loco praeteriti vel praesentis accipientes. Diversae personae, ut Virgilius in II. Aeneidos: *Divellimur inde Iphitus et Pelias mecum.* Terentius in Andria: *Tu si hic esses, aliter sentias.* Et nota, quod sese ostendens hic dixit, in qua demonstratione intelligitur etiam ego. Livius XXXVII. ab urbe condita: *Certare pio certamine cujuslibet bonae artis et virtutis ausi sumus cum parentibus quaeque civitas suis.* Virgilius: *Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena carmen.* Idem in II. Aeneidos: *Quaeque ipse miserrima vidi, et quorum pars magna fui.* Idem in Bucolicis: *Nec tuus hic Moeris, nec viveret ipse Menalcas.* Idem in IV. Georgicon: *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.* Terentius in Phormione: *Nam ego meorum solus sum meus.* Per-

---

§. 164. *Terentius in Andria.* Act. III. Sc. 2. vs. 24. MS. Erl. *dare.*

Idem in Eunucho. Act. I. Sc. 2. vs. 23. *Idem in Phormione.* Act. IV. Sc. 4. vss. 15. 16. MSS. Erl. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. *nos.* Reliqui libri tam scripti quam typis impressi *vos.*

§. 165. *Virgilius in II. Aen.* vs. 434. *Terentius in Andria.* Act. II. Sc. 1. vs. 11. *Tu* omittunt Edd. Ven. 1. 2. Erph. Libri manuscripti et editiones, praeter nominatas, tuentur. *esses* autem pro *sis* dedi consensu Codd. MSS. Langer. Gphb. Monac. A. Erl. Lips. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. coactus. In Cod. Monac. A. e luculenta correctione nunc quidem legitur *sentires* pro *sentias.*

Livius in XXXVII. ab V. c. Cap. 54. *quaeque* pro *quoque* reposui e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. Ed. Asc. Nam quamvis reliquae editiones *quoque* exhibeant, tamen tam certum hoc est vitium, quam quod certissimum. Codices enim ita proferunt: $\overline{qq3}$, quod significat *quaeque.* *Quoque* ita scribunt: $\overset{c}{qq3}$.

Virgilius in II. Aen. vss. 5. 6. *Idem in Bucolicis.* Ecl. IX. vs. 16. *Idem in IV. Georg.* vss. 563. 64. Codd. MSS. ple-

sius: *Postquam meus a praetore recessi.* Nec solum 166
per genera et personas et numeros et casus et tempora, quae maxime declinabilibus accidunt, de quibus supra ostendimus, solent auctores variare figuras, sed etiam per omnia unicuique partium orationis accidentia: ut puta nomini accidunt species, genus, numerus, figura, casus. Per eos igitur quinque modos inveniuntur variationibus, id est ἀλλοιότησιν, usi auctores. Per species, ut: *Optima caelicolûm, Saturnia, magna dearum: magna* dixit pro *maxima*, positivum pro superlativo, cum apertissime superius *optima caelicolûm* dixisset. Et Virgilius in I. Aeneidos: *Tri-* 167
stior et lacrimis oculos suffusa nitentes. Tristior pro *subtristis.* Homerus: Τόνδ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. Δάρδανος pro Δαρδάνιος, primitivum pro derivativo, ut Virgilius quoque in IV. Aeneidos: *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.* Et in II. *Ipse deos in Dardana suscitat arma,* pro Dardania. Simile huic est, Romulus populus, et Romula gens, pro Romuleus et Romulea. De generum et numerorum et casuum variationibus in supradictis ostendimus.

Figurae quoque aliae pro aliis solent ab auctori- XXIII
168

---

rique *otii*, quod rationi Prisciani repugnare videtur. Cf. Lib. VII. Cap. IV. §. 15. p. 299. ubi idem versus adductus reperitur. Quod Edd. habent *oci* falsum est, nec Codicum auctoritate commendatum.

Terentius in Phormione. Act. IV. Sc. 1. vs. 11.

Persius. Sat. V. vs. 85.

§. 166. *per omnia* abest a Cod. Monac. A. *ut pote* Codd. duo pro *ut puta.*

ut: Optima. Post *ut* inserunt Edd. vulgatae *Ennius*, quod, cum absit a Codd. MSS. Langer. Gphb. Lips. A. Erl. Monac. A. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. equidem etiam omittendum esse censui.

apertissime. Cod. MS. Langer. *abtissime.* Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Putsch. *aptissime.* Cod. MS. Gphb. *aptissime.* Ergo retinui lectionem Ed. Colon., cum error e male intellecto scribendi compendio nasci facillime potuerit. Quidni etiam *apertissime* ponatur post *superlativo*, virgulaque posita, sejungatur a *cum* rel.?

§. 167. *Virgilius in I. Aeneidos.* vs. 228.

Virg. in IV. Aen. vs. 661. *Et in II.* vs. 618.

bus poni, ut Virgilius in I. Aeneidos: *Totumque a sedibus imis una Eurusque Notusque ruunt*, pro eruunt, simplex pro composito. Similes invenies variationes constructionis per omnia caeteris quoque dictionibus accidentia. Aliae quoque pro aliis partibus vel dictionibus ponuntur, ut nomen pro adverbio, ut *sublime volat* pro sublimiter, et *sole recens orto* pro recenter. Et contra adverbium pro nomine, ut, *Genus unde Latinum*, pro ex quo. Et Cicero pro Dejotaro: *En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominus servus accuset;* cur, propter quae. Et juste pro vere, vel vere pro juste, et satis pro sufficiens. Euripides: *Αἴαντος δίκαιος γόνος*, pro ἀληθής. Lucanus in primo: *Tu satis ad vires Romana in carmina dandas.* Idem in septimo: *Quippe necesse putat*, pro necessarium. Homerus ἐν Γ. Ἰλιάδος: *Αὐτὴ δ' αὖθ' Ἑλένην καλέουσ' ἴε· τὴν δ' ἐκίχανεν πύργῳ ἐφ' ὑψηλῷ, περὶ δὲ Τρῳαὶ ἅλις ἦσαν;* ἅλις dixit, quod est satis. Multum pro multe. Vir-

---

§. 168. *Virg. in I.* vss. 84. 85. Codex MS. Langer. omisit *pro eruunt.*

Cicero pro Dejotaro. Cap. 6. sub fine. Ed. Erph. *Dejotharo.*

Euripides. Fragmentum inc. cf. Eurip. ed. Beck. Vol. II. p. 494. CXC. Edd. Erph. Ven. 2. *τονοσ* pro *γόνος*. Est haud dubie Sophoclis locus, nec *Αἴαντος*, sed *Αἴαντι* legendum. Hermannus comparari jubet Ajac. vs. 547.

Lucanus in I. vs. 66. *Idem in VII.* vss. 313. 14. Vide, quam diligens fuerit Priscianus in reddendis auctorum locis. In Lucano legitur: *quicunque necesse non putat.*

Homerus ἐν Γ Ἰλιάδος. vss. 383. 84. *Virgilius in I.* vs. 3.

§. 169. *Isocrates in Aeginet.* p. 762. ed. Hieron. Wolfii (Bas. 1602.). Cod. MS. Gphb. *ut socrates de genetico εναυτουσ ταυτα υ et υσα.* Edd. Erph. Ven. 2. Graecas voces omiserunt. Ed. Asc. *ut Isocrates Aegenetico: εν αὐτοῖσ γὰρ τούτοισ ἐτὶ σαφέστερον μᾶλλον ενεπεδείξαμεν τὴν ἔννοιαν.* Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch *ἐν αὐτοῖς γὰρ τούτοις, ἔτι σαφέστερον καὶ μᾶλλον ἐνεπεδειξάμην τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχον εἰς ἐκεῖνον.* Hos ego libros secutus sum; omisi tamen ultima *ἣν εἶχον εἰς ἐκεῖνον.*

Ter. in Andria. Act. I. Sc. 1. vs. 96. *Idem in Eunucho.* Act. IV. Sc. 7. vs. 21. *doctior abeam* pro *abeam doctior* dedi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Monac. A. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald.

In eadem: Edicit rel. Act. III. Sc. 5. vs. 30.

Isocrates ἐν Πανηγυρικῷ. Cap. 40. p. 111. ed. Spohn. p. 138. ed. Hieron. Wolfii (Bas. 1602. 8.). Graeca omiserunt cum

gilius in primo Aeneidos: *Multum ille et terris jactatus, et alto, vi Superûm*, nomen pro adverbio. Prae- 169
positiones est quando abundant, est quando deficiunt, est quando aliae pro aliis ponuntur, tam apud Graecos quam apud nos. Abundant, ut Isocrates in Aeginetico: *Ἐν αὐτοῖς γὰρ τούτοις ἔτι σαφέστερον καὶ μᾶλλον ἐνεπεδειξάμην τὴν εὔνοιαν.* Nostri quoque frequenter utuntur hac abundantia praepositionis. Terentius in Andria: *Accedo ad pedissequas.* Idem in Eunucho: *Nunquam accedo ad te, quin abeam doctior.* In eadem: *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat.* Idem in eadem: *Adeon' ad eum?* In eadem: *Ad te advenio.* Isocrates *ἐν Πανηγυρικῷ: Ἀπεστερημένους δὲ τοῦ στρατηγοῦ, μεθ' οὗ συνηκολούθησαν.* Aristophanes *Βοηθοῖς: Εὖ γὰρ εὖ πράττειν σε βούλομαι πόσα ἔτη ὅπως μετ' ἐμοῦ ξυνέσῃ. Κρατῖνος ἐν Νεμέσει: Μεθύστερον ἐν χρόνῳ.* Virgilius in

---

Codd. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Ed. Asc. *ἐστηρε μὲν ο δεθος στρατεγοῦ μεθοισινε κολοιτοισεν.* Reliquae omnes ita, ut ego etiam dedi.

Aristophanes Βοηθοῖς. Fragm. e fabula deperdita, cujus titulum unus Priscianus servavit. Cf. Fabr. Bibl. ed. Harles. Vol. II. p. 369. Hunc locum in suis Codd. non reperisse videntur editores Erph. Ven. 1. 2. Iunt. In ed. Asc. haec leguntur: *βοηθέισεν γὰρ εἰ πραττεῖν σε βούλομαι ποσα ετευσ ὁπως μετ' ἐμοῦ ξενσοε.* Edd. Ald. Colon. Bas. Putsch. hunc locum ita exhibent: *βοηθοῖς: εὖ γὰρ εισπράττειν σε βούλομαι πόσα ἔτη ὅπως μετ' ἐμοῦ ξυνῇς* (Putsch. *ξυνέσῃ*). Godofr. Hermannus, Vir summae sagacitatis, ita hunc locum legi jubet: *A. οὐ γὰρ εὖ Πράττειν σε βούλομαί τι; B. Πῶς λέγεις; A. ὅπως Μετ' ἐμοῦ ξυνέσει.* Cf. Aristoph. ed. Brunck. Vol. III. p. 225. et Reisigii Conject. in Aristoph. Lib. I. p. 45. Retinui ego *ξυνέσῃ* auctoritate Cod. Monac. (sub nro. 182.) *ξενσοε* exhibentis. — *Κρατῖνος ἐν Νεμέσει.* Hoc fragmentum editiones omnes ignorant praeter Ed. Asc. quae, haud levi errore decepta, ea, quae Cratini sunt, Aristophani adscripsit, ita quidem, ut proxime antecedentibus, nullo interpunctionis signo interposito, arctissimo colligaverit: *κρατινοσεν νεμεσει μεθ' οἷς θεροῦ ἐχροθαι.* Quae verba sensu sunt prorsus destituta. Ne quis autem miretur, quid sit, quod ego subito in loco tam impedito sapere videar, ingenue fateor, receptam lectionem Hermanni ingenio et acumini deberi, qui me consilii expertem humanissime edocuit. Confirmatur vero Viri longe acutissimi sententia auctoritate Cod. Monac. (182.) *ΚΡΑΤΙΝΟϹ εΝΝεΜεϹεΙ ΜεΘ ΥϹΤεΡΩΙ ε ΧΡΟΝΩ.*

Virg. in V. vs. 321.

V. Aeneidos: *Spatio post deinde relicto tertius Euryalus.* Isocrates πρὸς Νικοκλέα: *Φίλους κτῶ, μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας, μηδὲ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πολιτείαν διοικήσεις.* Hyperides ἐν τῷ περὶ τοῦ Ταρίχους: *Μετὰ ταῦτα ὕστερον ἦλθον ἀναθησομένη τὸ τάριχος.* Virgilius in octavo Aeneidos: *Post hinc ad naves graditur*
170 *sociosque revisit.* Praepositiones deficiunt, ut Virgilius in nono Aeneidos: *Evolat infelix et foemineo ululatu scissa comam muros amens atque agmina cursu prima petit:* deest *cum.* Homerus Ἰλιάδος Θ. *Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ:* deest *σύν.* Virgilius in V. *His magnum Alciden contra stetit, his ego suetus:* deest
171 *cum.* Aliae pro aliis ponuntur. Aristophanes: *Κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ κράτιστόν ἐστι,* εἰς pro ἐν. Vir-

---

Isocrates πρὸς Νικοκλέα. p. 38. ed. Bas. 1602. Ed. Erph. ita: *φιλης κτωμενην τονσ βιον λομεν ονσ.* Ven. 2. *φιλησ κτωμενην τουσ' βου̕λομε̄νου̕σ.* Ed. Asc. — *ἀλλὰ τὺσ τῆσ σῆσ φύσεως — συνδιατρίψεις.* Ed. Ald. — *ἀλλὰ τοὺς τῆς φύσεως* — Edd. Iunt. Bas. Colon. Putsch. *ἀλλὰ τῆς φύσεως — συνδιατρίψῃς.* Equidem Ascensianam secutus sum.

Hyperides. Fragm. Cf. Fabr. Bibl. Gr. ed. Harles. Vol. II. p. 861. Hunc locum omiserunt Edd. Ven. 1. 2. Erph. Iunt. Reliquae in recepta lectione consentiunt.

Virg. in octavo Aen. vs. 546.

§. 170. *Virgilius in IX.* vs. 477. *deest cum.* Additur vulgo *ululatu*, quod auctoritate Codd. Monac. A. Gphb. omisi.

Homerus Iliad. Θ. vs. 24. Ed. Ven. 2. nullo Homeri libro indicato haec ponit: *αμφω ομως φιλεουσα.* Erph. omisit Graeca. Ed. Iunt. ita: *Homerus. αὐτῇσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων. deest σὺν, σὺν αὐτῇσιν.* Equidem post *deest σὺν* delevi *σὺν αὐτῇ*, quod per se intelligitur.

Virg. in V. vs. 414.

§. 171. Aristophanis locum omiserunt Codd. MSS. et Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. nec nomen quidem auctoris notaverunt. Ego, cum nulla esset ratio, cur a recepta lectione discederem, eadem, quae reliqui editores, exprimenda curavi. Legitur in Pluto vs. 411.

Virgilius in I. Aen. vs. 750. His subjicitur in Edd. vulg. *super Priamo pro de Priamo.* Codices alii aliter. Equidem *super pro de* posui, nulla alia ratione commotus, quam quod hoc recte poni videtur.

Idem in I. Georg. vs. 445. *Multa quoque* rel. Aen. I. vs. 5. *Horatius in Epodo.* XV. 1. *quicquid — regit.* Veram ego lectionem restitui Prisciano e Codd. MSS. Monac. Gphb. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Edd. Iunt. Ald. Bas.

gilius in primo Aeneidos: *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa,* super pro de. Idem in I. Georgicon: *Sub lucem densa inter nubila sese,* pro ante lucem. Conjunctiones quoque tam apud nos, quam apud illos, modo abundant, modo deficiunt, modo aliae pro aliis ponuntur. Abundant, ut, *Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.* Horatius in Epodo: *At o deorum quicquid in caelo regit terras et humanum genus,* abundat at. Deficiunt, ut Virgilius in IV. Aeneidos: *Ferte citi ferrum, date vela, impellite remos.* Aliae pro aliis 172
accipiuntur, ut Virgilius in secundo Aeneidos: *Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona Praecipitare jubent, subjectisque urere flammis,* pro subjectisve. Euripides: *Ὦ θεοὶ πατρῷοι συγγένεσθε ἀλλὰ νῦν:* ἀλλὰ dixit pro *saltem.* Et nostri. Terentius in Eunucho: *Si ne-*

Colon. Putsch. *quisquis — regis,* quod ferri nullo pacto potest. Fortasse e Nostro corrigendus est Diomedes Putschianus p. 527. vitiosam item lectionem exhibens. Nec te poenitebit in consilium adhibuisse Bentlejum, Virum vere admirabilem, ad Hor. l. l. de hac lectionis varietate docte, ut solet, disserentem, suaque gravitate receptas lectiones tuentem.

Virg. in IV. Aen. vs. 594. Hoc etiam loco edidi ego *ferrum* pro *flammas, vela* pro *tela.* Nimirum, ut Priscianus sibi constaret. Nam Codd. omnes et Edd. *flammas* et *tela* exhibent. Cod. MS. Gphb. *cito* pro *citi.*

§. 172. *Virg. in II. Aen.* vs. 55. Cod. Lips. A. *at* pro *aut.*

Euripides. Sophoclis locus est, Electr. 411. (s. 404. ed. Erfurdt.) notante Porsono ad Eurip. Phoen. vs. 28. In Ed. Erph. ita legitur: *υμεις δε μαλλα θυγατρι συμφονεισα ρελλα.* Has voces editio etiam Veneta 2. exhibet, in eo tantum dissentiens ab illa, quod *τε αλλα* pro *ρελλα* praestat. Ed. Asc. *ὦ θεοὶ πατρὸς συγγενὴς ὀτὲ αλλὰ νῦν.* Ed. Iunt. *ὦ θεοὶ πατρὸς συγγενεῖς ὀτε ἀλλὰ νῦν.* Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *ὦ θεοὶ πατρῷοι συγγενεῖς τε ἀλλὰ νῦν.* Cod. MS. Langer. *μεco at paocιηſeyccete wa ιη ιη, at dixit pro saltem.* Equidem *συγγένεσθε* scripsi. Hanc enim lectionem non solum Edd. Asc. Iunt. exhibent, sed Cod. MS. Langer. etiam exhibere voluisse videtur, quamvis hic liber manuscriptus ea protulit, quae ne Sphingi quidem extricabilia essent. *ἀλλα dixit pro saltem* desunt in Cod. MS. Monac. B.

Et nostri. Vulgo: *ut nostri similiter dixerunt.* Illud exhibent Codd. MSS. Gphb. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Iunt.

Ter. in Eun. Act. I. Sc. 1. vs. 30. Post *paulo* addit Cod. MS. Lips. B. *plus.* Pro *quanto* legitur vulgo *quanti.* Illud ego e Codd. MSS. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. reposui. *quanti* tuentur Cod. Gphb. Edd. Iunt. Ald. Bas.

queas paulo, at quanto queas: at posuit pro *saltem.* Adverbiorum vero quaedam sunt, quae cum supradictis omnibus accidentibus, id est diversis numeris et generibus, et casibus, et temporibus, et personis indifferenter ponuntur, ut, *non bonus vir, non bona mulier, non bonum mancipium offendit me; non boni viri, non bonae mulieris, non boni mancipii est vituperare innocentem; non ego, non tu, non ille, non facio, non facis, non fa-*
173 *cit.* Similiter *bene, mala, recte, prave,* possunt supradictis omnibus apte adiungi. Sunt autem alia adverbia, quae non possunt omnibus copulari accidentibus, ut *o,* quando est vocativum, ut Virgilius in I. Aeneidos: *O regina, novam cui condere Juppiter urbem.* Et *heus.* Idem in eodem: *Heus, inquit, juvenes monstrate, mearum vidistis si quam hic errantem forte sororum.* Alii casui non adjunguntur nisi vocativo. Alia vero soli accusativo, ut, *pone tribunal,* vel *pone domum, ultra fines.* Quaedam ablativo, ut, *coram judicibus,* quod etiam in
174 praepositionibus videmus fieri. Proprie autem illae sunt praepositiones accipiendae, quae sine casualibus proferri non possunt separatae, ut, *in illum, per illum, pro illo, de illo, sub illo, ex illo, ab illo.* Nam *pone* et *coram* possunt etiam sine casualibus proferri, quia adverbia sunt. Virgilius in primo Aeneidos: *Coram, quem quaeritis, adsum Troïus Aeneas.* Idem in II. Aeneidos: *Pone subit coujunx, ferimur per opaca locorum.* Sunt adverbia, quae diversis personis non conveniunt, ut *eia.* Virgilius in IV. Aeneidos: *Eia, age, rumpe moras, varium et mutabile semper foemina.* Ad secundam dicuntur enim solam. Sunt adverbia, quae proprie diversis temporibus adjungi non possunt: ut, *heri feci, nunc facio, cras faciam.* Sunt alia, quae singulis modis sociantur per omnes personas, et numeros, et tempora, ut *utinam* optativis. Sed haec de adverbio in loco latius tractabuntur.

Colon. Putsch. In Cod. MS. Langeriano *quan* scriptum legitur, abestque *nequeas.*

§. 173. *Virg. in I. Aen.* vs. 522. *Et heus.* Aen. I. 321.

§. 174. *quia adverbia sunt.* Unus Cod. MS. pro *quia* exhibet *quando,* quod reliqui omnes et Edd. damnant.

Virg. in I. Aen. vs. 595. *Idem in II. Aen.* vs. 725.

Virg. in IV. Aen. vs. 469.

Conjunctio quoque communiter cum omnibus su- XXIV
pradictis invenitur, id est generibus, casibus, numeris, 175
temporibus et personis, ut, *vir et mulier*, *virorum et*
mulierum, *doceo et docui et docebo ego*, *et tu*, *et ille.*
Si facio, et si faciam, *si facerem*, *et si faciebam*, *si fe-*
cerim, *et si feci*, *si fecissem*, *et si feceram*, *si fecero*, *et*
si faciam. Sed ad pronominis ordinandi tractationem
redeamus. Sciendum, quod conjugata pronomina,
quae σύζυγα Aristarchus vocat, trium personarum pri-
mitiva, seu derivativa, invicem pro se invicem poni
per confusionem personarum ideo nec figurate possunt,
quomodo nec verba, quia tres solas voces in tribus
personis habent, *mei*, *tui*, *sui*, *mihi*, *tibi*, *sibi*, *me*, *te*,
se, *a me*, *a te*, *a se.* Quomodo nec pluralia eorum, 176
nos vos, *nostrum* vel *nostri*, *vestrum* vel *vestri*, *nobis vo-*
bis, *nos vos.* Nec derivativa, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*,
vester. *Ipse* autem et *ille*, et *hic*, et *iste*, et *is* figurate,
et pro prima, et secunda solent accipi. Quippe cum
non habeant sibi conjugatas primas et secundas, quibus
impediantur pro illis accipi. Quod autem sui proprie
conjugatum est primae et secundae personae, ipsa de-
clinatio consimilis illi cum eis ostendit, *mei*, *tui*, *sui*,
mihi, *tibi*, *sibi*, *me*, *te*, *se*, *a me*, *a te*, *a se.* Itaque ea tria
pronomina suas defendentia proprias personas ad jura
suae significationis non admittunt sibi conjugatas vo-
ces. Idque comprobatur etiam ex derivativis eorum: 177
meus enim, *tuus*, *suus*, quia sibi sunt conjugata similitu-
dine declinationis, et maxime quod singulae sint in
unaquaque persona eorum voces, quomodo etiam in
verbis pro sese poni invicem, vel sibi conjungi in una
eademque persona possessorum non possunt. Nemo
enim dicit, *ego tu*, nec *sui mei*, nec *tuus meus*, nec
suus meus, nec *nostrâs vestrâs*, nisi addita conjunctione
dicam, *servus tuus et meus est*; *civis nostrâs et vestrâs.*

---

de adverbio. Edd. *de adverbiis.* Numerum singularem restitui ego e Codd. MSS. Langer. Gphb. Lips. A. B. Erl. *in loco.* Addit Cod. MS. Erl. *suo.*

§. 175. *et personis.* Adjeci *et* e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Ed. Erph.

σύζυγα. Cod. MS. Lang. *sinzuga.* Codd. MSS. Erl. Lips. B. *sinjuga.* Gphb. σύνζυγα.

§. 177. *civis.* Codd. MSS. Erl. Lips. B. *cujas.* Ed. Asc. *cu-*

In quo tamen possessio quidem communis significatur, 178 possessorum vero personae diversae. Potest tamen et sine conjunctione dici, *mea res tua est*, *animus meus tuus est*. In quo tamen diversas intelligo personas possessorum. *Ille* autem *ego* et *tu ipse*, et *hic ego* et *iste ego*, et omnia tertiae personae pronomina, excepto *sui* et ejus derivativo *suus*, licet et primae et secundae figurate uni eidemque conjungere personae: in verbis vero, quia una est sola vox tertiae personae, cum secunda vel prima in una eademque persona accipi non potest. Nemo enim dicit, *facio tu* vel *ille*, vel *facis ego* vel *ille*, vel *facit ego* vel *tu*. Singulis enim verba vocibus, singulas significantia personas, eas extra se 179 aliis accommodare personis non patiuntur. Et quid mirum in personarum discretione conjugatarum hoc fieri, cum liceat etiam ex contrario ex indiscretis generibus vel numeris, vel casibus, vel temporibus hoc manifeste intelligere? Quippe cum ipsa confusione licentia datur in diversis ea significationibus accipere. Nam *mihi, tibi, sibi, me, te, se*, cum non discernant genera, licet quibuscunque placet generibus ea conjungere, ut, *meipsum meipsam*, *teipsum teipsam*, *clari clarae*, non discernunt numerum. Licet ergo et singularibus et pluralibus ea sociare. *Senatus*, *currus*, *vultus*, *facies*, *res*, *spes*, similiter diversorum sunt casuum communia; licet ergo quibuslibet eorum aptissime ea copulare. 180 Omnia verba praeteriti perfecti subjunctiva et futuri easdem voces habent absque prima persona. Nihil igitur prohibet in utrovis tempore ea accipere. Participia praesentis temporis et infinita eadem etiam praeteriti imperfecti sunt. Licet igitur ea utrobique proferre, ut, *scribens hodie proficio*, *et scribens heri proficiebam*,

---

jus? Retinui ego *civis*. Nam in Codd. MSS. voces *civis* et *cujus* discerni nullo modo possunt. Recte etiam habet *civis*. Post *nostras* Codd. auctoritate omisi *est*.

§. 179. *datur* scripsi pro *detur* secundum Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

clari clarae. Additur in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *clara*, quod, cum absit a Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Gphb. Ed. Asc., omisi. Edd. Ven. 1. 2. Erph. *claro* pro *clara*. Pro *secernunt* e Codd. MSS. Erl. Langer. Gphb. Edd. Asc. Ven. dedi *discernunt*.

§. 181. *scribere volui vel volueram*. Quae post haec adduntur:

et *scribere volo hodie*, et *scribere volebam heri.* Scien- 181
dum tamen, quod licet etiam praeteritis perfectis et
plusquamperfectis participia vel infinita supradicta
sensum praeteriti imperfecti significantia conjungere,
ut, *scribens profeci* vel *profeceram*, id est, *cum in scri-*
bendo eram, profeci vel *profeceram; scribere volui* vel *vo-*
lueram, id est, *incipere scriptionem volui* vel *volueram.*
Scimus enim, quod praeteritum imperfectum inceptio-
nem quidem rei significat, nondum tamen perfectio-
nem, idque usus auctorum comprobat.

Communia verba tam activam quam passivam con- XXV
structionem concipiunt, ex qua discernitur varietas si- 182
gnificationis: *criminor te* et *a te*, *hortor te* et *a te. A-*
met, doceat, legat, audiat, sunt imperativi praesentis,
sunt optativi futuri, et subjunctivi praesentis. Nec ali-
ter possunt eorum significari varietates, nisi per con-
structionem eis accidentium adverbiorum vel tempo-
rum, ut imperantes sine adverbio dicimus, *amet, do-*
ceat, legat, audiat. Optantes vero cum adverbio, *uti-* 183
nam amet, doceat, legat, audiat. Subjungentes quoque,
cum amet, doceat, legat, audiat. Amato, doceto, legi-
to, audito, et secundae sunt et tertiae personae: additio-
ne igitur pronominum discernuntur, ut, *amato tu*,
amato ille. In omnibus igitur huiuscemodi dictionibus,
quae diversas habent significationes, constructio maxi-
me ad eas explanandas est necessaria. Sicut etiam in 184
nominibus, in quibus similes inveniuntur voces, diver-
si casus vel genera vel numeri: utpote genitivus et da-
tivus singularis, *hujus poetae et huic poetae*, et nomina-
tivus et vocativus plurales, *hi et o poetae.* Similiter *do-*
cti genitivus singularis *hujus docti*, nominativus et vo-
cativus plurales *hi docti* et *o docti.* Similiter *caedes*, 185

---

id est incipere scriptionem volui vel volueram, absunt a Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Tuentur ea Codd. MSS. Gphb. Monac. A. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch.

§. 182. Post *imperantes* delevi *quidem* auctoritate Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Gphb. Langer.

§. 184. *utpote* scripsi pro *ut puta* e Codd. MSS. Lips. A. B. Monac. A. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Notandum tamen, Codd. MSS. Langer. Lips. Ed. Asc. *poetas* exhibere, quod pro *pote* positum puto.

Similiter caedes. Duo Codd. MSS. *sedes.*

res, facies; nominativi singulares, et vocativi, ut *haec facies* et *o facies*, *haec caedes* et *o caedes*, *haec res* et *o res.* Plurales vero et nominativi et accusativi et vocativi, *hae facies* et *has facies* et *o facies.* Multa quoque etiam in aliis partibus invenies similia, nec aliter ea discernes, nisi ex consequentia ordinationis, id est casus casibus, et genera generibus, et numeros numeris, et personas personis, et tempora temporibus congrue
186 disponendo. Non igitur, si quid simile est voce, hoc eisdem necesse est omni modo accidentibus conjungi, sed ad intellectum referri: utpote omnis dativus et ablativus pluralis mobilium nominum vel pronominum vel participiorum similis est per tria genera, ut *bonis, illis, accusatis.* Et tamen cum de maribus loquimur, masculinis ea conjungimus, cum de contrario sexu, foemininis, cum extra utriusque significationem, neutris: ut *bonis viris loquor, bonis mulieribus* et *bonis mancipiis,* et *accusatis viris, accusatis mulieribus, accusatis mancipiis.* Sic et similia, quae confusionem significationis per ordinationis juncturam et accidentium discutiunt.
187 Omnis enim constructio, quam Graeci *σύνταξιν* vocant, ad intellectum vocis est reddenda. Itaque per diversas figuras variare solent auctores in constructione accidentia, de quibus jam supra docuimus: quae quamvis quantum ad ipsas dictiones incongrue disposita esse videantur, tamen ratione sensus rectissime ordinata esse judicantur: utpote prima persona et tertia in unum figurate coeunt, ut Virgilius: *Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena carmen;* est enim intellectus, *ego Vir-*
188 *gilius ille, qui quondam scripsi Bucolica et Georgica.* Diversi quoque numeri hoc modo figurate reperiuntur, ut

---

§. 186. *utpote* pro *ut puta* dedi e Codd. MSS. Lips. Monac. A.

§. 187. *σύνταξιν.* Codd. MSS. Langer. Lips. A. *σιηταση.* Lips. B. *συνθεσιν.* Gphb. *ογυτεσιμ.*

auctores. Cod. MS. Monac. A. *auctoritates.*

in unum. Cod. aliquot *in unam.*

§. 188. *qui scripsi.* Cod. MS. Langer. *scripsit.* *Bucolica.* Cod. MS. Lips. B. *Bucolicum.*

Virg. in I. vs. 212. *veribus* dedi pro *verubus* e Codd. MSS. Monac. A. Langer. Gphb.

Qualis eram. Virg. VIII. vs. 561. Post Virgilii locum additu

Virgilius in I. Aeneidos: *Pars in frusta secant veribusque trementia figunt.* Pluralem singulari non ad dictionem, sed ad sensum retulit, quia pars Trojanorum multi intelliguntur. Et per diversa genera, *Qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa.* Quamvis enim Praeneste neutrum sit, sed quia urbs intelligitur, ad id quod intelligitur, quam ad vocem nominis reddidit, dicens *sub ipsa.* Similiter per omnia accidentia om- 189
nium partium orationis frequenter invenimus hujuscemodi figuras, et casus pro casibus, ut, *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum*, fluvius pro fluvie: et, *Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Jovemque concilias.* Regni pro regnum, de quibus sufficienter in superioribus diximus.

De *tu* quoque quidam dubitaverunt, utrum nomina- XXVI
tivus sit tantum, an vocativus: sed uterque in eo 190
esse ostenditur, quomodo et in omnibus fere Latinis nominibus absque in us terminantibus secundae declinationis. Et quoniam Trypho, quem Apollonius arguit, eum vocativum solum putavit, deceptus a nominum vocativis, qui conjunguntur secundae personae verborum, cum dicimus *tu legis*, et *discipule legis.* Sed et cum prima et tertia verbi persona conjungitur bene vocativus, qui suus est secundae, nec tamen ideo dicimus, primam vel tertiam vocativos habere, nec secundae vocativum non esse, ut *lego discipule* et *legis discipule.* Necesse est illos maxime casus habeant pronomina, quibus deficiunt in utraque persona nomina, et maxime nominativum. Vocativo enim pronomina non 191
egent, qui nec demonstrationem, nec relationem, quibus funguntur pronomina, possidet, sed solam conver-

---

in Edd. *Virg. in VIII.* quod ego omisi unius Cod. auctoritate.

ad id quod intelligitur. Auctoritate Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Gphb. omisi *magis.*

§. 189. *Corniger* rel. Virg. Aen. VIII, 77. Post *fluvie* auctoritate Cod. Monac. A. omisi *Virgilius in octavo.*

Tu mihi rel. Virg. Aen. I, 79. Post *concilias* auctoritate Codd. MSS. Monac. A. Gphb. Langer. *in primo.* Nunquam enim Priscianus postponit notam loci.

§. 190 *utrum nominativus sit tantum.* Vulgo: *an nom.* rel. Pessime. Codd. Gphb. Langer. Lips. B. Erl. *utrum* exhibent. Malim ego et hoc abesse.

sionem, id est apostrophen, sed hoc ipso, quia vel nutu,
vel vocis directione non solum ad eos, quos videmus,
sed etiam ad illos, ad quos vox nostra potest pervenire
etiam absentes, vocare solemus, vel ignorantes propria
eorum nomina, vel confuse hoc utentes etiam ad mul-
tos, ut unus ex eis respondeat, ut ad servos *tu* dicimus.
Illud quoque sciendum, quod suum est pronominis in
192 prima et secunda persona habere nominativum. Voca-
tivum vero non solum pronomina, sed etiam nomina
et participia habent, qui casus proprius est secundae
personae, ut *scribe Virgili* et *scribis Virgili.* Sed quod
etiam nominativi omnium casualium primis et secun-
dis verborum est quando conjunguntur personis, osten-
dunt substantiva verba et vocativa, quae nisi nomina-
tivis non sociantur, ut, *ego grammaticus sum, tu orator
es, ille philosophus est, ego Priscianus nominor, tu Apol-
lonius vocaris, ille Virgilius nuncupatur.* Virgilius in I.
Aeneidos: *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?* Ergo
sine dubio haec constructio *hic, tu,* nominativum esse
193 ostendit. Praeterea hoc approbatur, cum distincte ipse
qui est nominativus trium personarum nominativis ne-
cessario conjungitur, ut, *ipse ego facio.* Virgilius in
quinto: *Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui.*
Idem in eodem: *Ipse ego paulisper pro te tua munera inii-
bo. Tu ipse facis.* Virgilius in Bucolico: *Verum id
quod multo tute ipse fatebere majus.* Cicero in IV. Ver-
rinarum: *Tu ipse ex edicto Siculo hoc sustulisti. Ille
194 ipse facit.* Cum igitur nomina primae et secundae per-
sonae nominativos non habeant, nec caeteros obliquos;
vocativum tamen habeant pleraque, loco deficientium,
ut paulo ante ostendimus, funguntur pronomina. Re-
latio quoque cum ad caeteros fiat casus, ad vocativum
non fit, ut, *ego lego qui scripsi, tu legis qui scripsisti,
ille legit qui scripsit, meus est servus cujus aere emptus
est.* Vocativus autem ideo in relativis esse non potest,

---

§. 192. *Virg. in I. Aen.* vs. 618. Codd. MSS. Lips. A. B. *ad undas.*

ipse ego facio. Addidi ego e Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Gphb. *facio.*

§. 193. *Virg. in V.* vs. 653. *Idem in eodem.* vs. 846.

quia antecedentem cognitionem significare non potest.
Similiter quando diversae uni sociantur personae, ne- 195
cesse est nominativos conjungi, non vocativos, ut, *ego
et tu et ille dicimus.* Nemo enim dicit, *ego et gramma-
tice et ille docemus*, nisi attentionis causa ponens no-
minativum pronominis, adjungam ei vocativum nomi-
nis, ut *ego et tu grammatice et ille docemus.* Et nomina
quidem quamvis tertiae sint personae, tamen habent
pleraque vocativum, ut diximus. Nec mirum, cum ver-
bis quoque vocativis, quomodo et substantivis conjun-
cta, possint tam primae quam secundae esse personae.
Quomodo ergo, si dicam, *Virgilius vocaris*, a tertia in
secundam transfero nomen personam, sic vocando eun-
dem intellectu ipso vocandi facio secundam personam,
o Virgili, id est, *te voco Virgili.* Excipiuntur infinita 196
nomina, vel interrogativa, vel relativa, vel redditiva,
vel distributiva: quae quia incertae sunt personae, vel
diversae, vocativum habere non possunt, *quis*, *qui*,
qualis, *talis*, *tantus*, *quantus*, *quot*, *tot*, *uterque*, *alter*,
singuli, *bini*, *terni*, et similia. Ad hujuscemodi enim
nomina vocatio fieri non potest, quamvis licet etiam ad
secundam ea conjungere personam, sed per nominati-
vos: ut *qui estis? quales estis? uterque Scipiones voca-
mini*, *singuli veniatis ad me*, *terni prandete apud me.*
Virgilius in I. Aeneidos: *Sed vos qui tandem, quibus aut
venistis ab oris?* Pronomina vero primae vel tertiae 197
personae minime possunt habere vocativum, nisi pos-
sessiva primae, quando conjunguntur vel diriguntur ad
secundam personam. Quippe cum possit aliquis ad
suam loqui possessionem, id est ad filium, vel ad ser-
vum, vel ad matrem, vel ad uxorem, et dicere, *o mi*,
o mea, *o meum*, *o noster nostra nostrum.* Et est pro-
prium possessivorum pronominum, duas significare
personas, ipsam quidem quae possidet per genitivum
ubique, eam vero quae possidetur per omnes casus.
Itaque secundae personae possessivum, cum in genitivo 198

Virg. in Buc. Ecl. III. vs. 55. *Cic. in IV. Verr.* tu pro vulg. *tute* edidi e Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Ed. Asc. Mox *nominativos* auctoritate Codd. MSS. Erl. Lips. A. dedi pro singulari *nominativum.*

§. 196. *Virg. in I.* vs. 369.

sit, ipse possessor intelligendus, ad quem dirigitur sermo, vocativum quoque habere non potest, nisi figurate velim dicere, *o tue et non aliene*, id est tui potestatem habens, quomodo, *ego sum meus.* Euripides: *Ἐγὼ δ' ἐμὸς εἰμί.* Sed quamvis non careat ratione, tamen in usu non est, quomodo nec *sue illius nate,* ut *proprie illius nate.*

XXVII Cum igitur in omnibus possessivis tam possessor
199 quam possessio intelligitur, nec alii possint casus quantum ad possessores nisi genitivi intelligi, non possunt habere vocativos, nisi per ipsas possessiones, cum in secunda esse intelliguntur persona. Nec prima tamen primam, nec secunda secundam potest possidere, nisi sic, ut ostendimus, figurate dicat aliquis, *ego sum meus dominus et servus, tu es tuus et doctor et discipulus,* ut Persius: *Vindicta postquam meus a praetore recessi.*
200 Tertia vero tertiam potest possidere, quia multae et diversae possunt esse tertiae. Vocativum tamen aliud pronomen in usu non habet, nisi primitivum secundae personae, et possessivum primae, quando ad id sermo dirigitur, id est quando secundae sociatur personae. Licet enim naturaliter ad suam loqui possessionem. Tertiae vero personae possessivum, etsi naturam habet, ut per vocativum possit dici, ut praedictum est:
201 possumus enim etiam ad alienam possessionem dirigere sermonem, ut, *O genitor noster Saturnie maxime divûm,* et *Euandrie fili* vel *Telamonie Ajax;* itaque quamvis quantum ad ipsam rerum naturam recte videatur posse dici, *o sue filii Euandri, o sua uxor Euandri,* ut si dicam *Euandrie fili,* et *Euandria uxor,* cum in hoc duae tertiae intelligantur personae possessoris et possessionis, usus tamen deficit, quomodo etiam apud Graecos, teste

---

§. 199. *intelligitur* dedi e Codd. MSS. pro *intelligatur.*

Persius Sat. V. vs. 88.

§. 200. *sociatur.* Cod. MS. Erl. *sociantur.*

§. 201. Cod. MS. Lips. B. *o Euandrie fili vel o Telamonie.* Locus Apollonii, quem in mente habuit Priscianus, reperitur Lib. III. de synt. p. 219. (ed. Sylb.) p. 220. (ed. Bekkeri) *Συσταίη γὰρ ἂν ἡ σφέτερε· οὔ γε μὴν τὰ τῆς χρήσεως ἐγένετο ἡμῖν ἐμφανῆ.*

§. 202. Cod. MS. Lips. B. *pertractat.* *teste eodem.* Ita Codd. MSS. Lips. A. B. Monac. A. pro *eodem teste.* *teste eodem*

Apollonio, *σφέτερε*, cum rationabiliter possit dici, in usu tamen non invenitur. De hoc enim *ἐν τῷ περὶ συντάξεως* 202
tertio clarius tractat. Secundae autem personae, ut supra dictum est, derivativum ideo non potest habere vocativum, quia necesse est genitivum primitivi intelligi in possessore ipso, ad quem loquimur, et vocativum in possessione, sed possessio secundae personae necessario vel ad primam, vel ad tertiam personam refertur. quae naturaliter carent vocativo, *Tuus filius sum*, vel *tuus filius est ille.* Et quamvis figurate, ut supra dictum est, dicam, *tu ipse tuus es et dominus et servus*, tamen vocativum non invenies, nec figurate in hoc pronomine prolatum, ut eundem et possessorem et possessionem in una eademque persona videatur aliquis affari dicendo, *o tue*, quomodo apud Graecos *ὦ σὲ*, *ἀπὸ τοῦ σός*, teste eodem Apollonio. Quemadmodum igitur nomina 203
tertiae personae sunt, sic etiam possessiva pronomina: quae quamvis, quantum ad personas possidentium, finita sint et primae et secundae et tertiae, tamen, quantum ad possessiones ipsas, tertiae sunt personae, nisi substantivis vel vocativis adjungantur verbis, sicut et nomina: *meus es filius, meus vocatur servus, tuus nominor parens, tuus est pater, suus illius sum filius, suus illius filius es, suus illius est filius.* Pronomen enim ipse tribus aptissime, ut supra diximus, adjungitur personis. Itaque Apollonius *ἐπιταγματικὸν* hoc vocat, id est appositivum, quod aliis pronominibus apponitur, ut, *ipse ego*, vel *egoipse, tuipse, illeipse.* Et quamvis inveniantur etiam alia pro- 204
nomina figurate sic conjuncta per diversas personas, ut, *ego ille, tu ille, hic ille*, ut Virgilius: *Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena carmen.* Idem in I. Aeneidos: *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae.* Te-

---

Apollonio. Lib. III. p. 219. (Sylb.) 220. (Bekk.) *τὰ γὰρ ἐπὶ δευτέρου προσώπου οὐ μόνον ἡ χρῆσις κατέλειψεν, ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος ἀδυνατεῖ συνέχειν.*

§. 203. *adjungantur* e Codd. MSS. Lips. Monac. A. dedi pro *conjungantur.* Ita mox etiam *adjungitur.*

quod aliis pronominibus apponitur. Ante *quod* omisi *eo*, cum haec vox absit a Codd. MSS. Lips. B. Monac. Langer. Gpbb.

§. 204. *Idem in I. Aen.* vs. 618. *Terentius in Andr.* Act. IV. Sc. 4. vs. 48. Pro *ne*, quod Codd. MSS. unanimi consensu praestant, in Terentio legitur *non.*

rentius in Andria: *Hic est ille, ne credas te Davum ludere.* non tamen, quomodo ipse sine alio pronomine possunt primae et secundae personae verbis adjungi, ut, *ipse facio, ipse facis.* Virgilius in II. Aeneid. *Quaeque ipse miserrima vidi.* Idem in Bucolico: *Cum fa-*
205 *ciam vitulam pro frugibus, ipse venito.* Alias autem voces tertiae pronominum personae per se sic verbis primae et secundae personae non possumus copulare. Nemo enim dicit *ille facio,* et *ille facis,* nisi addas etiam pronomina primam et secundam demonstrantia personam, ut Cicero Invectivarum II. *Hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exilium ejicio, quaesivi a Catilina.* Sed *ille ego* vel *ille tu* cum dicimus, relationem significamus antecedentis cognitionis, *ipse ego* vero discretionem, id est, *ego ipse per me et non alius.* Hoc autem appositivum pronomen, id est ipse, quamvis et imperativo societur (dicimus enim *ipse facis,* et *ipse*
206 *fac*) non habet tamen vocativum. Nullum enim pronomen habere vocativum potest, ut diximus, nisi primitivum secundae personae, ad quod dirigitur sermo, et derivativum primae, quando conjungitur primitivo secundae vel voce vel intellectu, ut *o mea tu, o noster Chremes.* Praeterea vocativus substantivo vel vocativo verbo per se non conjungitur, sed nominativus. Nemo enim dicit *docte es, clare vocaris, Virgili diceris,* sed *doctus es, clarus vocaris, Virgilius diceris.* Ipse ergo nisi nominativi vice nominis fungi non potest. Nihil

---

Virg. in II. Aen. vs. 5. *Idem in Buc.* Ecl. III. vs. 77. Cum Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *vitulam* scribi juberent, dicto ego audiens fui.

§. 205. *Cic. in II. Invect.* Cap. 6.

§. 206. Cod. MS. Monac. A. *Chremes* pro vulg. *Chreme.* Ita et Edd. Erph. Ven. 1. 2. Iunt. Cod. MS. Gphb. *eneas.* Cod. MS. Langer. omisit hanc vocem, lacuna relicta. Equidem Edd. antiquissimas secutus restitui *Chremes.*

Ipse ergo. Scripsi *ergo* pro *igitur,* auctoritate Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Gphb.

Sophocles: Ὦ φίλος. Haec inserui ego ex Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Hae tamen edd. Aristophanis nomen praefixerunt, et geminaverunt ὦ φίλος. Cf. Apollon. Alex. de Synt. p. 46. (ed. Bekk.)

Homerus. Ἰλιάδος Δ. vs. 277. *Virg. in VIII.* vs. 77.

Lucanus in II. vss. 115. 116. Pro *decorum* MS. Erl. *deorum.*

autem mirum secundae personae nominativo imperati-
vum adjungi, cum etiam tertiae personae, quae prorsus
vocativum non habet, adjungantur imperativa, ut *fa-
ciat* et *facito ille*, et *faciant* et *faciunto illi*. Illud 207
quoque sciendum, quod vocativis frequenter utimur
sine verbis secundae personae, ut *miror te Virgili, in-
telligo te Homere:* nominativos vero nisi per eclipsim
nunquam sine verbis proferimus ejusdem personae, ut
bonus es, Apollonius nominaris. Omnia autem prono-
mina, quae vocari possunt, similem habent nominati-
vum vocativo, excepto *mi* pro *mee.* Nec mirum, cum
etiam nomina pleraque apud Latinos, ut diximus, eos-
dem habent nominativos et vocativos. Atticis quoque
mos est nominativos pro vocativis proferre. Sophocles:
Ὦ φίλος. Homerus: Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ'
ἐπακούεις. quem secutus Virgilius in VIII. *Corniger He-
speridum fluvius regnator aquarum fluvius,* pro *fluvie* di-
xit. Et Lucanus in II. *Degener o populus, vix secula
longa decorum sic meruisse viris,* pro *popule.* Macedo- 208
nes autem et Thessali e contrario vocativos solebant pro
nominativis proferre. Homerus ἐν τῷ Β. Ἰλιάδος: Αὐτὰρ
ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. Hic vocativus
est pro nominativo: Θυέστα dixit pro Θυέστης. Unde
Romani frequentissime hujuscemodi nomina, et maxi-
me appellativa per vocativum Graecum, etiam pro no-
minativo suo proferunt, sophista, citharista, poeta,
Scytha, Sarmata, Sosia. Persius tamen indubitanter

---

§. 208. Homerus ἐν τῷ Β. Ἰλιάδος. Est versus 127. Cod. Gphb. αυταρ ο αυταν. Nihil praeterea. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. μητίετα Ζεύς. Hae vero editiones in Graecorum scriptorum locis nullius sunt auctoritatis. Certum enim est, earum auctores non raro finxisse Graeca, ubi scilicet in Codicibus suis lacunas reperirent. Receptum Homeri locum recte habere, Apollonii confirmat auctoritas, qui eodem usus est ad hunc usum demonstrandum. Cf. de Synt. Lib. I. Cap. 17. p. 51. (ed. Sylb.) p. 46. (ed. Imman. Bekkeri) κλητικῆς μὲν γάρ ἐστι τὸ Θυέστα· ἀλλ' ὁπηνίκα προσλαμβάνει τὸ ὁ ἄρθρον, τὸ τηνικαῦτα συντάξεως τῆς κατ' εὐθεῖαν τυγχάνει, αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. Cod. Mon. A. (182.) δῶκε φορῆναι.

Sosia. Vulgo: *Sophia.* Illud praestant Codd. MSS. Erl. Lips. A. Langer. Gphb.

Persius. Sat. III. vs. 29. *Censoremne* pro *Censoremve* dedi ego ex Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. In Codd. MSS. *ve*

vocativum pro nominativo posuit: *Censoremne tuum, vel quod trabeate salutas*, trabeate dixit pro trabeatus, Et Horatius *macte virtute esto*, pro mactus virtute.

---

et *ne* discerni vix ac ne vix quidem possunt. Pro *quod* MS. Lips. A. *quid*. Post *trabeate* omisi *dixit*.

Horatius. Serm. I. 2. vss. 31. 32.

LIBER DUODEVICESIMUS.

In superiori libro de articularium dictionum et pronominum constructionibus tractantes, necessario plurima etiam de nominis et verbi constructionibus, sine quibus illa orationem perfectam complere nequeunt, diximus: quippe quae ex maxima parte communes eis sint cum illis. In hoc quoque de nominibus et verbis praecipue, quamvis et de caeteris partibus, cum eis etiam plurima inveniantur communia, exponemus. Ergo minime mireris, si eadem exempla constructionum repetantur, cum in plerisque consimiles sint supradictorum et dicendorum rationes. Singulorum igitur casuum per ordinem constructiones videamus. I 1

2 Nominativus et vocativus absoluti sunt, id est per unam personam intransitive possunt

§. 1. *In superiori.* Ita pro *superiore* edidi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Gphb. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Colon.

constructionibus tractantes. Hunc verborum ordinem exhibent libri MSSi Lips. A. B.

et verbi constructionibus. Inserit Cod. MS. Lips. B. *interposuimus* additque deinde *ut ante diximus.* Cod. MS. Langer. exhibet quidem *ut diximus*, non tamen *interposuimus.*

nequeunt. Cod. Lips. B. *nequeant.*

quippe quae. Omisit MS. Lips. A. *quae.* Mox pro *sunt* MSS. Lips. A. B. Monac. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *sint.* Auctoritate MSS. Langer. Gphb. servavi *sunt.* MS. Langer. *cum aliis* pro *cum illis.*

cum eis etiam. Omisit *etiam* MS. Lips. B. *inveniantur* dedi pro *inveniuntur* e MSS. Lips. A. B. Monac. B. Erl. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

minime. MS. Lips. A. *ne.* Mox ad *exempla* addit MS. Lips. B. *communia.*

proferri, *ut ego Priscianus ambulo, tu Plato philoso-
pharis, Aristoteles disputat.* Et si substantivis verbis,
vel vocativis jungantur primae et secundae personae,
non egent pronominibus, quippe essentiam sui vel
nominationem significantes, ut, *homo sum, Cicero no-
minor.* Sin autem aliis consocientur verbis, tunc ne-
cessario adjunguntur pronominibus, ut ipsius essen-
tiae praesentis demonstratione transeant a tertia per-
sona connexione pronominum ad primam vel secun-
dam, ut, *ego Priscianus scribo, tu Apollonius vel Apol-
3 loni scribis.* Et sciendum, quod vocativus non eget
pronomine, quippe cum secundam sua voce finiat
personam, ut, *Apolloni legis* vel *lege, Terenti scribis*
vel *scribe.* Virgilius in X. *Vigilasne Deûm gens?
Aenea vigila.* Persius: *Censoremne tuum, vel quod
trabeate salutas.* Quamvis ad perfectam significatio-
nem bene additur indicativo verbo tu nominativus.
Si vero tollamus pronomina ab hac constructione,
quae nominativo construitur, *dicendo Priscianus scri-
4 bo, Apollonius scribis,* soloecismum facimus. Nam no-
mina per se et participia absque vocativo casu tertiae
sunt personae. Quomodo ergo non dicimus, *ille lego*
vel *ille legis*, sic non dicimus, *Priscianus lego*, nec
Apollonius legis. Quomodo autem, *ille ego lego*, et *tu
ille legis*, recte dicitur, sic *Priscianus ego lego*, et *tu
5 Apollonius legis* vel *Apolloni.* Licet enim et nomina-
tivum et vocativum nominis secundis adjungere pro-

§. 2. *jungantur.* MS. Lips. A. *junguntur.*
consocientur. MS. Lips. B. *associantur.* MS. Gphb. *conjungantur.*

§. 3. *Virg. in X.* vss. 228. 29. *Persius.* Sat. III. 29. Hoc etiam loco auctoritate MSS. Erl. Lips. A. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. edidi *Censoremne* pro *Censoremve*, quod MSS. Langer. Gphb. Edd. Ald. Bas. Colon. Iunt. Putsch. tuentur. MS. Monac. B. *censorumve.* Cf. Lib. XVII. §. 208. Cod. Lips. B. *salutes.*

§. 4. *Horat. in I. Serm.* Sat. 6. vs. 38. Auctoritate Cod. MS. Gphb. et Ed. Asc. pro vulgato *Syridamae*, quod Codd. fere omnes et Edd. Erph. Iunt. Ven. 2. Bas. Colon. Ald. Putsch. exhibent, edidi *Syri, Damae.* Ita enim Cod. ille: *siri dame.* Ed. Asc. *Syri Damae.* Ed. Ven. 1. *sindamie.*

Virg. in I. Aen. Locus ad taedium usque inculcatus. vs. 618. σιμβάματα. Edd. Erph. Asc. Iunt. συμβήματα. Receptam scri-

nominum personis. Virgilius: *Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena carmen.* Horatius in I. Sermonum: *Tune Syri, Damae, aut Dionysi filius audes?* Virgilius in I. Aeneidos: *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae?* Et sciendum, quod has quidem constructiones, quae per nominativum absolvuntur, Stoici *ἀξιώματα*, vel *συμβάματα*, id est dignitates, vel congruitates vocabant, ut *ego Priscianus scribo, Apollonius ambulat, Plato philosophatur.* Illas vero, quibus trans- 5
itiones ab alia ad aliam fiunt personam, in quibus necesse est cum nominativo etiam obliquum aliquem casum proferri, *παρασυμβάματα* dicebant, hoc est minus quam congruitates, ut *Cicero servat patriam.* Quando vero ex duobus obliquis constructio fit, *ἀσυμβάματα*, id est incongruitates dicebant, ut placet mihi venire ad te, sive nominibus ipsis tantum, seu verbis hoc exigentibus. Nominibus quidem exigentibus obliquos, necesse est substantivum verbum vel participium consequi, ut *filius Herculis sum*, vel *filius Herculis esse dicor.* Et *commodus duci sum*, et *commodus* 6
duci esse videor, bonus sum animam, et *bonus esse animam intelligor. fortis sum virtute*, et *fortis esse virtute appareo.* Est autem quando per ellipsin verbi vel participii substantivi, hujuscemodi casuum; id est nominativi cum obliquis, constructio solet proferri, ut *filius Pelei Achilles bellans multos interfecit Trojanos:* subauditur enim participium verbi substantivi

---

pturam praestant MSS. Monac. Langer. Gphb (hic *συμβασματα*) Edd. Ven. 2. Ald. Colon. Bas. Putschi et, quod plurimum valet, usus Stoicorum et Apollonii, quem sequitur Priscianus. Cf. de Synt. p. 56. (ed. Sylb.) p. 31. (ed. Bekkeri).

Plato philos. Vulgo: *Cato ph.* Platonis nomen recte exhibent MSS. Lips. A. B. Reliqui libri tum mssi tum editi omnes *Cato.*

§. 5. *obliquum aliquem.* Hanc vocem omittunt MSS. Lips. A. B. *παρασυμβάματα.* Duo MSS. *παρασυμβάσματα.* Iidem mox *ἀσυμβάσματα.* Edd. supra dictae *παρασυμβήματα* et *ἀσυμβήματα.* *παρασυμβάματα* tractantur de Synt. p. 295. (ed. Sylb.) p. 300. (ed. Bekker.)

nominibus ipsis. Auctoritate Codd. MSS. Langer. Fel. Lips. B. omisi ego *tantum*, quod in Edd. omnibus post *ipsis* legitur.

Cod. MS. Monac. *tamen.* MS. Gphb. *in* exhibet.

§. 6. *solet.* Plures Codd. *soleat.*

ens, quod in usu nunc nobis non est, pro quo possumus qui est vel qui fuit Pelei filius dicere vel sub-
7 audire. Similiter aliis casibus nominativum consequentibus, vel supradictum participium, vel quae pro eo accipiuntur, subaudire necesse est ad nominativum: *commodus mihi amicus proficiscitur*, id est, qui mihi est commodus amicus; *honestus faciem vir cernitur*, hoc est, qui est honestus faciem; *celer pedibus currit homo*, subauditur qui est. Et hae quidem constructiones ipsorum nominum exigente natura sic variantur casibus, quibus licet vel pronomina vel participia per eosdem casus conjungere, ut, *ille filius Pelei Achilles bellans multos interfecit Trojanos*, et *illius Pelei florentis virtute filius Achilles fuit.* Idem licet per omnes casus facere, eosdem enim obliquos casus, quos sibi adjungit nominativus, potest etiam flexus idem habere, sed non tamen in eadem constructione ver-
8 borum. Nam ad alias transeunt verba personas, quippe nominativum desiderantia, ut *filii Pelei fuit victoria Graiorum, filio Pelei cessit Hector, filium Pelei timuit Troja, filio Pelei floruit Graecia.* Et hoc quantum ad naturam ipsorum inter se nominum per varios casus construendorum. Verba quoque transitiva similiter solent variis casibus conjungi, ut, *miles eget imperatoris, Aeneas praemia donat Euryalo, Plato*
9 *erudit Aristotelem, Cicero potitur laude.* Quomodo autem nominativus obliquis apte possit construi, quantum ratione potero comprehendere, docebo, quos tamen etiam flexus sibi defendit, ut *Aeneas rex Trojanorum, Aeneae regis Trojanorum, Aeneae regi Trojanorum.* Sic per reliquos casus quoque. Nominativus igi-

---

§. 8. *timuit Troja.* Pro *Hector* reposui e Codd. MSS. Erl. Lips. A. B. Langer. Monac. Gphb. *Troja.*

variis casibus conjungi. Vulgo: *adjungi.* Receptam vocem exhibent MSS. Erl. Lips. B. Monac. B. Langer. Paulo ante Codd. MSS. Monac. B. Lips. B. pro *hoc* exhibebant *haec.* Ita et Ed. Asc.

praemia donat. Vulgo: *praemium.* Receptam lectionem praestant Codd. MSS. Lips. A. Erl. Langer. Gphb. Ed. Asc.

§. 10. *Patronus Verris Hortensius est, id est — possidet.* Ita Codd. MSS. Erl. Monac. Lips. A. B. Langer. Gphb. Ed. Asc. Vulgo, omissa voce *est*, legitur *nisi* pro *id est* et *habet*

tur casus nominum genitivo adjungitur, quando possessio aliqua et possessor significatur Et nominativo quidem possessionem, genitivo autem possessorem proferimus, ut *Hector filius Priami*, *Davus servus Simonis*, *Aeneas rex Trojanorum*, *Patroclus amicus Achillis*, *patronus Verris Hortensius*. Quae sic interpreta- 10
mur, ut, adjuncto verbo possessionem significante, possessio quidem mutet nominativum in accusativum, possessor vero genitivum in nominativum, verbi hujus natura hoc exigente, ut intransitive quidem nominativum, transitive autem accusativum exigat. Quid est enim *Hector filius Priami*, nisi, *Hectorem filium Priamus possidet vel habet? Patronus Verris Hortensius est*, id est, *patronum Verres Hortensium possidet.* Licet tamen haec eadem, cum substantivo verbo adjunguntur, tam genitivo quam dativo connectere, ut, *filius Priami*, *et Priamo fuit Hector.* Et, *Davus servus Simonis et Simoni*, et, *Patroclus amicus Achillis et Achilli.* Similiter comes, socius, affinis, cognatus, 11
vicinus, propinquus, et similia, id est omnia ad possessionem pertinentia, ut Virgilius in VII. *Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostrae*, pro possideo natam. Sed magis dativo quasi ad ignorantes utimur, ut in supradicto versu. Nam ad scientes, esse natam, nomen autem proprium ignorantes, dixisset mea vel mei nata, Lavinia est, subdistinctione posita post natam. Contra nomine quidem cognito, ignorato vero cujus esset nata, dixisset Lavinia, mea nata est, post Laviniam subdistinguendo, ut Virgilius in Bucolico: *Si nescis, meus ille caper fuit*, ad scientem caprum. Ad nescientem autem ejus possessorem dixit meus.

---

pro *possidet*. Edd. Ven. 1. 2. Erph. omittunt vocem *est*. Edd. omnes *habet* pro *possidet*.

§. 11. *Virg. In VII.* vs. 269. Mox *ignorato* pro *ignorata* dedi e Codd. MSS. Lips. B. Monac. Gphb. Ed. Erph. *mea* scripsi pro *mihi* auctoritate MSS. Monac. Lips. A. B. Gphb. *subdistinguendo* pro *sic distinguendo*, quod sensu destitutum est, recepi e MSS. Lips. B. Langer. Gphb. Edd. Asc. Erph.

Virg. in Buc. Ecl. III. vs. 23. *Idem in eodem.* vs. 33. *si sit pater.* Quod adjicitur, *et noverca*, omisi ego auctoritate Codd. Monac B. Gphb. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph.

Idem in eodem: *Est mihi namque domi pater, est injusta noverca.* Ad nescientem, si sit pater, dixit mihi.
12 Alio quoque sensu invenis dativos pro genitivis, ut Virgilius in X. *Fusos cervix cui lactea crines accipit,* pro *cujus crines.* Supradictis vero e contrario videntur illa proferri, quae laudem vel vituperationem vel
13 accidens aliquod ostendunt ab aliquo possideri. Per nominativum enim possessorem in hujuscemodi significationis structura, per genitivum vero possessionem proferimus in οὐσίας, id est essentiae, demonstratione, ut, *magnae virtutis vir*, id est, magnam virtutem habens; *egregiae pulchritudinis mulier*, id est, egregiam pulchritudinem habens; *extremae turpitudinis animal*, id est, extremam turpitudinem habens; *albi quidem coloris est cignus, nigri vero corvus*, id est, *album colorem*
14 *cignus habens, corvus vero nigrum.* Et Graeci quidem in hujuscemodi sensu genitivo tantum utuntur; Latini vero etiam ablativo frequentius, ut, *magna virtute vir*, pro magnam virtutem habens; *egregia pulchritudine mulier*, pro egregiam pulchritudinem habens. Sic et similia. Terentius in Andria: *Forte unam aspicio adulescentulam, forma ac voltu, Sosia, adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.* Similiter quando consequentiam aliquam rerum per genitivum significant Graeci: *Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο σοὶ κοίλης πα-*
15 *ρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει.* Hujuscemodi sensum nos per ablativum proferimus, non me vivo, et in terra videndo, id est dum ego vivo, et in terra videor. Ne-

---

§. 12. *Virgilius in X. vs. 137.*

pro cujus crines. In Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. adduntur haec: *Potest tamen hoc et περιποιητικὸν esse, id est, acquisitivum, cui ad cujus similitudinem. Omnia enim quae bonum aut malum aliquod acquirunt dativo adjunguntur, ut vigilo tibi, aro tibi. Virg. Manent immota tuorum fata tibi.* Absunt haec a Codd. MSS. Monac. Langer. Gphb. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Ergo ego etiam hoc additamentum e textu expuli. Vix negari potest, e §. 23. huc translata illa esse.

§. 13. *virtutem habens.* Quae post haec addita leguntur in Edd., *nimiae tenacitatis homo, id est nimiam tenacitatem habens*, expuli ego. In MSS. Lips. A. B. Erl. post *pulcrit. habens* posita conspiciuntur. In Edd. antiquissimis legitur *tenuitatis — tenuitatem.*

cesse est enim hujuscemodi structurae, sive nomen, seu participium prolatum verbo interpretari, dum adverbio, vel eandem vim habentibus, addito. Virgilius in VII. *Non vobis rege Latino divitis uber agri Trojaeve opulentia deerit,* id est, dum rex sum Latinus, vel donec Latinus regnat. Licet enim vel nominativum pro ablativo, et maxime nominum, cum verbo substantivo ponere, vel verbum cognatum significationi ipsius nominis, ut, *me doctore florent Musae,* id est *dum ego doctor sum.* Nam participia raro sic proferuntur, pro *me* 16
docente, ut dicam, *dum ego docens sum:* verbum vero cognatum significationi ipsius nominis, quod per ablativum profertur, ponimus, ut *me doctore*, dum ego doceo; *illo imperatore, donec ille imperat; pietate manente, dum pietas manet; virtute florente, quoad virtus floret.* Comparativa quoque et superlativa Graeci genitivo adjungunt, nos autem comparativa quidem ablativo, ut *fortior Achilles Hectore.* Superlativa vero genitivo, ut *fortissime gentis,* de quibus latius in libro tertio de nominis comparatione dicentes tractavimus.

Verbalia quoque in *or* desinentia, vel in *trix* transi- II
tiva, quae a verbis actum aliquem significantibus fiunt, 17
genitivo junguntur, ut *amo illum, amator et amatrix illius, doctor doctrix, munitor munitrix, lector lectrix, tonsor tonstrix, mirator miratrix.* Lucanus in nono: *Impressit dentes haemorrhois aspera Tullo, magnanimo juveni, miratorique Catonis.* Similiter genitivo adjun- 18
guntur participialia plerumque, vel participiorum trans-

---

§. 14. *Ter. in Andria.* Act. I. Sc. 1. vss. 91—93. Nec hic locus satis diligenter expressus est a Prisciano. Fatendum quidem, in recentior. Edd., Ald. scilicet, Iunt. Bas. Colon. Putsch., hos versus, si ad contextam Terentii orationem exegeris, rectius legi, quam in Codd. Nam pro eo, quod in MSS. Langer. Gphb. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. reperitur, *video*, in illis legitur *forte — aspicio.* At enim vero ne sic quidem locus recte habet. Omissa enim sunt interpellantis Sosiae verba: *Bona fortasse.* MS. Langer. *modesta — venusta.* Retinui ego *Forte. aspicio.* cf. infra §. 29.

significant Graeci. Hom. Iliad. *A.* vss. 87. 88. ut *Homerus* Putschius de suis addidisse videtur.

§. 15. *Virg. in VII.* vs. 262.

§. 17. *Luc. in IX.* vss. 806. 7.

itivorum absque tempore vim habentia. Transitiva autem participia sunt, quae a transitivis verbis nascuntur, ut *amo illum, amans illum, fido illi, fidens illi, invideo tibi, invidens tibi*: nisi sint passiva, id est futuris passivorum similia. Tunc enim dativo vel ablativo conjunguntur, sicut et participia ejusdem formae, id est in dus desinentia, ut, *amans illius*, similiter *abundans, sapiens, patiens, fidens.* Virgilius in II. Aeneidos: *Obtulerat fidens animi atque in utrumque paratus.* Similiter inops, praeceps. Virgilius in IV. Aeneidos: *Saevit inops animi.* Idem in nono: *Et praeceps animi Tmarus et Mavortius Haemon.* Similiter cupidus, rapidus, avidus. Virgilius in IX. *Ergo avidum pugnae dictis ac numine Phoebi Ascanium prohibent. Fidus illius.* Virg. in XII. *Praeterea regina tui fidissima dextra occidit ipsa*
19 *sua. Doctus grammaticae, prodigus animae.* Horatius in I. Carminum: *Regulum et Scauros animaeque magnae prodigum. Abundans illius rei* nomen est: nam participium ablativo, quomodo et verbum ejus, conjungitur. Virgilius in Bucolicis: *Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.* Cicero pro Cluentio: *Mulier abundans audacia.* Idem pro Cornelio II. *Quis tam abundans copiis.* Similiter *patiens*, quando nomen est, genitivo sociatur. Lucanus in IX. *Qua niger astriferis connectitur axibus aer, quodque patet terras inter lunaeque meatus, semidei manes habitant', quos ignea virtus innocuos vita patientes aetheris imi fecit, et aeternos animam col-*

---

§. 18. *Virg. in II. Aen.* vs. 61. *Idem in IV.* vs. 300. *Idem in IX.* vs. 685. *Virg. in IX.* 661. *Virg. in XII.* vs. 659.

§. 19. *Hor. in I. Carm.* XII. vss. 37. 38. *Prodigum.* Omisi *Paulum*, quamvis mei quidem Codices MSSi omnes hoc nomen exhibeant. At enim vero abest ab Edd. Ven. 1. 2. Erph. Iunt. et Ric. Bentleius, Vir immortalis gloriae, ad Hor. l. l. se in quatuor membranis, quas data opera consuluisset, frustra hoc nomen quaesivisse testatur.

Virg. in Buc. Ecl. II. vs. 20.

Cic. pro Cluentio. Cap. 65. Equidem auctoritate unius Cod. MS. Lips. A. retinui *abundans*, quamvis MSS. Monac. B. Langer. Gphb. *abundat* praestent. Edd. omnes *abundans.* Verbum finitum hoc loco minus commodum esse patet, cum de formis participialibus sermo sit. Ergo vel contra Codicum consensum *abundans* recipiendum est. Illud etiam minime dubium esse videtur, quod illustris Schützius

legit in orbes. Virgilius in II. Georgicon: *Patientes vomeris unci.* Quando participium est, accusativo, sicut 20
verbum ex quo venit, patior illam rem, patiens illam rem. Virgilius in III. Aeneidos: *Haud impune quidem, nec talia passus Ulixes.* Amans illius nomen est. Cicero pro Coelio: *Clarissimi ac fortissimi patriaeque amantissimi.* Salustius in Catilinario: *Alieni appetens, sui profusus.* Et attende, quod voce passiva profusus, quia magis actum significat, genitivo est conjunctum. Si- 21
militer si dicam *doctus grammaticam*, participium est, doceor enim grammaticam dicimus. Et necesse est, ut diximus, casum, quem verba sequuntur, etiam participia sequi. *Doctus grammaticae* nomen est, *fugitans litium* nomen est; nam *fugitans lites* participium est. Dicimus enim *fugito fugitas lites.* Terentius in Phormione: *Herus liberalis est, et fugitans litium.* Similiter praefectus urbis nomen est, praefectus urbi participium; verbum enim dativo conjungitur, praeficio tibi. Postremo omnia, quae similem habent significationem in or desinentibus verbalibus transitivis, genitivo solent jungi, ut *dubius illius rei.* Similiter *anceps illius rei, nescius, expers, doctus, peritus.* Similiter genitivo 22
adjunguntur omnia, quae obtineri vel desiderari aliquid ostendunt, vel contraria his, quae, obtineri aliquid, ostendunt, dives, copiosus, opulentus, capax, tenax. Virgilius in I. Aeneidos: *Ditissimus agri Phoenicum.* Idem in II. Georgicon: *Dives opum variarum.* Et quae

---

non satis recte e Nostro Ciceronem correxit, recepto in textum participio.

Idem pro Corn. II. Fragm.

Lucanus in IX. vs. 5. seqq.

§. 20. *Virg. in II. Georg.* vs. 223. *Virg. in III. Aen.* vs. 628. Pro *haud* Codd. MSS. Monac. B. Langer. *aut.*

Salustius in Catil. Cap. V. §. 4. ed. Cort.

§. 21. *Terentius in Phorm.* Act. IV. Sc. 3. vs. 18. Edd. Ven. 1. 2. Erph. *Herus meus.*

praeficio tibi. Ita Codd. MSS. Monac. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Vulgo: *praeficior tibi*, quod et MS. Gphb. exhibet.

§. 22. *Virg. in I. Aen.* vs. 343. *Idem in II. Georg.* vs. 468. *Horatius in I. Serm.* 1. vs. 79. *Idem in II.* Locus, ingenue fateor, mihi ignotus. Codd. MSS. Langer. Lips. A. *Juvenalis in II.* Edd. Ven. 2. Erph. *Idem in tertio.* Uncis ergo inclusi *Idem in II.*

desiderari aliquid ostendunt, ut avarus illius rei, cupidus, studiosus, avidus. Contra vero deesse aliquid significantia, egenus, indigus, inops, pauper, vacuus. Horatius in primo Sermonum: *Horum semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.* [Idem in II.] *Sic vacuum*
23 *cerebri populum Phaeaca putavit.* Licet autem, ut dictum est, in omnibus possessionibus et pronomen vel nomen possessivum pro genitivo primitivi, et dativum pro eo ponere, ut *Euandrius filius Pallas fuit,* et *Euandri filius,* et *Euandro filius fuit Pallas; Telamonius filius fuit Ajax*, et *Telamonis*, et *Telamoni filius fuit Ajax; pater meus fuit Aristarchus,* et *pater mihi; cliens Tullianus fuit Roscius*, et *cliens Tullii*, et *cliens Tullio fuit Roscius.* Similiter omnia ad aliquid eandem constructionem servant. Et haec enim possidentur. Maxime autem quando ad gratiam, vel utilitatem alicujus, vel contra aliquid fieri volumus significare, dativis utimur. Lucanus in II. *Urbi pater est, urbique maritus,* id est ad utilitatem urbis et pater fieri passus est et ma-
24 ritus. Similiter ergo possumus dicere, fortis patriae sum, et multis fortior patriae sum, et omnium utilissimus patriae sum, et cunctorum piissimus patriae sum. Nam positivorum constructio etiam in comparativis et superlativis servatur, extra suam illorum constructionem quam habent in comparando. Hujuscemodi autem constructiones, id est quae dativo adjunguntur tam nominum quam verborum, acquisitivas Graeci vocaverunt περιποιητικάς, id est, quae nobis aliquid boni vel mali acquirunt: quorum pleraque a verbis derivantur, vel generant verba, suntque adjectiva, ut utilis sum tibi, vel inutilis; commodus illi sum, vel incommodus;

---

§. 23. *Lucanus in II.* vs. 588.

§. 24. *Virg. in XII.* vs. 659.
qui facile discitur. Ita Codd. MSS. et Edd. omnes praeter Putschianam, quae *discit* praestat.

§. 25. *Aequiparantia.* Quod in Codd. MSS. et Edd. antiquissimis legitur *aequiperantia*, id, ut e scribendi compendio ortum, nullo modo admittendum esse censeo. Librarii enim syllabam *par* saepissime p (per) scribunt, nec tamen, puto, ita legi volunt. Quod si esset, nunquam *partes* per ptes exprimerent. Igitur non *bipertito*, *tripertito*, *impertiri*, nisi scribendi compendiis uti volueris, etc. sed *bipartito, tripartito, impartiri* scribere et sono exprimere debes.

fidus illi, cujus tamen superlativum etiam genitivo adjunxit Virgilius in XII. *Praeterea regina tui fidissima dextra occidit ipsa sua.* Similiter damnosus, periculo- 25
sus, facilis, carus, difficilis, quaestuosus, vendibilis, et omnia similia, quae ferre aliquid commodi vel incommodi demonstrantur. Quid est enim utilis tibi sum, nisi utilitatem tibi ferens, calamitosus, nisi calamitatem ferens? Et postremo omnia verbalia in iis vel in dus desinentia participiis futuris similia dativum asciscunt, ut mirabilis, legibilis, orabilis, amabilis mihi est, penetrabilis et penetralis, extricabilis, dicendus, amandus, docendus, et similia, docilis et docibilis. Sed docilis est, qui facile docetur, docibilis, qui facile discitur. Quomodo penetralis, qui in intimis est partibus, penetrabilis, qui facile penetratur. Aequiparantia etiam genitivo vel dativo adjunguntur, quomodo et verba, quae Graeci ἰσοπαλῆ vocant, et subjecta vel superposita, quae Graeci ἐπαναβεβηκότα dicunt. Quae tamen et ipsa ad aliquid sunt dicta, de quibus jam diximus. Subjecta vero vel superposita dicuntur, quod licet ea et subjicere et praeponere, ut pater filii, vel filio est pater, et vel filius patris, vel patri est filius. Similiter dominus ser- 26
vus, imperator miles, tyrannus armiger, satelles rex, herus famulus, cliens patronus, licet quovis ordine per utrumque casum proferre. Similis quoque et dissimilis, par impar, aequus iniquus, amicus inimicus, comes socius, affinis cognatus, propinquus vicinus, commilito contubernalis. Terentius in Eunucho: *Quid tibi ego plura dicam? domini similis es.* Juvenalis in II. *Non similis tibi Cynthia.* Cicero pro Marcello: *Simillimum deo judico.* Lucanus in X. *Quem metuis, par hujus erat.*

ἰσοπαλῆ. Ed. Asc. ἰσόῤῥοπα, et pro ἐπαναβεβηκότα exhibet eadem ὑποκείμενα καὶ ὑποτιθέμενα.

§. 26. *Ter. in Eunucho.* Act. III. Sc. 2. vs. 43. Cod. MS. Monac. B. *quod* pro *quid.* Pro *plura* legitur apud Terentium *multa.* MS. Lips. B. omisit *ego.* MS. Langer. ponit *plura* post *dicam.*

Juvenalis in II. Sat. VI. vs. 7. Pro VI. e Cod. MS. Gphb. posui libri numerum II. *Non.* Vulgo: *haud.* Receptam vocem praestant MSS. Langer. Gphb. Erl. Lips. Monac. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. In Edd. Juvenalis legitur *haud.* Cic. *p. Marc.* Cap. III.

Lucanus in X. vs. 382. *Lucanus in IX.* vs. 536.

Idem in IX. *Par Geminis Chiron, et idem quod Carcinos*
27 *ardens Scorpios.* Accusativo quoque nominativi adjunguntur figurate, quando, quod parti accidit, hoc toti redditur, et totum quidem per nominativum, pars autem per accusativum profertur, ut, *fortis dextram,* pro fortem dextram habens, *celer pedes,* pro celeres pedes habens, *sapiens animam,* pro sapientem animam habens, *albus colorem,* pro album colorem habens. Et in omnibus subaudiendum est qui est, etiam si obliquentur, ut, *albi colorem equi,* id est, equi ejus, qui est albi coloris, *albo colorem equo, album colorem equum.* Sic etiam per pluralia, *albi colorem equi oblati sunt imperatori, alborum colorem equorum magnum corpus fuit, albis colorem*
28 *equis vehitur, albos colorem equos jungit.* Nam quicunque casus nominativo adjunguntur, etiam declinato construi possunt. Virgilius in I. Aeneidos: *Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentis.* Idem in sexto: *Lacerum crudeliter ora, ora manusque ambas populataque tempora raptis auribus.* Idem in quinto: *Intentaque brachia remis intenti.* Ablativus etiam conjungitur nominativo, quando per eum aliquid evenire demonstratur illi, qui per nominativum profertur, ut *acutus oculis,* id est per oculos: *validus viribus,* id est per vires: *gloriosus laude,* id est per laudem. In hoc sensu Graeci quidem dativo, nos vero ablativo utimur. Et quod supra quoque ostendimus, quando habere aliquid vel consequi per genitivum Graeci ostendunt, nos vero ablativo utimur, ut μεγάλης ἀρετῆς ἀνὴρ, id est magnam virtutem habens
29 vir: Latini *magna virtute vir* dicunt. Frequenter tamen et genitivo secundum Graecos in hoc sensu utuntur, ut, *magnae virtutis vir.* Virgilius in I. *Ditissimus*

---

§. 27. *nominativi adjunguntur.* Sic Codd. MSS. Vulgo: *nominativus adjungitur.*

§. 28. *Virg. in I. Aen.* vs. 320. *nodoque — fluentis.* Codd. MSS. Erl. Monac. Langer. ineptissime ita: *nudosque* sive *nudasque sinus — fluentes.* MS. Gphb. recte exhibet *nodoque.*

Idem in VI. vs. 495. *Idem in V.* vs. 136. Hos duos Virgilii locos omisit Cod. MS. Lips. A.

§. 29. *Virg. in I.* vs. 343. *Idem:* in IX. vs. 26.

Salustius in Jug. 85, 10. ed. Cort. *Terentius in Andria.* Act. I. Sc. 1. vs. 91. Cf. §. 14. Recte hoc loco Codd. MSSi omnes et

agri Phoenicum. Idem: *Dives equûm, dives pictai vestis et auri.* Salustius in Jugurthino: *Hominis veteris prosapiae, multarum imaginum, ac nullius stipendii.* Terentius in Andria: *Forte unam aspicio adulescentulam, forma ac voltu, Sosia, adeo modesto, adeo venusto,* hoc est, *virginem, quae habebat formam ac vultum modestum et venustum.* Similiter in consequentiae significatione, 30
illi genitivo, nos ablativo utimur tantum, ut ἐμοῦ ὁρῶντος τὸν παῖδα ἔτυψας, id est, *dum ego video, puerum cecidisti,* quod nos dicimus *me vidente puerum cecidisti. Augusto imperatore Alexandria provincia facta est*, id est, *cum Augustus erat imperator; Bruto defensore liberata est a tyranno resp.*, id est, *cum defensor ejus fuerat Brutus; Sulla victore perierunt Romani*, pro *cum victor fuerat Sulla.* In hoc autem sensu, ut ostendimus, non licet genitivo uti pro ablativo. Illa quoque nomina, 31
quae vim habent passivam, ablativo junguntur, *lassus labore, fessus cursu, cassus lumine,* quod etiam participium potest esse. Virgilius in II. Aeneidos: *Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.* Tamen sine dubio nomen est. Lucanus in V. *Cassa fraude parat.* Orbus prole, viduus pharetra. Horatius in primo Carminum: *Puerum minaci voce dum terret, viduus pharetra risit Apollo.* Juvenalis in libro III. *Dignus morte perit, coenet licet ostrea centum.* Vacuus cerebro, mente captus. Est tamen invenire in his quoque quaedam auctoritate veterum genitivis conjuncta. Virgilius in XII. *Descendam magnorum haud unquam indignus avorum.* In compa- 32
rationibus quoque ablativos ponimus pro genitivis, ut, *fortior Scipio Annibale.* Licet et nominativum cum nominativo interposita quam comparare, ut, *fortior*

Edd. *forte — aspicio.* Ed. Erph. *conspicio.* Supra §. 14. iidem libri exhibebant *video.*

§. 30. ἔτυψας. Interpretationem hujus loci Latinam, quae in Edd. additur: *mei videntis puerum cecidisti,* omisi ego Codd. MSS. auctoritate.

§. 31. *Virg. in II. Aen.* vs. 85.

Lucanus in V. Pessime scriptum est in Codd. MSS. et Edd., quotquot vidi, omnibus *Idem in IX.* (vel etiam *XI.*), ita ut *idem* sit Virgilius. Leguntur verba sequentia apud *Lucanum Libro quinto vs.* 330.

Horatius in I. Carm. Od. X. vss. 10—12. *Juvenalis in Libro III.* Sat. VIII. vs. 85. MS. Lips. *in II. Virg. in XII.* vs. 649.

Scipio quam Annibal, et quod saepe superius docuimus, flexis quoque nominativis in obliquos casus eadem constructio in obliquis quoque casibus servatur, ut, *fortioris Hectore Achillis maxima virtus fuit*, et, *Scipionis quam Annibalis mirabilior strenuitas erat.* Necesse est autem omnia casualia eosdem casus in eadem structura servare, sive conjungantur, quod supradictum est, nominibus, sive pro eis sint posita. Et pronomina quidem loco nominum etiam per se posita inveniuntur, ideoque constructionem eorum sibi defendunt, ut, *gloriosus ego sum doctrina*, *laudabilis est ille fortitudine.*

III Participia etiam et cum nomine, vel pronomine, et
53 per se posita constructionem tam verbi necessario sequuntur, quam nominis, quia utrique cognata sunt. Nominis, ut, *Cicero accusans vicit*, *Ciceronis accusantis oratio valuit*, *Ciceroni accusanti contigit gloria*, *Ciceronem accusantem timuit Catilina*, *o Cicero accusans Catilinam patriam servasti*, *Cicerone accusante victus est Verres.* Et eas quidem constructiones ad similitudinem
54 nominum habent participia. Verbi vero constructionem servant ejus singula participia, ex quo nascuntur, et vel absolute ponuntur, hoc est intransitive, quomodo et verba, quae non egent obliquis casibus, ut ambulo, sedeo, surgo, ambulans, sedens, surgens: vel transitive, hoc est in diversas personas, vel in seipsas per reciprocationem, id est sui passionem, quam Graeci ἰδιοπάθειαν dicunt: ut *misereor tui* vel *mei*, *miserens tui* vel *mei; invideo tibi* vel *mihi*, *invidens tibi* vel *mihi; video te* vel *me*, *videns te* vel *me; potior te* vel *me*, et *illo* vel *illum*, *tui* vel *mei*, *potiens te* vel *me*, et *illo* vel *illum*, et
55 *tui* vel *mei*. Et attendendum est, quod nominativus, qui verbo adjungitur, immobilis casibus ipse manet, et vel nullum vel eum solum assumit alterius casualis obliquum, qui verbo construitur. Nullum quidem, quando absolute dicitur, id est intransitive, ut *Terentius ambulat, Salustius quiescit:* obliquum vero, quando transitive, vel ἰδιοπαθῶς, id est *sui passive*, ut, *Caesar vicit Pompejum*, *Cicero arguit Catilinam*, *pater indulget filio*,

---

§. 36. *construere.* Addit MS. Lips. B. *tam in rectis quam in obliquis.*

§. 39. *necmancipi* pro *neumancipi* scripsi auctoritate Codd. MSS. Langer. Gplib. *ne mancipi* exhibentium.

dominus miseretur sui et servi sui. Ille autem nominati- 36
vus, qui obliquos, exigente ipsius nominis natura, sibi
asciscit, etiam per omnes, ut supra ostendimus, casus
declinatus, eandem constructionem casuum sibi defen-
dit, ut, *victor Pompeji Caesar interfectus est a Bruto,
victoris Pompeji Caesaris filia fuit Julia, victori Pompeji
Caesari cessit respublica, victorem Pompeji Caesarem pla-
cavit Cicero, victor Pompeji Caesar clemens fuisti, victo-
re Pompeji Caesare Romana libertas periit.* Sic et om- 37
nia casualia licet construere. Possessiva in omnibus
suis casibus cum genitivis aliorum bene conjunguntur,
quippe vim ejus ubique habentia, ut, *pugna Trojana et
Graecorum multis exitio fuit, filius Telamonius et Hesio-
nae Teucer fuit, Terentiae et Tulliani filii misertum est,
Creusa et Aeneio nato datum est regnum Latii, Hectoreum
et Andromachae filium praecipitavit Ulixes, o noster et
fratris amice, tua et patris tui, Herodiane, proficimus ar-
te.* Dativum quoque solent Romani acquisitivorum vel 38
effectivorum cum omni casu consociare, ut, *curae mihi
ista res est, curae mihi est istius rei causa, curae mihi
est huic rei adesse, curae mihi est hanc rem nosse, cu-
rae mihi est hac re proficere.* Similiter cordi, lucro,
damno. Possumus enim dicere *cordi homo, cordi homi-
nis, cordi homini, cordi hominem,* pro jucundus jucundi
jucundo jucundum. Similiter per omnes reliquos casus 39
tam singulares quam plurales, quomodo et frugi et
mancipi, necmancipi: qui cum sint dativi, omnibus
tamen aliis casibus conjunguntur. Quomodo etiam ge-
nitivi, per quos possideri vel haberi aliquid significatur,
ut hujuscemodi, illiusmodi, magnae virtutis homo,
magnae virtutis hominis, magnae virtutis homini. Si-
militer per caeteros casus. Ita etiam *nihili homo, nihili
hominis,* ὁ τοῦ μηδενός. Similiter in eodem fere sensu
figuratur nominativus et obliqui ejus cum accusativo
alterius nominis, quod et supra ostendimus, clarus ge-
nus, clari genus, claro genus, clarum genus, clare ge-
nus. Idem invenis et cum ablativo, dignus laude, di-
gni laude, digno laude, dignum laude et reliqua.

---

et reliqua. MS. Lips. A. *caetera nomina.* Scriba hujus Codicis, cum haud dubie vi coactus ad exarandum hunc Codicem accessisset, vocem, qua posteros etiam in partem dolorum et laborum, quos perscribendo libello exantlasset, vocare vel-

IV
40 Ab infinitivo incipit exponere verbi ordinationem Apollonius, ostendens, hoc verbum generale esse, et pro omni posse accipi modo verborum. Conjungitur autem frequentius voluntativis verbis, quae Graeci *προαιρετικὰ* vocant, ut volo legere, cupio discere, desidero videre. Invenitur tamen et saepissime aliis verbis conjunctum. Terentius in Adelphis: *Video sapere, intelligere, in loco vereri, inter se amare; scire est liberum ingenium.* Virgilius in undecimo: *Rem nulli obscuram, nostrae nec vocis egentem consulis, o bone rex, cuncti se scire fatentur, quid fortuna ferat populi,*
41 *sed dicere mussant.* Nec solum nominativis, etiam accusativis et ablativis casibus ad imitationem Graecorum auctores adjungunt infinita verba, ut cognitus est posse discere, et cognitum hunc posse discere, et posse cognito discere. Terentius in Eunucho: *Apparet hunc servum esse domini pauperis.* Salustius in V. Historiarum: *At Lucullus audito, Q. Marcium Regem*

---

let, in margine addidit; equidem, ne humanitatis officio defuisse videar, hic notabo, quod ille rubro atramento, quo clarius appareret, quid sensisset, appinxit. Nihil quidem ille, quam: *Ach Got!* satis tamen graviter.

§. 40. *Terentius in Adelphis.* Act. V. Sc. 3. vss. 41. 42. Quod in Edd. vulgatis post *intelligitur* additum legitur pronomen *eos*, id, cum absit a Codd. MSS. Erl. Langer. Lips. A. B. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc., ego etiam omisi. *scire est.* Omissa vulgo est vox *est.* Eam ego reposui e Codd. MSS. Langer. Gphb. Lips. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

Virgilius in XI. vs. 343. seqq. *populi.* Cod. MS. Lips. A. *populis.*

§. 41. *Terentius in Eunucho.* Act. III. Sc. 2. vs. 33.

Salustius in V. Hist. At Lucullus. Ita scripsi pro *Lucilius* e Cod. MS. Gphb. *lucillus* exhibente. Cum enim *u* et *i* sono parum differant, *lucillus* facile pro *Lucullus* scribi potuit. Cod. MS. Lips. A. *Ac lucidus. audito, Q. Marcium Regem.* Edd. Ald. Bas. Colon. Erph. Iunt. Asc. exhibent *audito Marcium regem.* In MS. Langer. Edd. Ven. 1. 2. legitur *auditoque.* Illud *que* e male intellecto scribendi compendio natum esse dubitari nequit. Edd. Ven. *Marcionem.* MS. Langer. *martio mense.* *Proconsulem* edidi e MSS. Langer. Gphb. pro vulgato *pro consule.* MS. Langer. *per omnia* pro *per Lycaoniam.* MSS. Gphb. Langer. *in siciliam.*

Idem in eodem. Addidi ego e Cod. MS. Lips. A. *Idem.* MS. Gphb. *Varianae.* MS. Langer. *Valarianae.* MS. Gphb. *sabina datum* pro *datam* recepi e MSS. Gphb. Langer. Erl. Ed. Ven. 1. pro *consuli datam* exhibet *et solidatam. esse,*

Proconsulem per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. Idem in eodem: *Legiones Valerianae comperto, lege Gabinia Bithyniam et Pontum Consuli datum esse, missos.* Participiorum autem accusativi frequenter pro infinitis verbis ponuntur, ut Salustius in quinto: *Saepe celebritatem nominis intellego timentem,* pro *timere:* et, *Video indigentiam dona quaesitum gratiae properantem,* pro *properare.* Ablativi quoque eorum pro infinitis, ut idem in Catilinario: *Nam et priusquam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est,* pro consulere et facere. Graecorum similiter more infinita pro gerundivi genitivo casu proferuntur. Significat autem infinitum ipsam rem, quam continet verbum. Currere enim est cursus, et scribere scriptura, et legere lectio. Itaque frequenter et nominibus adjunguntur, et aliis casualibus more nominum, ut Persius: *Sed pulcrum digito monstrari, et dicier hic est.* Terentius in Adelphis: *Quapropter*

---

missos. Vulgo *missos esse.* Ante *missos* infinitum verbi substantivi ponunt Codd. MSS. Lips. A. B. Langer. Hos igitur libros ego secutus sum. Subdistinctionem posui post *esse.* Cod. MS. Gphb. *esse missos esse.*

§. 42. *Salustius in quinto.* MS. Gphb. *Sal. in IIo.* Verba sequentia Cod. MS. Erl. ita exhibet: *Spem salubritate nominis te lego timentem.* MS. Monac. B. *Spe celebritate nominis te lego timentem.* MS. Langer. *Spem celebritate nominis te lego timentem.* MS. Gphb. *Sepe celebritatis nomine te lego timentem.* MS. Lips. A. *Spem* (rasura post *s* literam deleta est vocalis *e*) *celebritate nominis timentem.*

et, Video. In Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. ita: *video ingentia dona quaesitum ire properantem.* MS. Lips. A. *videam.* Pro *ingentia* MSS. Gphb. Lips. A. *indigenciam.* MS. Langer. *indigencia.* *Quaesitum ire.* MSS. Langer. Lips. A. *quaesita gratiae.* Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *quaesita graeciae.* MS. Monac. *quaesitura του πορεου.* MS. Gphb. *quaesitura του πορις.* Quae cum ita sint, totus locus ita scribendus esse videtur: *Video indigentiam dona quaesitum gratiae properantem*, et sic eum exprimendum curavi.

Idem in Catilin. I, 6. *ubi.* Cod. MS. Gphb. *postquam.* Lips. A. *nisi.* Langer. *ubi consuleris.*

§. 43. *Persius.* S. t. I. vs. 28. *Sed pulcrum.* Codd. MSSi omnes et Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *sed bonum.* Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *pulchrum.* Equidem a me impetrare non potui, ut vitiosam vocem *bonum* reponerem. Auctoritate MS. Lips. A. post *pulchrum* omisi *est.*

Terentius in Adelphis. Act. IV. Sc. 5. vs. 17. *ipsis coram.*

teipsum purgare ipsis coram placabilius est. Idem in Eunucho: *Certe extrema linea amare nonnihil est;* et bonum est legere, utile est currere, aptum est scribere, optimum est philosophari. Quod cum aliis vocibus verbi facere non possumus, ut nomen cum substantivo verbo, id est eis, id est aliis modis verborum adjungamus, significantes loco nominis ipsius rei has voces nos accipere. Cum enim dico, *bonum est legere,*
44 nihil aliud significo, nisi bona est lectio. Itaque apud Graecos etiam articulis adjungitur infinitum more nominum. Cum autem sine est, vel alio hujuscemodi verbo, id est substantivo proferam, bonum vel commodum, vel utile, vel aliud hujuscemodi casuale, non ipsius verbi qualitatem, sed illius rei, in qua fit actus verbi significatio: ut si dicam, *bonum lego,* necesse est vel carmen vel opus, vel tale aliquid intelligi. Nemo enim dicit *bonum est lego,* quomodo *bonum est legere.* Nominativis quoque adjectivorum, et obliquis eorum pulcherrima figura conjungitur infinitum, ut *fortis bellare, prudens intelligere, sapiens providere, peritus docere,* et similia. Horatius in primo Carminum: *Et celerem sequi Ajacem,* id est celerem ad sequen-
45 dum. Sic et alia. Illud etiam in hoc modo contemplandum, quod verbis praeceptivis, quibus dativi adjunguntur, possumus et accusativos copulare infinitis consequentibus, ut *jubeo tibi currere, jubeo te currere, impero tibi proficisci,* et *impero te proficisci, praecipio tibi legere,* et *praecipio te legere.* Sic et similia. Sciendum tamen, quod in hoc sensu frequenter invenimus pro infinito verbo subjunctivum poni, ut *jubeo facias, jubeo dicas, impero venias, hortor legas,* in quibus deest *ut,* quod licet addere vel non. Verborum quoque omnibus modis et participiis possunt infinita verba conjungi, ut *amo discere, ama discere, utinam amarem discere, cum amaverim discere* vel *didicisse,*

MS. Lips. A. *coram ipsis.* In Edd. Ter. legitur *ipsi.* Omisi *est* post *placabilius* auctoritate Cod. MS. Monac. B. *Idem in Eunucho.* Act. IV. Sc. 2. vs. 12. *nonnihil.* Sic Codices manuscripti omnes et typis exscripti libri.

§. 44. *Hor. in I. Carm.* XV. vss. 18. 19.

§. 46. *Hor. in II. Carm.* Od. 2. vs. 20. MS. Erl. *dedecet.* MS. Monac. B. *docet.*

amare discere prodest, *amans discere*. Similiter *intel-* 46
ligo sentire, *intellige sentire*, *utinam intelligerem sentire*, *cum intellexerim sentire*, *intelligere filium sentire cupio*. Horatius in secundo Carminum: *Dedocet uti falsis vocibus*. Participio etiam, volo intelligens sentire. Sic omnia. Est tamen frequenter invenire, no- 47
mina pro adverbiis totius verbi declinationi bene accommodari, ut sublime volo, sublime volas, sublime volat. Igitur a constructione quoque vim rei verborum, id est nominis, quod significat ipsam rem, habere infinitivum possumus dignoscere, res autem in personas distributa facit alios verbi motus. Quid est enim aliud curro curris currit, nisi cursum ago agis agit? Itaque omnes modi in hunc, id est infinitum transumuntur, sive resolvuntur: ut, *ambulo*, *indico me ambulare*; *ambulas*, *impero te ambulare*; *utinam ambularem*, *opto me ambulare*; *cum legam*, *ambulo*, *dico me prius legere*, *postea ambulare*. Itaque apud Graecos 48
quidem pro imperativo ponitur, apud nos autem pro praeterito imperfecto. Et apud illos tamen, et apud nos hoc fit per figuram ἐκλείψεως, id est defectionis. Gaudere enim dicunt pro gaude, et subauditur jubeo, vel volo, vel opto. Sic enim antiqui *gaudere te jubeo* pro gaude. Terentius in Adelphis: *Gaudere Hegionem plurimum jubeo*, pro gaude Hegio plurimum. Sic ergo et apud nos cum imperfectum sit, *dicere coepi* pro dicebam, *scribere coepi* pro scribebam, per eclipsin verbi coepi solent auctores proferre verba infinita, ut Terentius in Andria: *Ego illud sedulo negare factum*. Deest enim *coepi*; *negare*, per *negabam*. Nec mirum 49
infinita, quae cognationem habent ad omnes modos, pro quibusdam eorum poni, et maxime pro defectivis, cum sint et ipsa defectiva. Imperativus enim deficit tam personis quibusdam quam temporibus, et

---

§. 48. *Ter. in Ad.* Act. IV. Sc. 5. vs. 14. *Gaudere — gaude*. Ita pro *salvere — salve* scripsi e MSS. Lips. A. Monac. B. Langer. Erl. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. In Terentio quidem res e habet *salvere*, at vero huic loco alienum est, cum Priscianus, memoria elusus, hunc locum parum commode adduxerit.

Terentius in Andria. Act. I. Sc. 1. vs. 119. 20. MS. Monac. B. *ergo*.

praeteritum imperfectum actu ipso deficit, quippe se-
miplenum eum significans, et infinita deficiunt nume-
ris et personis, cum etiam alios modos pro aliis in-
veniamus ab auctoribus proferri, ut, *Musa mihi cau-
sas memora*, et *Dicite Pierides*, imperativa pro optati-
vis. Et contra optativa, vel subjunctiva, vel indicativa
pro imperativis, ut Terentius in Eunucho: *Nihil tibi*
50 *quicquam credo; desinas:* pro desine. Virgilius in IV.
Georgicon: *Sin duram metues hiemem parcesque futuro,*
Contusosque animos, et res miserabere fractas, pro par-
cito, et miserator. Idem in Buc. *Alternis dicetis,*
amant alterna Camoenae: dicetis pro dicite. Horatius
in I. Epistolarum: *Si te forte meae gravis urat sarci-
na chartae, abjicito potius quam quo perferre juberis,
clitellas ferus impingas:* pro *impingito*. In eodem:
*Viribus uteris per clivos, flumina, lamas, victor pro-
positi, simulac perveneris illuc, sic positum servabis
onus:* pro *servato*, quomodo *uteris* pro *utitor*. In eo-
dem: *Inter cuncta leges et percontabere doctos:* pro *le-
gito* et *percontator*. Graeci quoque frequenter hoc
utuntur, modos verborum pro modis ponentes, de
quibus in Atticismis, quibus Romani quoque utuntur,
V post ostendetur. Impersonalia activam terminationem
51 habentia infinitis conjunguntur, ut placet discere, li-
cet discere. Similiter oportet, delectat, libet, decet,
liquet, vacat, contingit, accidit, evenit, juvat. Virgi-

---

§. 49. *Terentius in Eunucho.* Act. V. Sc. 2. vs. 45. MS. Lips. A. *ac nihil.* MS. Langer. *Ab nihil.* Erl. *anne* pro *nihil.* MS. Lips. A. *credas desines.*

§. 50. *Virg. in IV. Georg.* vs. 239. seqq. *metues.* MSS. Erl. Gphb. *metuas.* MS. Erl. *concussosque.* Mox pro *miserator* MS. Lips. A. *misereatur.*

Idem in Buc. Ecl. III. vs. 59.

Hor. in I. Epp. XIII, 6. seqq. *urat* pro *uret* dedi ego e Codd. MSS. Lips. A. Langer. Gphb. et e quatuor Codd. a Ric. Bentlejó inspectis, ipso testante ad l. Hor. laud. Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc. Et haec quidem vera est lectio, quam in Horatii quoque libros recipiendam esse censeo.

In eadem. vs. 10. seqq. *In eodem.* Epp. I, 18, 96.

Percontabere. Ita scribendum, non *percunctabere.* Haec enim vox composita est e vocibus *per* et *contor*, quod a *contus* derivandum.

§. 51. *Virg. in I. Aen.* vs. 373. *vacat.* Indicativum pro sub-

lius in I. Aeneidos: *Et vacat annales nostrorum audire laborum.* Idem in II. Georgicon: *Juvat arva videre non ullis hominum, non ulli obnoxia curae.* Possunt tamen et casibus conjungi, dativo quidem, ut, *placet mihi, licet mihi, liquet tibi, libet, vacat, contingit, accidit, evenit:* accusativo vero, *juvat me, delectat me, decet me, oportet me:* accusativo simul et genitivo, *poe-* 52
nitet me illius rei, pudet me illius rei, miseret, taedet, piget. Licet tamen per ellipsim dativi dicere, *placet me facere, libet te currere, vacat te audire,* vel etiam ipsius accusativi, ut, *placet discere, vacat audire, miseret, pudet,* et similia. Sciendum tamen, quod, si ab aliis sint verbis activis vel neutris, eorum constructiones servant, ut, *placeo tibi, placet tibi, contingo tibi, contingit mihi, evenio illi, evenit mihi, juvo illum, juvat illum.* Quae vero non habent primas vel secundas personas, quae sunt admodum pauca, vel dativo adjunguntur, ut, *licet mihi, libet mihi,* vel accusativo, ut, *oportet illum scire, quomodo decet:* nam *decet illum* dicimus. *Debet* quoque impersonale accipitur, quan- 53
do infinitivo passivam vim habenti conjunctum tres circuit personas, cum maxime subjunctivum verbum consequitur, ut, *debet fieri a me, a te, ab illo, ut auctores legantur.* Sed si quis et haec et omnia impersonalia velit penitus inspicere, ad ipsas res verborum referuntur, et sunt tertiae personae, etiam si prima

---

junctivo *vacet* exhibere invitum coëgit consensus MSS. Lips. Erl. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Jam supra Lib. XVII. Cap. XV. §. 90. edidi *vacat* e Codd. MSS. Gphb. Langer. Erl. Lips. Persuasum quidem habeo, falsum esse indicativum, neque ullo modo ferendum: sexcenties tamen, imo millies, aperte falsae in textum erant recipiendae lectiones. MS. Lips. A. *juvat.*

Idem in II. Georgicon. vs. 439. Rectius constitui numerum libri, qui in vulgatis Edd. *tertius* perhibetur.

§. 53. *decet illum dicimus.* Vulgo *deceo*, quod falsum esse, sponte patet et MSSi Gphb. Monac. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. declarant. MSS. Erl. Lips. A. *deceo illum non dicimus.* Prope absum, quin spuria haec omnia habeam.

et haec et omnia. Specie quidem levis, re vero ipsa satis gravis emendationis auctor ego fui, addenda particula *et* ante *omnia.* Nec id temere feci. Nam MSS. Monac. B. Langer. Lips. Gphb. Edd. Erph. Asc. inseri *et* jubent.

et secunda deficiant: quod etiam in libris de verbo ostendimus. Unde et participia inveniuntur, curritur
54 cursus, hinc *decurso spatio.* Sunt alia, ut diximus, quae adjunguntur genitivo et accusativo, ut, *pudet me illius rei*, *taedet*, *piget*, *miseret*, *poenitet.* Infinitis tamen haec eadem conjuncta accusativum solum assumunt, ut, *pudet me discere.* Terentius tamen novo more in Adelphis secundum Graecos dixit: *Quem neque pudet quidquam.* Idem in eadem: *Ei mihi, non te hoc pudet?* Hoc etiam sciendum, quod tria habent praeteritum supradictorum quinque impersonalium, *poenituit, puduit, piguit,* duo vero participia more neutropassivorum, *misertum*, et *pertaesum*, cujus simplex
55 in usu non est, quamvis taedium dicatur. Quae vero passivam habent terminationem impersonalia, non possunt infinitis conjungi, ut *statur*, *curritur*, *sedetur*, et intransitive intelliguntur, ut Virgilius in VII. *Bellatur cominus armis*, pro bellant. Idem in VI. *Itur in antiquam silvam*, pro eunt. Nam si addidero nominativum, bellatur gens, transitio fit ab alia in aliam

---

deficiant. MS. Lips. *deficiunt.* Male. Recte tuentur subjunctivum MSS. Langer. Gphb. Monac. B. Erl.

decurso spatio. Ter. Adelph. Act. V. Sc. 2. vs. 6. Cf. Lib. XI. Cap. V. §. 21. (Vol. I. p. 529.) Cic. Cato major Cap. 23. — Post *spatio* omisi *Terentius in Adelphis.*

§. 54. *Ter. in Adelphis.* Act. I. Sc. 2. vs. 4. Pro *neque* MS. Lips. A. *non.* *Idem in eadem.* Act. IV. Sc. 7. vs. 36. *Ei* e MSS. Langer. Erl. Gphb. dedi pro *Hei.* Pro *haec pudent* e MSS. Gphb. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. recepi *hoc pudet.* Ed. Asc. *haec pudet.*

tria habent. Post *tria* expuli auctoritate MSS. Lips. A. B. Erl. *quidem.*

§. 55. *Virgilius in VII.* vs. 553. *Bellatur.* Sic hoc quidem loco MSSi omnes et editi libri. Iidem vero supra Lib. XVII. Cap. X. §. 68. unanimi consensu exhibebant *certatur.* Hinc facile intelligas, Priscianum parum sibi constitisse in excitandis iisdem auctorum locis. Hanc tamen rem ad taedium usque notatam a me esse nunc quidem memini; quare non amplius de ea monebo.

Idem in VI. vs. 179.

Apollonius in III. *περὶ συντάξεως* p. 295. (ed. Fr. Sylb.) p. 300. (ed. Bekk.). Totus locus continetur his verbis: *Ἔστι καὶ ἐπὶ τρίτου προσώπου τὸ μέλει καὶ μεταμέλει δοτικῇ συντασσόμενα· ὡς ἔχει τὸ μέλει Τρύφωνι· καὶ ἔτι μεταμέλει. ἅπερ παρὰ τὴν τῶν ἄλλων ῥημάτων σύνταξιν ἐξήλλακται· καθὸ πάντα μὲν εὐθείᾳ συντάσσεται μόνῃ, ὡς Θέων περι-*

personam, et incipit esse passivum. Quamvis Apollonius in III. περὶ Συντάξεως ostendit; in impersonalibus etiam posse intelligi nominativum ipsius rei verborum, his verbis, *Μέλει Σωκράτει, ὅπερ ἐπινοῶ καὶ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι νοουμένην εὐθεῖαν, τὴν κατὰ τοῦ παρυφισταμένου πράγματος ἐν τῷ μέλει.* Ex quo possumus at- 56
tendere, quod impersonalia similiter omnia, quibus nos frequenter utimur, quae ipsa quoque ab hujuscemodi verbis Graecorum, *μέλει, δεῖ, χρή*, accepimus, teste sapientissimo domino et doctore meo Theotisto, (quod in institutione artis grammaticae docet,) possunt habere intellectum nominativi ipsius rei, quae in verbo intelligitur. Nam cum dico *curritur*, cursus intelligitur, et *sedetur* sessio, et *ambulatur* ambulatio, et *evenit* eventus, sic et similia. Quae res in omnibus verbis etiam absolutis necesse est ut intelligatur, ut, *vivo vitam*, et *ambulo ambulationem*, et *sedeo sessionem*, et *curro cursum*. Infinita vero impersonalium ne- VI
cesse est ut ablativum pronominis, vel nominis, vel 57
participii ad perfectam significationem assumant, ut,

πατεῖ· ἢ καὶ συντείνει πλαγία, περὶ ἧς καὶ τὴν σύνταξιν ἐποιησάμεθα. οὐ μὴν τοῖς προκειμένοις τοιοῦτον σύνεστι. μεταμέλει γὰρ Σωκράτει καὶ ἔτι μέλει· τῆς ὀρθῆς οὐ συνούσης· διὸ καὶ παρασυμβάματα αὐτὰ ἐκάλεσαν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς· τῶν ἄλλων ῥημάτων κατὰ τὰς συμβαινούσας διαθέσεις παρ' αὐτοῖς συμβάματα προσαγορευομένων, ἢ καὶ ἔτι κατηγορημάτων. καὶ τὸ μὲν ἀπαρτίζον τὴν διάνοιαν, παρασύμβαμα· λέγω τὸ, μέλει Σωκράτει· τὸ δὲ ἐλλεῖπον, ἧττον παρασύμβαμα· λέγω δὴ τὸ μέλει καὶ μεταμέλει· ὅπερ ἐπινοῶ καὶ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι νοουμένην εὐθεῖαν, τὴν κατὰ τοῦ παρυφισταμένου πράγματος ἐν τῷ μέλει. Duo Codd. MSS. Langer. Gphb. et Edd. Asc. Ven. 2. Erph. *IV.* pro *III.* MS. Monac. καταῦτο pro καὶ αὐτό. (Recte igitur Vir perillustris, *Godofredus Hermannus*, literis benevole ad me datis, reprehendisse videtur, quod ego supra Lib. I. Cap. IV. §. 11. (Vol. I. p. 16.) et Lib. II. Cap. II. §. 12. (Vol. I. p. 64.) Codicum scriptura motus κατ' ἀριθμὸν ediderim, cum κατ pro καὶ, sequente vocali, a librariis, ut hoc etiam loco, frequentissime scriptum sit. Binis his locis ergo edendum erat καὶ ἀριθμόν.) Edd. Asc. Ven. 2. Apollonii locum ita expresserunt: *μέλει Σωκράτῃ ὅπερ ἐπινόω καὶ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι νοουμένην εὐθεῖαν τὴν κατὰ τοῦ παριστανένου πράγματος ἐν τῷ μέλει.* Ed. ant. *μέλει Σωκράτει· τὸ δὲ ἐλλεῖπον ἧττον παρασύμβαμα, λέγω δὴ τὸ μέλλεν καὶ μεταμέλλει ὅπερ* rel. ut nos edidimus.

χρή. Cod. MS. Monac. σχρη.

stari a me volo, pro *stare volo*, *curri a te vis*, pro
currere vis, *sederi a se vult*, pro *sedere vult*. Nam
passiva non egent ablativo casu, nisi sint transitiva,
ut *legi volo*, *ἀναγιγνώσκεσθαι βούλομαι:* hic passivum
est intransitive dictum: sin dicam *legi a me volo*, si-
militer intransitive activam habet significationem, et
est infinitum impersonalis: nam pro legere volo ac-
58 cipitur. Sin autem transitive proferatur, hoc est, ut
ab alia in aliam personam passio fieri significetur,
etiam si ablativo adjungatur, passivi est infinitum,
ut, *doceri a me cupis*, *amari a te cupio*. Hanc autem
constructionem servant etiam reciprocationes, id est
sui passiones, ut *amari a memet ipso debeo*, *vituperari
a te ipso debes*, et similia. Possumus tamen et im-
personale simili modo proferentes dicere, ut, *amari a
me vis*, pro *amare me vis*, de quibus jam diximus.
59 Sed hoc quoque interest, quod infinitum impersonale
in infinitum resolvitur activum, ut *amari a me volo*,
pro *amare volo*, quomodo *ambulari a me volo*, pro
ambulare volo: sin autem in significatione passiva
proferantur, necesse est etiam accusativum subaudiri,
ut, *amari a me volo illum*, pro *amare volo illum*. Hoc
quoque sciendum, quod impersonalia, quae accusativo
simul casui et genitivo copulantur, ut, *pudet me tui*,
similiter *poenitet*, *taedet*, *miseret*, accusativo quidem
significant personam, in qua fit passio: genitivo vero
60 illam, ex qua fit. Nec est mira hujuscemodi ordina-
tio, cum in eosdem casus resolvitur: est enim *pudet me
tui*, pudor me habet tui, *taedet me tui*, taedium habet
me tui, *poenitet me tui*, poenitentia habet me tui, *mi-
seret me tui*, miseratio me habet tui. Infinita vero

---

§. 57. *βούλομαι.* Cod. MS. Monac. B. *BOTΛOMAIEH.*

§. 59. *ex qua fit.* Vulgo additur *actus.* Hoc omittunt Codd. MSS. Monac. Lips. Gphb. Ed. Asc. Cod. Lips. A. addit *sensus.* Cod. Langer. et Ed. Erph. *actio.* Equidem recte fecisse mihi videor, quod omisi. Supplendum enim est *passio*, non *actus.*

§. 62. *Juvenalis in I.* Sat. III. vs. 233 seqq.
Alphius Avitus. Pro vulg. *Alpheus* reposui verum nomen *Alphius* e Codd. MSS. Monac. Langer. Gphb. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Cf. Lib. VIII. Cap. XIII. §. 71. (Vol. I. p. 410.) MSS. Monac. Gphb. *Alpius. dimetrum jambicum.* MS. Monac. B. *dimetrus jambicus.*

verbi sui constructionem ad casus servant, ut, *misereor tui*, *misereri tui volo*, *noceo tibi*, *nocere tibi volo*, *accuso te*, *accusare te volo*, *potior illa re*, et *illius rei*, et *illam rem*, *potiri illa*, et *illius*, et *illam rem volo*.
Similiter eisdem casibus adjunguntur participialia vel 61
supina, quae vim infinitorum habent, quae cum articulis construuntur apud Graecos, *miserendi tui causa facio*, *miserendo tui moveor*, *miserendum tui est*, *misertum tui venio*, *misertu tui doleo*, *nocendi tibi causa facio*, *nocendo tibi proficio*, *nocendum tibi est*, *nocitum tibi propero*, *nocitu tibi gaudeo*, pro in nocendo tibi. Similiter alia, *dignandi praemio*, *dignando praemio*, *dignandum praemio*, *dignatum praemio*, *dignatu praemio*.
Sciendum tamen, quod praepositiones frequenter ante 62
supradicta in dum vel do desinentia ponuntur: ex quo magis nomina esse ostenduntur, nisi quod in metro in o terminatio more verborum etiam corripitur, ut Juvenalis in primo: *Plurimus hic aeger moritur vigilando, sed illum languorem peperit cibus imperfectus et haerens ardenti stomacho.* Alphius Auitus in II. Excellentium: *Spatiando paulatim trahit*; est enim dimetrum jambicum. De quibus plurima diximus de
verbo tractantes. Illa quoque nomina in dus desi- 63
nentia, verbalia frequentissime, et maxime in obliquis casibus pro infinitis accipiuntur, cum articulis apud Graecos copulatis. Sed hoc interest, quod participialia genera et casus et numeros nominum, quibus conjunguntur, servant. Cicero in prima Invectivarum: *Nihil hic munitissimus habendi senatus locus.* Similiter dicimus *legendi Virgilii causa vigilo*, *legendo Virgilio vigilo*, *Virgilium legendum puto*, vel *ad*

---

§. 63. *Sed hoc interest, quod participialia.* Expressi lectionem Cod. MS. Gphb. Vulgo: — *intersunt gerundiis, quod genera* rel. Ita et MS. Langer. Codd. MSS. Lips. A. B. *Sed hoc interest a gerundivis, quod* rel. Edd. Ven. 1. 2. *Sed haec intersunt gerundivis, quod* rel.

Cic. in I. Invectiv. Locus notissimus. Cap. 1. sub initio. Post *senatus* addit MS. Gphb. *consultus.* MS. Langer. pro *hic* praestat *est.*

legendo Virgilio vigilo. Ante *legendo* expuli importunam particulam *in* auctoritate Codd. MSS. Gphb. Monac. Langer. Erl. Lips. A. Ed. Asc.

legendum Virgilium venio, *in legendo Virgilio laboro.* In foeminino similiter, *celebrandae virtutis gratia scribo:* et pluraliter, *invocandarum Musarum gratia scribo.* Gerundia vero eisdem terminationibus, et genera diversa, et casus verbo suo congruos tantum et utrosque numeros sibi conjungunt, ut, *legendi Virgilium, et Musam et Musas:* similiter, *legendo Virgilium, legendo Musas*, et *legendum est mihi Virgilium, et Musas.*
64 Omnia verba transitiva, vel genitivo, vel dativo, vel accusativo, vel ablativo adjunguntur, ut, *egeo tui, insidior tibi, metuo te, fruor illa re.* Ergo si conjungantur duo verba, quorum alterum sit infinitum, eosdem casus adsciscentia, fit dubitatio, ut, *misereri tui, eget animus mei.* Cum enim utrumque verbum genitivo soleat jungi, dubium est, cujus animus misereatur vel egeat.
65 Similiter per dativos, *male dicere tibi placet mihi;* et per accusativos, *cupio te vincere me;* et per ablativos, *dignor gloria, potiri laude.* Dubium est enim, cum utrique casus similes sint, et utrique verbo congrue possint aptari, quis cui reddatur. Et aptius quidem est priori casui prius sociari verbum. Sed auctores frequentissime ὑπερβατοῖς, id est transitionibus utuntur, ut, *Ajo, te, Aeacida, Romanos vincere posse.* Est enim ordo: *Ajo, Romanos vincere posse te, Aeacida*, id est, quod Romani te possunt vincere, quod et naturaliter passiones secundae sunt actionum, et actio in Romanis, passio vero in Pyrrho significatur. Sed aptissimum maxime fuit responso, etiam in confusione ordinis propriam oraculi obliquitatem servare: quamvis et apud omnes auctores
66 hujuscemodi figura latissime pateat. Omnibus modis aliis potest infinitum conjungi verbum, ut, *studeo legere, stude legere, utinam studerem legere, cum studeam legere.* Et infinitum infinito, ut, *video filium studere legere.* Participiis quoque conjungitur, *studens legere.* Participialibus etiam vel supinis, ut, *causa spectandi*

---

in foeminino similiter. Absunt a Cod. MS. Lips. A. recte, puto. MSS. Monac. B. Langer. *foeminino sim.* omisso *in.* MS. Gphb. *foemineo similiter genere.*

§. 67. *Virg. in Buc.* Ecl. III. ab in.

§. 68. *Ter. in Phorm.* Act. III. Sc. 2. vs. 42. *Virg. in III.* vs. 604. Post verba Virgilii omisi, quae vulgo addita leguntur: *si dubitative posuit*, auctoritate MSS. Monac. B Lips. Gphb. Langer. *In eodem.* vs. 319. *In eodem.* 310.

currere equos ascendo, circumspectando currere equos delector, spectandum est currere equos, spectatum currere equos eo, jucundum est spectatu currere equos. Et nomi- 67
nibus tamen pulchra sociatur figura, idem infinitum, ut, *bonus judicare, fortis bellare, prudens intelligere, justus disceptare.* Virgilius in Bucolicis: *Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo, tu calamos inflare leves, ego dicere versus.*

Indicativus, quia essentiam plerumque ipsius rei VII
significat, hoc nomine nuncupatur. Ideo autem dixi- 68
mus plerumque, quia invenitur saepissime etiam dubitativus, vel interrogativus, ut Terentius in Phormione: *Sic sum, si placeo, utere.* Virgilius in tertio: *Pro quo si sceleris tanta est injuria nostri.* In eodem: *Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia servas?* In eodem: *Verane te facies, verus mihi nuncius affers? Nate dea, vivisne, aut, si lux alma recessit, Hector ubi est?* Itaque opportune 69
aptatur adverbiis vel conjunctionibus affirmativis, vel casualibus, quae substantiam vel essentiam rei comprobant, vel abnegativis, quae eam abnuunt, ut Virgilius in III. *Vivo equidem vitamque extrema per omnia duco.* Salustius in Catilinario: *Verum enimvero is demum mihi vivere ac frui anima videtur.* Et per abnegationem. Virgilius in II. Aeneidos: *Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae culpatusve Paris, Divûm inclementia, Divûm, has evertit opes.* Et inveniuntur quidem etiam cum aliis modis supradicta adverbia vel conjunctiones, frequentius tamen indicativo sociantur. Iste autem modus est opportunus ad plenam rerum expositionem. Virgilius in II. Aeneidos: *Fuimus Troes, fuit Ilium, et ingens gloria Dardanidûm, ferus omnia Juppiter Argos transtulit, incensa Danai dominantur in urbe.* Unde hoc modo frequentissime utuntur historici. Cuicunque autem casui indicativi jungantur, necesse est caeteros quoque modos conjungi, de quo postea dicetur.

---

§. 69. *Virg. in III. vs.* 315. MS. Lips. A. *vivam. Salustius in Catilin.* Cap. 2. §. 9. ed. Cort.

Virg. in II. Aen. vs. 601. *Divûm inclementia, Divûm.* Hanc lectionem praestant MSS. Gphb. Langer. Lips. Mon. Ed. Asc. Vulgo: *verum incl. D.* MS. Lips. A. *vehementia* pro *inclementia.*

Virg. in II. Aeneidos. vs. 325. seqq.

VIII Imperativa primas personas singulares non ha-
70 bent, quia nemo sibi ipsi potest imperare, nisi figu-
rate, quasi ad alium loquens in secunda persona se-
ipsum proferat, ut Juvenalis in I. *Tecum prius ergo
voluta hoc animo ante tubas.* Et Terentius in Adel-
phis: *Edepol, Syrisce, te curasti molliter, lauteque mu-
nus administrasti tuum, abi.* Pluralis vero numerus
apud nos omnes habet personas. Potest enim per
connumerationem aliquis sese illis, quibus imperat, ad-
jungere, ut dux suos milites jubens committere prae-
71 lium, aptissime dicit, *pugnemus, confligamus.* Graeci
tamen ea ὑποθετικὰ nominant, id est hortativa, dicen-
tes, quod quasi ad similes et socios hujuscemodi ver-
ba solent dici, imperativa vero ad subjectos ab emi-
nentioribus, quod minime est verum, cum etiam ad
Deos frequentissime imperativo modo in supplicatio-
nibus et invocationibus utimur, ut ad reges et impe-
ratores, ut, *Musa, mihi causas memora:* et, *Pandite nunc
Helicona, Deae, cantusque movete.* Ergo multo aptius
est eo uti ad pares, cum ad excellentiores tam in fre-
72 quenti est usu. Et sciendum, quod ad secundam
personam sermo dirigitur imperantis, cuicunque im-
perat personae. Nam qui dicit, *pugnemus fortiter, o
commilitones*, cum vocativo utitur, ad secundam lo-
quitur personam. Nam connumerando sese eis, cum
sit usus voce primae personae pluralis, ostendit para-
tissimum quoque se ad id quod illis imperat efficien-
dum: et qui dicit, pugnet exercitus, imperat, ut in-
ternuncia secunda persona, efficiatur per tertiam, quod

---

§. 70. *Juvenalis in I.* vs. 168. *hoc animo.* Ita Cod. MS. Lips. B. MS. Langer. *haec aime.* MS. Lips. A. *hc aiã.* Edd. Ven. 1. 2. Erph *anima te tuba* (*anim' ante?*). Edd. Asc. Iunt. Bas. Putsch. *haec anime.* Edd. Col. Bas. *haec animae.* MS. Gphb. hunc locum omisit. Cod. MS. Lips. B. *post* pro *prius.*

Ter. in Adelph. Act. IV. Sc. 8. vs. 1. MS. Monac. hunc locum omisit. MS. Gphb. omisit *Edepol — te curasti.* MSS. Langer. Lips. A. omiserunt *lauteque — abi.* Ed. Ven. 1. *mollitur.*

§. 71. *ea* ὑποθετικά. Vulgo post *ea* adduntur haec: *in hoc sensu.* Absunt a MSS. Erl. Gphb. Langer. Monac. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. MS. Erl. omisit etiam *ea.* MS. Lips. A. *nominant.* Utrumque, opinor, recte. De re conferen-

imperat. Est tamen quando significantiae causa im- 73
perativis adjunguntur subjunctiva, *vigila, ut legas*, id est diligenter legendo vigila. Cicero in III. Invectivarum: *Cura, ut vir sis.* Terentius in Andria: *Fac, ut ad me venias.* *Eia* et *age* adverbia hortativa aptissime imperativo conjunguntur. Virgilius in IV. Aeneidos: *Eia age rumpe moras, varium et mutabile semper foemina.* Idem in sexto: *Nunc age, Dardaniam prolem quae deinde sequatur gloria, qui maneant Itala de gente nepotes, expediam dictis, et te tua fata docebo.* Deest enim veni vel audi. Etiam si secum ipse loquens, et sese hortans aliquis hoc utitur figurate, quasi ad secundam loquitur personam. Inveniuntur ta- 74
men auctores et indicativis, et optativis, et subjunctivis usi pro imperativis, quomodo supra ostendimus. Et Graeci quidem habent imperativa praeteriti temporis, nos autem in activis vel neutralibus verbis penitus ea habere non possumus, in passivis vero, et omnibus, quae habent participia praeteriti temporis, per circumlocutionem possumus habere, ut *doctus es* vel *esto*, δεδίδαξο: *doctus sit* vel *esto*, δεδιδάχθω: *ornatus es* vel *esto*, κεκόσμησο: *ornatus sit* vel *esto*, κεκοσμήσθω. Similiter *veneratus sit* vel *esto*, *placatus sit* vel *esto*, *clausus sit* vel *esto*, *secutus sit* vel *esto*: et per omnes sic personas secuti simus sitis sint imperative dicta inveniuntur, cum sint praeteriti temporis. Sed hanc 75
vim habent, ut imperemus, ut in futuro sint transacta: ut si dicam, *clausa sit mox fenestra*, impero, ut statim claudatur, et mox sit clausa; vel si dicam *post*

---

dus est Apollonius Lib. III. de Syntaxi p. 252. (ed. Sylb.) p. 254. (ed. Bekk.) qui haec tradit: *πᾶν γὰρ προστακτικὸν ἐκ προσώπου ἐπικρατοῦντος συνέστηκεν, ὡς πρὸς ἐπικρατούμενον.* et p. 255. p. 256. (ed. Bekkeri) *εἴπομεν γάρ, ὡς τὰ προστακτικὰ ἐξ ἐπικρατούντων ἐστὶ προσώπων καὶ ἐξ ἐπικρατουμένων· ἃ καὶ τὴν πρόσταξιν ἀναδέχεται τοῦ πράγματος.*

ad Deos. Vulgo: *ad eos.* Receptam lectionem tuentur MS. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. MS. Erl. *dnos.*

§. 73. *Cic. in III. Invect.* Or. III. in Catil. Cap. 5. e literis Lentuli anonymis.

Terentius in Andria. MS. Gphb. *Adelph.* Equidem frustra haec verba quaesivi. Similes tamen formulae sexcentae in Terentio reperiuntur.

Virg. in IV. Aen. vss. 569. 70. *Idem in VI.* vss. 757. seqq.

horam primam sit juratus, ostendo me imperare, ut *juret ante horam primam finitam.* Illud etiam monendum, quod imperativa verba vocativis adjuncta nominum perfectionem orationis habent, ut, *Apolloni doce*, *Trypho disce.* Nominativi enim egent plerumque substantivis verbis, et nominibus similiter substantiam significantibus relativis, ut, *qui es Apollonius doce, qui es Trypho disce.* Graeci autem participio utuntur substantivo, ut, *Ἀπολλώνιος ὢν διδάσκεις, Τρύφων ὢν μανθάνεις*, quo nos quoque secundum analogiam possemus uti, nisi usus deficeret participii frequens. Quamvis Caesar non incongrue protulit *ens* a verbo sum es, quomodo a verbo possum potes potens. [Et per ellipsim tamen supradictorum invenimus nominativos, ut, *laetus cogito, paratissimus cogi-*
IX *tas, Cicero justus defendit* et similia.] Optativa verba
76 indicant per se rem et votum; adverbium vero *utinam* tantum votum significat. Ad ampliorem igitur demonstrationem additur verbis optativis, quomodo et confirmativa adverbia indicativo, ut *profecto facio, certe lego, scilicet intelligo.* Et apud Graecos quidem *εἴθε*, id est *utinam* adverbium, non solum optativo,

---

§. 75. *qui es — doce — disce.* Ita pro *qui es — doces — discis* edidi e Codd. MSS. Lips. A. B. Erl. Langer. Gphb. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

possemus. Codd. MSSi *possumus.* Ita et Edd. Ven. 1. 2. Erph.

potes potens. In Edd. Erph. Asc. Ven. 1. 2. Iunt. haec adduntur: *et per eclipsim tamen supra dictorum inuenimus nominativos, ut laetus cogito, paratissimus cogitas. Cicero justus defendit et similia.* Haec leguntur etiam in Codd. MSS. Langer. Lips. Erl. levissima tantum in uno alterove lectionis varietate. In Cod. MS. Gphb. tamen ab alia manu in margine notata sunt, omissis *Cicero justus defendit.* A Cod. Monac. B. (182.) abesse videntur. Nam *Riglerus*, adolescens non magis doctus quam diligens, cujus indefesso studio summaeque *ἀκριβείᾳ* accepta refero hujus Codicis excerpta, cum nihil ad hunc locum monuerit, significavit hoc silentio, Codicem ab Ed. Putsch., ad quam a viro doctissimo Codex ille collatus est, in his non discrepare. Omisit autem Putschius haec verba Edd. Ald. Bas. Colon. secutus. Ego addidi quidem haec verba, uncis vero inclusi, cum genuina esse, non credam.

§. 76. *per se rem.* Codd. MSS. auctoritate omisi *et* ante *rem.* MS. Mon. B. *curam* pro *rem.*

scilicet. MS. Langer. *s.* MS. Lips. A. *sane.*

sed etiam indicativo adjungitur modo, et facit id lo-
co optativi accipi, ut Homerus: *Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυ-
σὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων ἧσθαι.* Idem: *Αἴθ' οὕτως ἐπὶ
πᾶσι χόλον τελέσει Ἀγαμέμνων.* Apud nos autem indi- 77
cativo non adjungitur. Et Graeci quidem, et maxime
Attici etiam sine deprecatione solent hoc modo uti
pro indicativo, nos vero minime, quamvis similes
sint ejus voces subjunctivi vocibus, quibus frequen-
tissime pro indicativis nostri utuntur auctores. Opta-
tiva vero ideo praeteritum habent, (quamvis ea debea-
mus optare, quae nondum fuerint) quia saepe evenit,
eos abesse, pro quibus oramus, vel optamus, ut id
illis jam perfectum sit, quod cupimus, ut, *utinam fi-
lius meus, qui Athenis est, doctus esset* vel *fuisset*, id
est, utinam perfecta in illo doctrina sit, vel, utinam
cognoscamus, id illi evenisse. Est autem quando op- 78
tativo utimur praeteriti temporis, dolentes, quod non
factum sit, ut, *utinam homines contra se ferrum non
movissent, utinam mare nunquam navigassent*, et simi-
lia. *O* etiam adverbium, et *si* conjunctio, et *ut* pro
utinam invenitur. Virgilius in VIII. *Adsis o tantum,
et propius tua numina firmes.* Idem in VI. *Si nunc se*

Homerus. Iliad. *Α.* vs. 415.

Idem. Iliad. *Δ.* vs. 178. Hoc exemplo usus etiam est Apollonius Lib. III. Cap. 22. p. 246. (ed. Sylb.) Ibi tamen pro *τελέσει* legitur falso *τελέσοι.* Hoc vitium correxit Imm. Bekkerus p. 247. Adverbia *votum* significantia illi dicuntur *τῆς εὐχῆς ἐπιῤῥήματα.*

§. 77. *Apud nos autem indicativo.* Ita MSS. Langer. Lips. Vulgo: *apud nos tamen utinam.* Ed. Ven. 1. pro *utinam* praestat *ut.*

hoc modo. Omisi ego *id est optativo* auct. Codd. MSS. Langer. Lips. A. Gphb. Monac. B. Paulo ante eorundem librorum jussu inserui *et* ante *maxime.*

Optativa vero — vel optamus. In his nonnulla, non magni tamen momenti, mutavi, auctoritate Codd. et Edd. *vero* scripsi pro *autem* e Cod. MS. Erl. *ideo* posui ante *praet.* auct. Codd. MSS. Lips. A. B. *debeamus* restitui pro *debemus* e Codd. MSS. Langer. Gphb. Monac. Lips. A. B. Erl. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *optare* pro *orare* dedi e Codd. MSS. Lips. A. Erl. *vel optamus* pro *et optamus* reposui e Cod. MS. Lips. A. Mox pro *id illis* Cod. MS. Erl. *id in illis.*

§. 78. *Virg. in VIII.* vs. 78. *VIII.* dedi pro *VII.* Codd. MSS. Gphb. Langer. *Assis.* *Idem in VI.* vs. 187.

nobis ille aureus arbore ramus ostendat nemore in tanto. Et Terentius in Eunucho: *Vt illum Dí Deaeque omnes, superi inferi, malis exemplis perdant.* Et per se tamen verbum optativum saepe ponitur sine praedictis particulis, ut Lucanus in primo: *Dí visa secundent, et fibris sit nulla fides, sed conditor artis finxerit ista Tages.* Et nota, quod subjunctivo simile protulit praeteritum perfectum optativi, quod et multis placuit artium scriptoribus.

X Subjunctivus et dubitativus dicitur: subjunctivus,
79 vel quod subjungitur conjunctioni, vel quod alteri verbo omnimodo subjungitur, vel quod subjungit sibi alterum verbum, ut Virgilius in Bucolico: *Cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.* Idem in III. Aeneidos: *Inter utramque viam laeti discrimine parvo,*
80 *ni teneant cursus, certum est dare lintea retro.* Et sciendum, quod necesse est alteri modo eum sociari, vel ejusdem modi alteri verbo, etiam si sit cum infinito, ut, *cum doceam legere discipulum, expono ei,* vel, *cum docerem legere, exponerem,* et similia. Omnibus ergo modis potest sociari, ut, *si doceam, discis, si do-*

Ter. in Eun. Act. II. Sc. 3. vs. 10. Hunc versum exhibent Edd. Terentii et Edd. Prisc. Ald. Iunt. Bas. Colon. Putsch. ita: *Ut illum Dii Deaeque senium perdant, qui me hodie remoratus est.* Equidem, vel invitus, obsequi debui consensui Codd. MSSorum Langer. Gphb. Lips. A. Erl. Mon. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

Lucanus in I. vs. 635. seqq. Cod. MS. Gphb. *dimissa sederent* pro *Dí visa secundent.* MS. Langer. *Dii diversa secundent.* MS. Erl. *illa* pro *ista.* In Cod. MS. Monac. B. (182.) frustra quaeras haec omnia, *Et per se — artium scriptoribus,* notante Riglero.

quod et multis. Inserui ego *et* e Codd. MSSis Erl. Lips.

§. 79. *Virg. in Buc.* Ecl. III. vs. 77. Hoc quidem loco Codd. MSSi omnes *vitulam* pro *vitula.* Accusativum ergo reposui. MS. Langer. *vitulum.*

Idem in III. Aen. vss. 685. 86.

§. 80. *Terent. in Adelphis.* Act. V. Sc. 8. vs. 11. MS. Lips. A. *sic facies* pro *hic faciet.* In Ter. legitur *faciat* pro *faciet.*

§. 81. *συναπτικὸς.* Cod. MS. Mon. B. *CΥΝαΠΤειкοση.* MS. Langer. *ειHιHoCIKOCE.* MS. Gphb. *cΥΝαπτειKοce.* Ad *συναπτικὸς* supple *σύνδεσμος.* Cf. Apollon. de Synt. p. 264. (ed. Sylb.) p. 266. (ed. Imman. Bekkeri). Mox *antiquos* e Cod. MS. Lips. B. et Edd. Ven. 1. 2. Erph. restitui pro *Atticos.*

Homerus. Iliad. *A.* vss. 136. 37.

ceam, disce, utinam discas, si doceam, cum doceam, discas. Similiter omnibus modis impersonalis quoque verbi potest conjungi, ut, *cum veniam, curritur*, et *cursum sit*, et *curratur*, et *cursum erit*, et similia. Frequentissime tamen si, conjunctio dubitationem significans ei sociatur, id est pro *ἐὰν* Graeca conjunctione posita, ut Terentius in Adelphis: *Si tu sis homo hic faciet* Cum *εἰ* vero conjunctionem Graecam 81
significat, quae apud illos *συναπτικὸς* nominatur, id est conjunctiva, quod rem rei continuari demonstrat, indicativo conjungitur, ut, *si vivit, spirat*, et, *si spirat, vivit, si ambulat, movetur.* In hoc non possumus reciproce dicere, *si movetur, ambulat:* non enim qui movetur omnimodo et ambulat, qui ambulat vero, omnimodo et movetur. Invenitur tamen ea conjunctio apud Graecos, id est, *εἰ*, non solum indicativo, sed etiam optativo, et maxime apud antiquos, et subjunctivo sociata, ut Homerus *'Ιλιάδος Α.* *Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται· εἰ δέ κε μὴ δώωσιν*, pro *ἐὰν μὴ δώωσιν*, subjunctivum posuit. Idem: *Εἰ δὲ σύγ' ἐς πόλεμον πωλήσεαι.* Indicativo usus est pro subjunctivo, et *εἰ* pro *ἐάν.* Demosthenes vero in oratio-

---

subjunctivum posuit. His adduntur in Edd. Ald. Bas. Colon. haec: *Idem: 'Αλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι 'Αχαιοί.* Pro quibus in Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. leguntur haec: *Idem: 'Αλλ' εἰ μὲν λέγουσιν.* In Putschiana editione post, *Idem: 'Αλλ' εἰ 'Αχαιοί*, additur: *Indicativo usus est pro subjunctivo. εἰ pro ἐάν.* Omisit autem Putschius sequentem Homeri locum. Equidem ea, quae in Edd. hoc loco exhibentur, expellenda duxi. Primum enim locus Homeri (Iliad. *Α.* vs. 123.) ita depravatus est, ut, sic a Prisciano scribi potuisse, vix putaverim. In Homero enim non legitur *ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι*, sed potius *πῶς γάρ τοι δώσουσι.* Cum igitur particulae *εἰ* locus hic sit nullus, uti hoc exemplo Priscianus non potuit, nisi memoria eum egregie esse deceptum statuas. Deinde in Codd. MSS. binorum tantum Homeri locorum vestigia conspiciuntur, ut videre est in MSS. Gphb. Langer. Lips. A. Bis enim hi omnes *Idem* exhibent, non ter. Praeterea in MS. Langer. vel solum lacunae spatium demonstrat, duos tantum Homeri versus deesse. Denique ipsa Editionum discrepantia nostram de hoc loco sententiam confirmare videtur. *Idem.* Iliad. *Ε.* vs. 350. Hic versus, ut dixi, non legitur in ed. Putsch. at vero in reliquis omnibus.

Demosthenes. Verba sequentia Ed. Iunt. expressit ita: *εἰ καὶ κατὰ μικρὸν τοῦ κοινῇ λαβεῖν πάντες μετέχοιμεν, διὰ ταῦτ'*

ne *περὶ τῆς παραπρεσβείας*: *Τῶν ξενίων εἰ μετάσχοιμεν*, optativum protulit, qui mos est Atticis frequentissimus. Xenophon *Ἀπομνημονευμάτων* primo: *Εἴ τις ἀρε-*
82 *τὴν ἐπαγγελλόμενος ἀργύριον πράττοιτο*. Nostri quoque frequentissime Atticos imitantur et subjunctivos sive optativos (nam eaedem sunt voces) non solum cum supradictis conjunctionibus, sed etiam sine his ponunt, quando confirmative vel dubitative quid proferunt. In quo Graeci *ἂν* vel *ἄρα* solent adjicere. Nihil mirum igitur, si conjunctionem apud nos, quae tam pro *ἐὰν* Graeca conjunctione, quae causalis est vel perfectiva, quam pro *εἰ*, quae conjunctiva est, ponitur, utriusque constructionem, quam habent apud Graecos supradictae conjunctiones, ad verba servare, ut et indicativo et optativo et subjunctivo possit adjungi. Indicativo, ut Virgilius in IX. *Si tibi, quae posco, promittunt: nam mihi facti fama sat est.* Terentius in Phormione: *Sic sum, si placeo, utere.* Optativo, ut Virgilius in VI. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat.* Subjunctivo, Terentius in
83 Adelphis: *Si attigisses, ferres infortunium.* Sed indicativo saepe conjunctum ostendit magis confirmari et credi, rem sic esse vel fieri posse, quam dubitari. Virgilius in II. Aeneidos: *Di, si qua est caelo pietas*, confirmative enim potius quam dubitative dicitur. Idem

---

ἐδίδοτο. Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Putsch. *εἰ — μετάσχοιεν*. Ed. Ven. 2. *του ξενου*, Ed. Erph. *τοι ξενον*, nec quidquam praeterea. Codices mei hoc quidem loco omnes me deseruerunt.

Xenophon Apomn. I. Cap. 2. §. 7. Hunc locum omiserunt Edd. Ven. 1. 2. Erph. MSS. Gphb. Lips. Exhibent MSS. Langer. (mancum) Erl. Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Praestat ed. Asc. haec: *απυριον παραγγοιτο* pro *ἀργύριον πράττοιτο*. Ed. Iunt. *ἀπύριον παράγοιτο*.

§. 82. *quid proferunt*. Omisit *quid* Ed. Erph.

Virg. in IX. vss. 194. 95. *Ter. in Phorm.* Act. III. Sc. 2. vs. 43. *Virg. in VI.* vs. 187. *Ter. in Adelphis.* Act. II. Sc. 1. vs. 24.

§. 83. *Virg. in II. Aen.* vs. 536. *Idem in IX.* vss. 194. 95. 96. *Terentius in Andria.* Act. III. Sc. 2. vs. 48.

Idem in eadem. Act. III. Sc. 2. vs. 24. *coepi* edidi pro *occepi* e Codd. MSS. Langer. Gphb. Mon. B. Lips. A. Erl. Ed. Asc. Ita et paulo infra. MS. Erl. *tibi dare*. MS. Lips. A. *dare*.

in IX. quod supradictum est: *Si tibi, quae posco, promittunt: nam mihi facti fama sat est, tumulo videor reperire sub illo posse viam:* credit enim facile promissuros. Terentius in Andria: *Si impetro, quid alias malim quam hodie has fieri nuptias?* hic enim quoque sperat se impetraturum. Idem in eadem: *Sed si quid tibi narrare coepi, continuo dari tibi verba censes.* Et 84
est hoc loco etiam illud attendendum, quod praeteritum indicativi cum praesenti solent auctores conjungere, quando perfectionem rei res sequitur, alterius altera. Et in illius quidem, quae prior perficitur, significatione praeterito perfecto utuntur, praesenti vero in consequentis demonstratione, ut hic: *Si quid tibi narrare coepi, continuo dari tibi verba censes.* Idem in Eunucho: *Quae vera audivi, taceo, et contineo optime: sin falsum, aut vanum, aut fictum 'st, continuo palam 'st, plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.* Idem in Andria si confirmative posuit: *Si te in germani fratris dilexi loco, sive haec te solum semper fecit maximi, seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.* Lucanus in I. *Nec si te pectore vates accipio, Cirrhaea velim secreta moventem sollicitare deum.* Indicativo enim usus comprobat hoc fieri, et 85
velim subjunxit promittens, cum hoc sit, minime posse egere Apolline, quod Graeci οὐκ ἂν βουλοίμην dicunt, id est *nolim penitus.* Terentius in Phormione: *Si placeo,*

§. 84. *prior.* MS. Lips. A. *prius.* Idem ad *illius* addit *rei*; idemque *nullius* pro *illius.*

Idem in Eunucho. Act. I. Sc. 2. vs. 23. 25. MSS. Erl. Mon. *optime contineo.* MS. Lips. A. *vacuum* pro *vanum.* MS. Erl. *proflucio* pro *perfluo.*

Idem in Andria. Act. I. Sc. 5. vs. 57. seqq. Pro eo, quod in Edd. Ald. Erph. Ven. 1. 2. Bas. Colon. Iunt. Codd. MSS. Langer. Lips. Erl. legitur, *maximum*, reposui e Codd. MSS. Gphb. Mon. B. Edd. Asc. Putsch. *maximi.*

Lucanus in I. vs. 64. seqq.

§. 85. *nolim penitus.* His adduntur in Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. haec: *Idem* (Lucanus) *in decimo: Si tua restituit veteri me dextera fato, amplector regina pedes* (vss. 88. 89.). Absunt haec a Codd. MSS. Langer. Gphb. Mon. B. Lips. A. B. Erl. Hos ego secutus delevi illa, eo lubentius, cum in Lucano legatur: *Si tua restituat.* Et sic quidem recte.

Terentius in Phorm. Act. III. Sc. 2. vs. 43. *Idem in Eunucho.* Act. V. Sc. 3. vss. 10. 11. *cruciem meo modo* dedi pro *meo excruciem modo* e Codd. MSS. Mon. Langer. Gphb. Lips. A. B.

utere, absque dilatione ostendit hoc faciendum. Idem in Eunucho: *Si diis placet*, *spero me habere*, *qui hunc cruciem meo modo*. Rem enim, quam sperat, firmam esse ostendit. Si enim dixisset, *si diis placeat*, dubitare se ostendisset. Idem in Andria: *Si illum relinquo*, *ejus vitae timeo: sin opitulor, hujus minas.* Utrumque enim sibi certum esse ostendit. Idem in Adelphis: *Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere, Hegio! Meum officium facio, quod peccatum a nobis ortum est, corrigo: nisi me ex illo credidisti numero hominum esse, qui putant sibi fieri injuriam, ultro si quam facere ipsi expostulent.* Ecce hic *nisi credidisti* dixit pro *credis*.

86 Similiter indicativis utuntur, quando in ipsis esse vel fuisse rebus aliquid volunt ostendere, ut Cicero de Praetura urbana: *Qui si condemnatur*, *desinent homines dicere, his judiciis pecuniam plurimum posse: sin absolvitur*, *desinemus nos de judiciis transferendis dubitare.* Virgilius in VI. *Si potuit manes arcessere conjugis Orpheus, si fratrem Pollux alterna morte redemit, itque reditque viam totiens.* De rebus, quas sine dubio factas esse ostendere vult, indicativis est usus cum supradicta

87 si conjunctione. Quando vero dubia res ostenditur, utrum fieri possit nec ne, per inductionem, id est καϑ' ὑπόϑεσιν, subjunctivis magis utuntur. Virgilius in IX. *Sed si quis, quae multa vides discrimine tali, si quis in adversum rapiat casusve deusve*, *te superesse velim.* Idem

---

Erl. *meo modo* exhibent etiam Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. At hae *excruciem* praestant. Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *meo excruciem modo* secundum Terentii libros.

Idem in Andria. Act. I. Sc. 3. vs. 5. Pro *hujus* MS. Erl. *ejus*.

Idem in Adelphis. Act. IV. Sc. 3. ab init. *ex illo.* Ita MSS. Mon. Erl. Lips. A. Langer. Gphb. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. pro *in illo*. *Qui putant.* Sic MSS. Langer. Gphb. Lips. Erl. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. pro *qui ita putant*. MS. Gphb. *expostulant*. Memorabile est, quod Edd. Ven. 1. 2. Erph. exhibent: *ultro: si quam fecere ipsi, jus expostulant.* Putsch. *fecere* pro *facere*, quod Codd. MSS. praestant.

§. 86. *Cic. de Praet. urb* Cap. 2. sub fine. Codd. MSS. Gphb. Langer. Lips. A. *condempnatur*. Libri Cic. editi *recusare* pro *dubitare*, quod Codd. MSS. et Edd. omnes tuentur.

Virg. in VI. vs. 119. seqq.

per inductionem. Addit MS. Lips. A. *aliorum modorum.*

Virg. in IX. vss. 210. seqq. Pro *tali* MSS. Erl. Lips. A. Gphb. *casu*.

in Bucolicis: *Si quis tamen haec quoque, si quis captus
amore legat.* Cicero tamen: *Si quis vestrum, judices,
aut eorum, qui adsunt, forte miratur.* Additione forte
cum indicativo est usus loco subjunctivi cum dubita-
tione positi. Terentius in Andria: *Si eveniat, quod Dii
prohibeant, discidium.* Cicero in I. Invectivarum: *Si
te parentes timerent atque odissent tui.* Nec aliter possunt 88
suppositiva sive inductiva, quae Graeci ὑποθετικὰ vo-
cant, proferri, nisi per subjunctivum. Idem in eodem:
*Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Malliana castra
pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat, con-
jurationem esse factam,* ὅς οὐκ ἄρ᾽ εἴδείη, affirmative di-
xit. Idem in II. *Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non im-
probum, sed miserum, me non diligentissimum consulem,
sed crudelissimum tirannum existimari velint,* βούλοιντο
ἄρα: haec quoque affirmative dixit. Similiter Virgilius
in VIII. *Similis si cura fuisset.* Idem in XI. *Esset par
aetas et idem si robur ab annis.* Est tamen quando et- 89
iam in dubiis utuntur indicativo cum si conjunctione,
ut Virgilius in IX. *Aut si qua id fortuna vetabit, absenti
ferat inferias; vetabit* pro *vetet* dixit metri causa. Nam
in eodem sensu subjunctivo est usus: *Si quis in adver-
sum rapiat casusve deusve.* Est tamen quando per de-
fectionem si, quomodo etiam ut, subjunctiva proferuntur
et subaudiuntur supradictae conjunctiones, ut Juvena-
lis in primo: *Graeculus esuriens in caelum jusseris ibit,*

Idem in Buc. Ecl. VI. vss. 9. 10. MS. Erl. ridicula paene gravitate *raptus.* Codices manuscripti omnes et editiones *legat.* Id Jo. Henr. Vossius, clarissimum Germaniae sidus, recepit pro *leget,* quod Heynius, ὁ πάνυ, tuetur.

Cic. tamen. Divin. in Caec. init.

Terentius in Andr. Act. III. Sc. 5. vs. 36. *discidium* e Codd. MSS. Langer. Gphb. Erl. dedi pro *dissidium,* quod Edd. omnes tenent.

Cic. in I. Invect. Cap. 7.

§. 88. *Idem in eodem.* Cic. in Cat. I. Cap. 12. *Idem in II.* (Haec ego e MSS. Langer. Gphb. Mon. B. Ed. Asc. adjeci) Cap. 7. *hoc* pro vulg. *haec* dedi e MSS. Langer. Gphb. Monac. B. Ed. Asc. *Virgilius in VIII.* vs. 396. *Idem in XI.* vs. 174.

§. 89. *Virgilius in IX.* vs. 215. *vetet.* MS. Erl. *vetat.*
In eodem. vs. 211. *Juvenalis in I.* Sat. III. vs. 78.

pro si jusseris. Statius in secundo Thebaidos: *Mutatosque velint transumere cultus: et Pallas deceat pharetras, et Delia cristas*, pro si velint. Virgilius in sexto: *Tu quoque magnam partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes:* deest si. Horatius in I. Carminum: *Sa-*
90 *pias, vina liques*, pro si sapias. Et sciendum, quod, quomodo apud Graecos τὸ ἐὰν subjunctivo, τὸ εἰ vero et indicativo, et optativo, et subjunctivo invenitur conjunctum, sic et apud Latinos *si* conjunctio, quae utrumque demonstrat, quando consequentiam significat, sine dubio indicativo adjungitur, ut, *si ambulat, movetur*, et, *si vivit, spirat:* quando autem causalis est, magis subjunctivo. Est tamen, quando indicativo causalis consociatur, ut, *si doceam, disce*, vel *discis*, vel *discas* et *disces*. Et, *si prodest tibi, fac*, et *facis*, et *facias*, et *fa-*
91 *cies*. Iste igitur modus, id est subjunctivus (ut breviter ejus vim colligam) apud Latinos est quando dubitationem, quando comprobationem, quando possibilitatem significat, in qua sunt etiam illa, quae ὑποθετικῶς, id est suppositive, inducuntur. Dubitationem, ut Virgilius in III. Aeneidos: *Eloquar an sileam, gemitus lacrimabilis imo auditur tumulo.* Idem in primo: *O quam te memorem, virgo, namque haud tibi vultus mortalis*, εἴποιμι ἄρα. Terentius in Eunucho: *Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem, cum accersor ultro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias.* Approbationem, ut Virgilius in IV. Aeneidos: *Si mihi non animo fixum immotumque sederet, ne cui me vinclo vellem sociare jugali, postquam primus amor deceptam morte fefellit, si non pertaesum thalami taedaeque fuisset, huic uni*

Statius in II. Theb. vs. 242. *deceat.* Hoc reposui e Codd. MSS. Langer. Gphb. pro inepto *doceat*, quod editiones omnes occupavit.

Virg. in VI. vs. 31. *Hor. in I. Carm. XI.* vs. 6.

§. 91. *Virg. in III. Aen.* vs. 39. *Idem in I.* vs. 327. *Terentius in Eun.* Act. Sc. 1. init. *accersor* pro *arcessor* dedi e Codd. MSS. Gphb. Monac. B. MS. Erl. *comparam.*

§. 92. *Virg. in IV. Aen.* vs. 15. seqq. MS. Erl. *nec tibi* pro *ne cui. Idem in eodem.* vs. 24. *In eodem.* vs. 291. 92.

Similiter Cicero in principio Verrinarum. Est Divin. in Caecilium init. Hanc enim orationem primam Verrinarum numerare solet Priscianus. Codd. MSS. plures *assunt.* E MSS. Monac. B. Gphb. et ed. Asc. dedi *tot annos.* Hanc lectio-

forsan potui succumbere culpae: fuisset, ἐγεγόνει ἄρα. Et 92
notandum, quod et forsan dnbitationis adverbium, et potui possibilitatis verbum cum infinito posuit, pro quibus sufficeret, si subjunctivum posuisset, *huic uni succubuissem culpae.* Docuit igitur poeta, quae sit vis subjunctivi possibilitatem significantis. Idem in eodem: *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat ante, pudor, quam te violem: optem,* εὐχοίμην ἄν, affirmative dixit. In eodem: *Sese interea quando optima Dido nesciat et tantos rumpi non speret amores: nesciat* et *non speret* affirmative dixit. Similiter Cicero in principio Verrinarum: *Si quis vestrum, judices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur, me, qui tot annos in causis judiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem: ita sim* dixit non dubitans, sed approbans, οὕτως ἄρα ἀναστραφεὶς εἴην. Sciendum tamen, quod 93
tam *ut* conjunctione causali, quam *si* sequentibus, cum verbis subjunctivis, vel antecedentibus, etiam antecedentia vel sequentia quoque frequentissime per subjunctivum modum proferre solent Romani, et maxime qui adjuncto, vel quae vel quod, rationem colligentes, vel dubitationem ostendentes, ut, *rogabam, ut te ostenderes qui fueris,* et *placebas, si diceres quod feceris.* Quod per ἄρα conjunctionis additionem solent Graeci significare. Virgilius in VI. *Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum diceret:* λέγοι ἄρα. Cicero in secundo Invecti- 94
varum: *Quaesivi a Catilina, nocturno conventu apud M. Lecam fuisset, nec ne?* ἐγεγόνει ἄρα: hic interrogative protulit. Virgilius in III. Aeneidos: *Eloquar an sileam:* ἦ ἄρα σιωπήσω dubitative posuit. Horatius in I. Carminum:

---

nem receperunt etiam Ernestus et Schützius; ipsique Prisciani editores infra §. 102. haec admiserunt.

§. 93. *Virg. in VI.* vs. 161. 62.

§. 94. *Cicero in II. Invect.* Cap. VI. *a Catilina.* Ita secundum MSS. Langer. Gphb. Monac. B. Erl. Edd. Erph. Asc. Ven. 1. 2. edidi pro *an Catilina.* In libris Ciceronis editis ante *nocturno* additur *an*, quod a Prisciani quidem libris tam scriptis quam impressis abest omnibus. Equidem recte abesse puto. *Lecam* pro *Leccam* dedi e MSS. Langer. Gphb. *Virg. in III.* cf. supra §. 91. III. dedi pro IV. e Cod. MS. Mon. *Hor. in I. Carm.* VIII. vs. 3. 4. *Cic. in II. Invect.* Cap. VI. *patefeci* pro inepto *patefecit* dedi e MSS. Langer. Gphb. Mon. B. Erl. Ed. Asc. *quid proxima.* Ita Codd. MSS. et

Cur apricum oderit campum patiens pulveris atque solis. Oderit, μισήσοι ἄρα, quamvis idem sit indicativi futurum. Cicero Invectivarum secundo: *Cum ille homo audacissimus conscientia convictus primo reticuisset, patefeci caetera, quid ea nocte egisset,* ἐδεδράκει ἄρα, *quid proxima constituisset,* διετεθήκει ἄρα, *quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta,* ἦν ἄρα διαγραφεὶς ὁ λογισμὸς,
95 omnia affirmative dixit. Idem in Praetura Siciliensi: *Quare cujusmodi putamus illa esse, quae negat, cum haec tam improba sint, quae fateatur?* Graece enim hoc quoque interpretantes dicimus ἅπερ ἄρα ἀρνεῖται, rationem colligentes confirmantesque, quod dicitur. Idem in eodem: *Hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur, qui rem sententiamque non respiciat,* οὐκ ἄρα κατίδοι. Terentius in Phormione: *Ita fugias, ne praeter casam, quod ajunt:* οὕτως ἄρα φύγοις. Idem in Andria: *Quae sit rogo,* τίς ἄρα εἴη. In eadem: *Quam timeo, quorsum evadat,* ὡς δέδοικα, ποῖ ἄρα ἀποβαίη. In eadem: *Nam si illum objurges, vitae qui auxilium tulit, quid facies illi, qui dederit damnum aut malum?* τί ἄρα ποιήσεις ἐκείνῳ, ὃς δέδωκε ζημίαν ἢ κακόν. *Ἂν* quoque Graeca conjunctio, quotiens apud Graecos ponitur possibilitatem significans, quae apud illos indicativi quidem modi, vel prae-

---

Edd. omnes. Ernestus, Beckius et Schützius ediderunt *in proximam*, quod, mihi quidem, parum probabile esse videtur. Ferri profecto non potest *in proxima*, quod ante Ernestum legebatur: at vero illud *in* a glossatore indocto additum est, ut millies in Codd. inter lineas additum reperitur. *esset ei* pro *ei esset* reposui e MSS. Langer. Gphb. Monac. B. *ei* omiserunt Edd. Ven. 1. 2. Erph.

§. 95. *Idem in Praet. Sic.* Act. II. L. II. Cap. 57. *improba.* MS. Mon. B. *impropria.* *In eodem.* Cap. 60. *respiciat.* Ita libri manu exarati et typis descripti omnes. Ciceronis codices *perspiciat.*

Ter. in Phorm. Act. V. Sc. 1. (s. 2.) vs. 3. Pro *casam*, quod MS. Langer. tuetur, alii aliter, *casum*, *causam.*

Idem in Andria. Act. I. Sc. 1. vs. 97. *In eadem.* Act. I. Sc. 1. vs. 100. *evadas* inepte contra MSS. exhibent Edd. Ven. 1. 2. Asc. Putsch. *In eadem.* Act. I. Sc. 1. vs. 115. *facies* dedi e MS. Gphb. Edd. Asc. Erph. Ven.

pro παρακειμένου. Ita MSS. Monac. B. Langer. Gphb. Erl. Vulgo: ἀντὶ τοῦ παρακειμένου. In sequentibus omisi *cum* ante *plusquamperfecto*, auctoritate Codd. MSS. Monac. B. Langer. Gphb.

terito imperfecto, vel ἀορίστῳ, quem nos non habemus, nisi quod pro eo et pro παρακειμένου praeterito perfecto utimur, et plusquamperfecto adjungitur. Optativis 96
autem omnibus, quippe conjunctis cum supradictis tribus temporibus (praesens enim optativum et praeteritum imperfectum idem est, et praeteritum perfectum et plusquamperfectum et futurum, et ἀόριστον, quod vocant tempus) conjungitur. Nostri ergo quoque in omnia illos sequentes, quando possibilitatem demonstrare volunt, optativis sive subjunctivis utuntur verbis. Terentius in Phormione: *Neque defetiscar usque adeo experirier, donec tibi id quod pollicitus sum effecero,* οὔτε ἐξατονήσοιμι ἄν. Sic ergo quod illi solent, et per indicativum, et per optativum facere, addentes ἄν conjunctionem graecam, nos subjunctivis per se positis solemus demonstrare, ut, *docuissem, si discere voluisses,* *ἐδίδαξα ἄν, εἰ μαθεῖν ἠθέλησας,* id est *poteram docere.* Si- 97
militer *docerem, si discere velles,* id est docere poteram. Et praeteritis quidem utentes ostendimus, rem, quae potuisset facta esse, non esse factam. Praesenti vero vel futuro subjunctivo utentes in hujuscemodi constructione ostendimus, posse fieri aliquid, nisi quid impediat, ut, *doceam, si velis,* id est possum docere, si volun-

---

§. 96. *Terentius in Phorm.* Act. IV. Sc. 1. vs. 25. *defetiscar* dedi pro *deficiscar* ex usu Prisciani. Cf. Lib. X. Cap. IV. §. 22. (Vol. I. p. 483.) ubi idem locus excitatus reperitur; ibique praestantissimi Codd. *defetiscar* exhibent. Hoc quidem loco Codices mei et edd. antiquissimae vitiose *deficiscar.* Hac tamen de laudato libri decimi loco disserendi opportunitate oblata utar ad notandum errorem, quem e prioribus Editionibus sat multis in meam imprudens transtuli. Edidi ego in iis, quae Terentii locum illic subsequuntur, *deficior.* Hoc falsum est, quamvis auctoritate Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Iunt. Putsch. commendetur. Scribendum est *deficio*, quod Codd. MSS. Lips. 1. 2. 3. Dresd. 2. Edd. Ven. 1. 2. exhibent. Heidelbergensis quidem liber *defio* praestat; haec vero lectio nihili est. Nam *defio* activam habet vim, *deficio* vero passivam. Ergo *defectus* non pertinet ad *defio*, sed ad *deficio.*

ἐξατονήσοιμι. Haec est satis luculenta, ut in Graecis scilicet, Cod. MS. Langer. lectio, quam, vestigia simul premens Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch., recepi. Edd. Erph. Asc. Ven. 2. *ἐκτελέσοιμι, ἀπεργασαίμην ἄν*, respicientes *effecero.*

tas tua non impediat. Similiter in futuro, *docuero, si volueris*, id est potero docere, si volueris. Horatius in primo Carminum: *Quis Martem tunica tectum adaman-*
98 *tina digne scripserit?* pro *scribere potuerit*. Illud quoque sciendum, quod, quotiens poenitere nos rei non factae demonstrare volumus, subjunctivo utimur, ut Virgilius in IV. Aeneidos: *Faces in castra tulissem, implessemque foros flammis natumque patremque cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem*, id est *cur faces in castra non tuli, quod debui facere? cur non implevi foros flammis? cur non natum patremque extinxi, et super memet ipsa dedi?* Potest tamen et hoc possibilitatis esse. Ostendit enim, se potuisse, nisi demens fuisset, haec facere, ideoque se poenitere.
XI Quod autem Atticum morem sequentes his utantur
99 [illegible]

---

§. 97. *Horatius in I. Carm.* VI. vs. 13. Putschius solus, nisi fallor, edidit *poterit*. Codd. MSSi et edd. omnes *potuerit*, quod recipere nullus equidem dubitavi, cum haec forma non sit subjunctivi solius, sed indicativi etiam.

§. 98. *Virg. in IV. Aen.* vs. 404. seqq. MS. Gphb. *claustra* pro *castra*. MS. Monac. B. *supra memet*.

§. 99. *esse existimo*. Vitiosissime Putschius cum caeteris editoribus, veteribus etiam, dedit *aestimo*. Illud praestant Codd. MSS. Monac. Langer. Gphb.

Plato in II. Alcibiade. Cap. 3. MS. Monac. B. *ΠΑΝΤΑC ΟΥΝ ΑΝΤΙ ΑΝΤΕC*. Ed. Ven. 2. *π'αντασ οῦ μ'ῖαν ἰ̓δὴ φ'αίν*. Erph. *πανταϲ ὀυ μ́υανηδη φαιη*. Hae editiones satis habent, haec notasse. Ed. Asc. *πάντα σοὶ ἢ ἀπαντεσ ῶ ἀλκιβιαδὴ τοὶσ ἀφρωνασ μαίνεσθαι ὀρθῶς ἂν φαιήμεν*. MS. Langer. *navlta coyna*. Haec difficillima sane expeditu sunt. Edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. Putsch. ut libri Platonis editi. Equidem has auctoritates secutus sum.

In eodem. Cap. 9. MS. Monac. B. *ΚΑΙ ΤΟΤΕ*. Voces hujus loci Graecas omisit omnes Ed. Erph. Ed. Ven. 2. haec exhibet: *καὶ τοτε ἐακατον εἰχομεναν ἡμὶν αντ'οισ' τα κακιχα οπερ* ecce *αν* et *αρα affirmative posuit*. Ed. Asc. *καὶ τό γὲ ἐσχάτον εὐχόμενοι ἥμιν αὔτοισ τὰ κάκιστα ὅπερ ὀυδεισ ἄν ὤνἑιν ἀλλ τοῦ ἤδὴ ἐπαγανοι οιτο αὐτοσ ἑαυτῷ τὰ βέλτιστα εὶξασθαι αλλ' οῦ τὰ κάκιστα τουτὸ μὲν γὰρ ὥσ ἀληε ὧσ καὶ καταρατινι ἀλλ' ου κευχιομοιον εἰν. κάκον ἄρα ὡσ ἐοίκεν εστὶν ἡ τοῦ βελτιστου ἀγνοῖα ecce* rel. Hic igitur liber duos locos in unum confudit. Ed. Iunt. priorem tantum locum, sine ulla quidem lectionis discrepantia, exhibet. Putschius *ἑαυτῷ* pro *αὐτῷ* exhibens, Ed. Ascensianam secutus, diversos locos non disjunxit. Nos Edd. Ald. Bas. Colon. secuti sumus. MS. Langer. *κανξο te*.

In eodem. Cap. X. *βέλτιστον* omisit Cod. MS. Monac. B.

Romani, necessarium esse existimo, illorum etiam auctoritate hoc comprobare. Plato in II. Alcibiade: *Πάντας οὖν ἂν φάντες, ὦ Ἀλκιβιάδη, τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι ὀρθῶς ἂν φαίημεν.* In eodem: *Καί, τό γε ἔσχατον, εὐχόμενοι ἡμῖν αὐτοῖς τὰ κάκιστα, ὅπερ οὖν οὐδεὶς ἂν οἰηθείη, ἀλλὰ τοῦτό γε πᾶς ἂν οἴοιτο ἱκανὸς εἶναι, αὐτὸς αὑτῷ τὰ βέλτιστα εὔξασθαι, ἀλλ' οὐ τὰ κάκιστα, τοῦτο μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς κατάρᾳ τινὶ, ἀλλ' οὐκ εὐχῇ ὅμοιον ἂν εἴη.* In eodem: *Κακὸν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἔστιν ἡ τοῦ βελτίστου ἄγνοια, καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον.* Ecce et *ἂν* et *ἄρα* affirmative posuit. Idem in Lyside: *Εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ υἱὸς αὐτοῦ [ἀσθενοῖ, ἄρα ἐῴη ἂν αὐτὸν ἅπτεσθαι τῶν ἑαυτοῦ] ὀφθαλμῶν, μὴ ἰατρὸν ἡγούμενος, ἢ κωλύοι ἄν; Κωλύοι ἄν.* Ecce hic interrogative et comprobative posuit *ἄν*. In eodem: *Ἆρ' οὖν καὶ τἄλλα πάντα ἡμῖν ἐπιτρέποι ἂν μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ καὶ τῷ υἱεῖ*

Idem in Lyside. Tom. II. p. 210. a. ed. Steph. MS. Langer. *in leside.* Graeca omiserunt Edd. Erph. Ven. 2. et paucissimis tantum vocibus spatium reliquerunt vacuum, his fere, quas MS. Langer. dat: *αυτου οφσ.* MS. Monac. B. *ειΤΟΥ COφεαΛΜΟΥCΟΥΙΟ CΑΥΤΟΥΟφεα ΑλλωΝΜΝΙαΤροΝ ΗΓΟΥΜεΝΟC ΗΚαναΤοι αΝκω αΤοιαΝ.* Ed. Asc. *ει τουσ ὀφθαλμοὶσ ὁ υἱὸς αὐτου μὴ ἰάτρον ἡγούμενος ηο κωλύοι ἄν καὶ λαβοι ἄν. ecce hic rel.* Luce clarius est, Ascensianam editionem Codicis Monacensis lectionem dare. Haec igitur libri manuscripti auctoritate nititur. Non temere ergo feci, quod aliorum Codicum ope destitutus huic auctoritati obsecutus sum. Cum vero secundum Codicem sententia non solum sed etiam constructio grammatica imperfecta sit et manca, equidem, quae desiderantur, e libris Platonis huc translata uncisque inclusa, quo facilius distinguerentur, inserui: et in eo etiam, quod *κωλύοι ἄν* bis posui, cum id textui Platonis apprime conveniat, Codicis vestigiis recte mihi institisse videor. In alia omnia abeunt Edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. Putsch. Hae enim diversum plane locum excitant, proxime tamen hunc, quem nos dedimus, praecedentem. Haec illae tradunt: *καὶ τὸν μὲν γε οἰδ' ἂν σμικρὸν ἐάσομεν ἐμβαλεῖν, ἡμᾶς δὲ κἂν εἰ βουλοίμεθα δραξάμενοι τῶν ἁλῶν, ἐῴη ἂν ἐκβαλεῖν; πῶς γὰρ οὔ. ecce rel.*

In eodem. Vol. II. p. 210. ed. Steph. Graeca omiserunt Edd. Ven. Erph. Ed. Asc. ita hunc locum reddidit: *ἆρ' ὄν ἡ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἡμῖν ἐπὶ τρέποι ἂν μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ τὲ καὶ τῷ υἱεῖ περὶ ὅσων ἂν δόξω μὲν αὐταὶ σοφωτεροι σκεινη μη εἶναι ἀναγκη ἐρημων σωκρατικοί τ' ὡς ἄρα ἐχει.* Ego Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. secutus hunc locum exprimendum curavi. Omisi vero auctoritate Cod. MS. Monac. B. Ed. Asc. *ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Λύσι.* Hunc locum non exhibet Ed. Iunt. Jam sequitur in Edd. Ald. Bas. Iunt. Colon. Putsch. ille locus, quem supra:

περὶ ὅσων ἂν δόξωμεν αὐτῷ σοφώτεροι ἐκείνων εἶναι; Ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Οὕτως ἄρα ἔχει. En *ἄρα* quoque tam interrogative, quam confirmative posuit. Idem in Theage: *Οὐ γὰρ οἶδα, ὑπὲρ ὅτου ἄν τις νοῦν ἔχων, μᾶλλον σπουδάζοι, ἢ ὑπὲρ υἱέος αὑτοῦ, ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται. ὁπόθεν δέ σοι ἔδοξε τοῦτο, ὡς ἐγὼ ἂν μᾶλλον τὸν υἱὸν οἷός τε εἴην ὠφελῆσαι.* Invenis tamen et per ellipsin *ἄρα* et *ἂν* apud illos proferri.

XII Optativa verba in simili sensu, quomodo apud La-
100 tinos, proferuntur, ut idem in Charmide: *Ὅμως δὲ αὐτοῦ ἐρωτήσαντος, εἰ ἐπισταίμην τὸ τῆς κεφαλῆς φάρμακον, μόγις πως ἀπεκρινάμην, ὅτι ἐπισταίμην. Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, ἐστί; Καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι αὐτὸ μὲν εἴη φύλλον τι, ἐπῳδὴ δέ τις ἐπὶ τῷ φαρμάκῳ εἴη, ἣν εἰ μέν τις ἐπᾴδοι ἅμα, καὶ χρῷτο αὐτῷ, παντάπασιν ὑγιᾶ ποιοῖ τὸ φάρμακον· ἄνευ δὲ τῆς ἐπῳδῆς οὐδὲν ὄφελος εἴη τὸ τοῦ φύλλου.* Ecce more Romano sine
101 *ἄρα* vel *ἂν* hoc totum protulit. Elective quoque saepissime hoc modo utimur, ut, *imperem quam moneam, discam quam doceam:* quae et confirmative dicuntur. Ta-

---

εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς κ. τ. λ. e MS. Monac. B. et ex Ed. Asc. dedi. Hunc ego tum auct. MSS. et Edd. Asc. Ven. 1. tum propterea omisi, quod Codd. duos e Lyside tantum locos reddunt.

En ἄρα. en pro *et* recepi e MS. Monac. B.

Idem in Theage. Cap. 10. p. 127. ed. Steph. Altissimo silentio praeterierunt hunc locum Edd. Erph. Ven. 2. Iunt. Ed. Asc. haec refert: *οὐ γὰρ οἶδα ὑπὲρ ὅ του ἀν τισ νοῆν ἔχων μαλλον σπουδαξοι ἢ ὑπὲρ υἱεὸσ αὔτου ὁπόσωσ βελτίστοσ ἐσταὶ ὁποθεν δὲ σοεδοξε τουτο ὢσ ἐγὼ μαλλ' ἢ τὸν υἱὸν οιοστε εἴην ὠφελησαι.* MS. Mon. B. *ουΓαΡ ΟιΔΑ — ΟΠΟCω — ΒΕΛΤιCιοC.* Vellem, diligentissimus Riglerus singulos apices notasset; haec vero indicasse contentus fuit. MS. Langer. oytay potay nepoto. Haec e Tahitico quodam libro desumpta non inepte quis statuat. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. in recepta lectione consentiunt. Discessi tamen ab his scribens: *οἶδα* pro *οἶδας* — *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ* — *σοι* praeponens verbo *ἔδοξε*, omittens *οὖν*, et *εἴην* pro *ἦν* exhibens.

invenis. MS. Mon. B. *invenimus.*

§. 100. *Idem in Charmide.* Jam sequuntur in Edd. Ald. Bas. Colon. haec: *ἄρτι δ' ἠπόρουν τίνι τρόπῳ σοι ἐνδειξαίμην τὴν δύναμιν* (Cap. 8.). Absunt haec a MS. Monac. B. Edd. Asc. Iunt. Putsch. Ergo ego etiam omisi. Deinde in Ed. Iunt. priori loco, in Edd. Ald. Bas. Colon. secundo adduntur: *In eodem: καὶ ὅτι φοβοίμην μὴ οὐκ ὀρθῶς σκοποῖμεν.* Cum vero nec ea reperiantur in MS. Monac. B. Edd. Erph. Ven.

men et praeterito plusquamperfecto praeteritum imperfectum conjungere, et praesenti praesens, vel futuro solent vel praeterito, ut, *fecissem, nisi impedires,* et contra, *facerem, nisi impedisses,* et *faciam, nisi impedias,* et *nisi impedieris,* et *fecero, nisi impedias,* et *impedieris.* Virgilius in II. Aeneidos: *Non prius aspicies, ubi fessum aetate parentem liqueris Anchisen? superet conjunxne Creusa Ascaniusque puer? quos omnes undique Graiae circumerrant acies, et ni mea cura resistat, jam flammae tulerint, inimicus et hauserit ensis,* pro poterant tulisse et poterant hausisse. Horatius de arte poetica: *Dixeris egregie, notum si callida verbum reddiderit junctura novum,* id est poteris dicere egregie. Frequen- 102 tissime tamen auctores utuntur subjunctivis, confirmantes etiam praeterito tempore res perfectas. Et sciendum, quod hanc vim habent, ut ad cognitionem intelligantur futuram. Quippe cum subjunctiva etiam praeteriti temporis, quomodo optativa vim habent futuri. Potest enim initium Verrinarum, quod supra quoque

---

2. Asc. Putsch., equidem horum librorum auctoritati obsecutus delevi. Jam sequitur locus e Cap. VII. s. f. et Cap. VIII. init. desumptus. Omiserunt Graeca Edd. Erph. Ven. 2. Ed. Asc. ita eum protulit: *ομωδε αὐτον ἐρωτήσαντος εἰ ἐπισταίμην τὸ τῆς κεφαλῆσ φάρμακον ἔφην ἐγω πῶσ ἀπεκρινάμην ὅτι ἐπισταίμην ὅπου μερος ἐστὶ καὶ ἐρομένη εἶπον ὅτι αὐτο μὲν εἴη φύλλον τι ἐπῳδη δὲ τισ ἐπτω φαρμάκω εἰη ην εἰ μὲν τισ ἐπώδοι ἅμα καὶ χρῷτο πάντα πασιν ὑγιᾶ ποιοῖ τὸ φαρμακον ἄνευ δε τῆσ ἐπῳδῆς οὐδεν ὄφελος εἴη τοῦ φύλλου.* E Cod. MS. Monac. B. Riglerus notavit haec: *oMωdo OTOY HOY HedOCeCIN.* Post *καὶ ἐγὼ* addit Cod. *μὲν.* Pro *εἴη* leg. *IH.* Inde ab *ἐπῳδη — ἐπᾴδοι* omisit. *XPaTo. ΠΟΙΟΙΙΟ.* Totum hunc locum non habet Ed. Iunt. Equidem Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. omnino secutus nonnulla mutavi. Inserui post *ἐγὼ* e Cod. *μὲν.* Pro *ποιεῖ* dedi e MS. *ποιοῖ.*

§. 101. *imperem, quam moneam.* Vulgo: *imperem potius q. m.* Omisi *potius* auctoritate MSS. Langer. Mon. Gphb. Pluries jam notavi, *potius, plus, magis, tam,* a glossatoribus haud raro ante *quam* inserta esse, cum, *quam* pro *et non* a Prisciano poni, non meminissent.

nisi impedires. Cod. MS. Mon. B. *nisi ut imp.* *nisi impedieris.* idem *nisi si.* *nisi impedias.* idem *nisi si.* *et impedieris.* idem *nisi si.*

Virg. in Aen. II. vs. 496. seqq. *Hor. de A. P.* vs. 47. 48.

§. 102. *Potest enim initium Verrinarum.* Cf. quae ad §. 92. de inscriptione hujus loci a nobis notata sunt.

posuimus: *Si quis vestrum, judices, aut eorum qui adsunt forte miratur, me, qui tot annos in causis judiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem;* sic quoque intelligi: *ita sim* pro *ita inve-*
103 *niar* vel *cognoscar*. Nec mirum, cum etiam indicativo utantur saepe futuro de rebus jam dudum praeteritis in supradicta significatione, ut Lucanus in I. *Non tu Pyrrhe ferox nec tantis cladibus auctor Poenus erit. Erit* di-
104 xit pro *cognoscetur* vel *dicetur*. Ut causalis conjunctio omnibus temporibus, et quaecunque pro ea ponuntur causali, id est ἵνα significanti, subjunctivo adjunguntur. Licet autem et indicativa et subjunctiva eis anteponere vel subjungere, ut, *doces ut proficias,* et *doceas ut proficias, docebas ut proficeres,* et *doceres ut proficeres, docuisti ut proficeres,* et *docuisses ut profeceris, docueras ut profecisses, docuisses ut profecisses, docebis ut profeceris,* et *docueris ut profeceris.* Sed indicativis utimur rem, quae fit, indicantes, subjunctivis vero quid debuit fieri ostendentes, magis suasorie.

XIII Imperativa quoque et optativa bene possunt his
105 adjungi, ut, *lege ut discas, utinam discas ut doceas.* Pro imperativis quoque subjunctiva frequenter ponunt auctores, ut Terentius in Andria: *Quaeso, edepol, Charine, quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possit.* Idem in Phormione: *Desinas, sic est ingenium*
106 *mulierum,* pro desine. Quod autem in plerisque intellectae supradictae conjunctiones Graecae, id est ἂν et ἄρα, faciunt poni subjunctivos, etiam aliis conjunctionibus positis, usibus auctorum iterum aliis quoque comprobabimus. Virgilius in II. Georgicon: *Tamen haec*

---

§. 103. *Lucanus in I.* vs. 30. 51.

§. 105. *Terentius in Andria.* Act. II. Sc. 1. vs. 5. *Idem in Phorm.* Act. I. Sc. 1. vs. 19. 20. Adjeci ego *mulierum* e MSS. Langer. Monac. B. Gphb. Erl. Edd. Erph. Asc. Ven. 1. 2.

§. 106. *Virgilius in II. Georg.* vs. 50. *Idem in eodem.* vs. 336. πιστεύσαιμι pro πιστεύσοιμι dedi ex Ed. Asc. Ed. Erph. πιστεύσαι. *Idem in I. Aen.* 305. seqq.

προσεληλυθὼς ἄρα εἴη ἠϊόνας. Haec est aperta Codicis MS. Langer. lectio: *προσεαπαγεω. capa Ειη ΙιιοΙΙac.* Edd. Asc. Erph. Ven. προσεληλυθεν.

Hor. Carm. Libro II. Od. XIII. vs. 5. *patris*, quod libri omnes tam manuscripti quam typis impressi exhibent, ego etiam corrigere nec debui nec volui.

quoque si quis inserat, aut scrobibus mandet mutata
subactis, exuerint silvestrem animum, ἐκδύσοιντο ἄν.
Idem in eodem: *Non alios prima crescentis origine mun-*
di illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem crediderim,
πιστεύσαιμι ἄν. Idem in I. Aeneidos: *At pius Aeneas*
per noctem plurima volvens, ut primum lux alma data est
exire locosque explorare novos, quas vento accesserit oras,
προςεληλυθὼς ἄρα εἴη ἠϊόνας, *qui teneant,* τίνες ἄρα κρα-
τοῖεν, *hominesne feraene, quaerere constituit.* Horatius
Carminum libro II. *Illum et patris crediderim sui fregis-*
se cervicem, confirmative, πεπιστευκὼς εἴην ἄν, dixit.
Virgilius in VIII. *Similis si cura fuisset, tum quoque fas*
nobis Teucros armare fuisset, ἐγεγόνει ἄν. Cicero de 107
Praetura urbana: *Voconia lex videlicet te delectabat.*
Imitatus esses illum ipsum Gajum Voconium, qui lege sua
hereditatem ademit nulli: imitatus esses, pro imitari po-
tuisses, ἐμιμήσω ἄν. Idem in eodem: *M. Junius defen-*
sor, tutor et patruus; Mustius dixisset, si viveret, εἶπεν ἄν,
εἰ ἔζη. Et frequentissime apud omnes auctores hunc
sensum hac ordinatione proferri invenis, quomodo et-
iam Graeci ἄρα conjunctionem affirmativam sive dubi-
tativam, ut supra dictum est, ponunt. Terentius in
Phormione: *Quid sit denique, quid fiat,* τί ἄρα γένοιτο.
Subjunctivo est usus, ut intelligatur etiam ἄρα. Idem
in Andria: *Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me ve-*
lis? εἰπὲ τί ἐστιν ὅπερ ἄρα βούλοιό με. Idem in eadem:
Consilium meum cognosces, et quid facere in hac re te ve-
lim, καὶ τί ποιεῖν ἐν τούτῳ τῷ πράγματι σὲ ἄρα βουλοίμην: ecce
hic affirmativum est, in superioribus vero interrogati-
vum. Cicero de Praetura urbana: *Quid ageret, cogitare* 108
coepit. Si opus pupillo redimeretur: quid ageret dubitan-

Virgilius in VIII. vs. 396.

§. 107 *Cicero de Praetura urbana.* Verr. I. Cap. 42. *Gajum.* Hoc praenomen addidi e Cod. MS. Monac. B. *lege sua hereditatem* e MS. Mon. B. dedi pro *hereditatem lege sua.*

Idem in eodem. Cap. 55. *Mustius* pro vulg. *Marcius* restitui Prisciano e Codd. MSS. Monac. B. Gphb. Ed. Asc. Ed. Ven. *nuncius.*

Idem in Andria. Act. I. Sc. 1. vs. 18. *Idem in eadem.* Act. I. Sc. 1. vs. 33.

§. 108. *Cic. de Praet. urb.* Cap. 54. *Virg. in I. Aen.* vs. 253. seqq.

ter dixit, *τί ἄρα πράξοι*. Et notandum, quod Latini, quando de rebus transacto tempore promissis vel cogitatis loquuntur, pro futuro vel praesenti Graeco, praeterito imperfecto subjunctivi utuntur, quomodo in supradictis: *quid ageret, cogitare coepit, τί πράξοι, ἐννοεῖν ἤρξατο*. Similiter Virgilius in primo Aeneidos: *Certe hinc Romanos olim volventibus annis, hinc fore ductores revocato sanguine Teucri, qui mare, qui terras omni ditione*
109 *tenerent, pollicitus: κρατήσοιεν ἄν*. Cicero de Praetura urbana: *Qui etiam ad extremum adscripserit: rediviva sibi habeto: quasi quidquam redivivi ex opere illo tolleretur, ac non opus totum ex redivivis construeretur*, pro *ἐπαίροιτο ἂν καὶ καταστα θήσοιτο ἄρα*. In eodem: *Atque in illis columnis dico esse, quae a tuo redemptore commotae non sint, dico esse, ex qua tantum tectorium vetus dejectum sit, et novum inductum*. Affirmative hic quoque usus est subjunctivis. *Quod si tanta pecunia columnas dealbari putassem, certe nunquam aedilitatem petissem*: hic quo-
110 que affirmative dixit, *οὐκ ἂν ᾔτησα*. Et nota, quod, *si* praeposita, subjunctivum subjunctivo conjunxit. Similiter in eodem: *Nemo dubitat, quin multo majus sit, μεῖζον ἄρα εἴη, novam facere*. Similiter in eodem: *Cum instaret Rabonius, in me causam conferebat, quod eum codicem obsignassem, ἐσφράγισα ἂν*, affirmative. Idem in

---

revocato sanguine pro *revocato a sanguine* dedi e MS. Gphb.

§. 109. *Cic. de Praet. urb.* Cap. 56.

In eodem. Cap. 55. MS. Gphb. *ex illis. ex qua.* MS. Langer. *ei qua.* MS. Mon. B. *ex quanto* pro *ex qua tantum.* Mox *dejectum sit* Codd. omnes et Edd. *Quod si tanta* rel. Cap. 55. MS. Mon. B. *quid si.* Male Putschius *petivissem*; melius MSS. Mon. B. Langer. Gphb. *petissem.*

§. 110. *Similiter in eodem.* Cap. 56. *Similiter in eodem.* Cap. 57. *ἐσφράγισα ἂν* dedi ex Edd. Erph. Asc. pro *ἐσφραγικὼς ἂν εἴην.* MS. Mon. B. utramque formulam exhibet.

Idem in eodem. Cap. 57. *non esset opus* dedi e MSS. Gphb. Langer. Hic *non esse* dat.

In eodem. Cap. 59. *locarit* pro vulg. *locarat* dedi ex Ed. Asc. MS. Langer. *locaret.* MS. Gphb. *locarat.*

§. 111. *Idem in eodem.* Cap. 59. *thensarum.* Hanc vocem luculentissime scriptam exhibet Cod. MS. Monac. B. notante Riglero diligentissimo. Vulgo ineptissime legitur *thesaurum*, quam lectionem absurdissimam non recepisset Putschius, si in Editionem Parisinam inspicere voluisset. Quin et Edd.

eodem: *Hac conditione, si quis de populo redemptor ac-*
cessisset, non esset opus, confirmative dixit, *non esset*
opus, οὐκ ἂν ἐχρήσατο. Nam, *si quis accessisset*, dubita-
tive protulit. In eodem: *Quid iste in hostium praeda*
molitus sit; qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manu-
biis fecerit; qui majore pecunia quatuor columnas deal-
bandas, quam ille omnes aedificandas, locarit. Ecce hic 111
quoque omnia affirmative dicuntur. Idem in eodem:
Quis a signo Vertumni in circum maximum venit, quin is
unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur? quam tu
viam thensarum atque pompae ejusmodi exegisti, ut ipse
illa ire non audeas, οὐκ ἂν τολμήσοις, id est, *prorsus non*
audes. In eodem: *Qui aedem Castoris testem furtorum*
tuorum esse volueris, ἠθελήκοις ἄρα, *quam Populi Romani*
quotidie judices etiam tum, cum de te sententias ferrent,
viderent, ὁρῷεν ἄρα, pro omnimodo aspicerent. In eo-
dem: *Qui adductus est in judicium verbo, quod, cum es-*
set Tribunus, intercessisset contra legem Corneliam; re
vera, quod in tribunatu dixisset contra alicujus hominis
nobilis voluntatem: dixisset, εἰρήκοι ἄρα. In eodem: *Hic* 112
etiam queritur, quod a nobis novem solis diebus prima
actio sui judicii transacta sit: cum apud istum ipsum tri-
bus horis Quintus Opimius, senator Populi Romani, bona,
fortunas, ornamenta omnia amiserit. Hic quoque affir-

Erph. Ven. 1. 2. *thensarum* praestant. Nostri auctoritate uti potuisset Schützius, Vir praeclarus, ad confirmandam suam sententiam, qua praepositionem *in* ante *unoquoque gradu* exturbandam censuit. Certum enim est, in nullo librorum Prisciani, quotquot mihi inspicere licuit, praepositionem illam additam reperiri. *ipse illa non ire.* Prorsus damnanda et sensu destituta sunt ea, quae Putschius, priores editores secutus, pro his dedit, *ipsa illa re scribens. ipse* recepi ego e Codd. MSS. Langer. Gphb. *ire* praestat Cod. MS. Monac. B. Recepta lectio reperitur etiam in Ed. Asc.

In eodem. Cap. 59. sub fine. Putschius monstrum lectionis prodidit, *futurorum* pro *furtorum.* [illegible] hoc loco suis Codicibus usus est; MS. certe Gphb. etiam [illegible] monstrum edidit. Non plane spernenda est lectio Cod. MS. Langer. *furorum.* Mox *tum* e Cod. MS. Gphb. dedi pro *tunc. sententiam.* Pluralem tuentur Codd. omnes et Edd.

In eodem. Cap. 60.

§. 112. *In eodem.* Cap. 60. *queritur* e Codd. dedi pro *quaeritur.* E Codd. MSS. Mon. Gphb. Langer. posui *istum ipsum* pro *istam.*

mative ponuntur subjunctiva verba. In eodem: *Cujus propter indignitatem judicii saepissime est actum in senatu, ut genus hoc totum mulctarum, atque ejusmodi judiciorum tolleretur: ut*, quia pro ἵνα accipitur, subjunctivum attraxit. In eodem: *Jam qui ex calamitate senatoris Populi Romani, cum praetor judicio ejus praefuisset, spolia domum suam referre, et manubias detrahere conatus sit, is ullam calamitatem a sese poterit deprecari?* Ecce hic quoque de re indubitabili posuit subjunctivum, *conatus sit*, ἐπεχείρησεν ἄρα. In eodem: *Multos ait viros primarios audisse, cum diceres, ignosci tibi oportere, quod falsum codicem protuleris. Nam qua invidia Cajus Junius conflagravit, ea, nisi providisses, tibi ipsi*
113 *tum pereundum fuisset.* In eodem: *Dicent, inquam, et religione adducti, in domesticarum legum metu, quid illo myoparone factum sit:* hic quoque confirmativam habet vim subjunctivum verbum. In eodem: *In quibus non dubito, quin offensionem negligentiae vitare atque effugere non possim*, οὐκ ἂν δυναίμην. *Quapropter ita me de praeturae criminibus audite, ut ex utroque genere et juris dicendi, et sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quae maxime digna sunt eo reo, cui parvum, aut mediocre objici nihil oporteat*, οὐκ ἄρα χρή. *Nam ut praetor factus est, qui auspicato a Chelidone surrexisset, sortem nactus urbanae provinciae. — Docet hominem, quid possit fieri. Tutores pecuniam praetori si dedissent, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine peri-*

In eodem. Cap. 60. *Cujus* e MSS. Langer. Gphb. Monac. B. reposui pro *cum*.

In eodem. Cap. 61. *Jam qui* pro *jamque* restitui e Cod. MS. Gphb. Ed. Asc.

In eodem. Cap. 61. *ait* e Cod. MS. Gphb. recepi pro *ante*. *ignosci tibi oportere.* Inserui ego *tibi* e MSS. Langer. Gphb. Monac. B. *conflagrarit.* Haec est lectio MSS. Monac. B. Gphb. minime dubia. MS. Langer. *conflactat.* Ex his apicibus non temere quis *conflagrarat* colligat.

§. 113. *In eodem.* 35. s. f. *In eodem.* 40. *qui auspicato* pro *quia ausp.* restitui ego e Codd. MSS. Monac. B. Langer. Gphb. Pessime hic confudit Priscianus tres diversos locos in unum. Nam ea, quae inde a *docet hominem* sequuntur, desumpta sunt e medio Cap. 41. nexu quidem turbato.

§. 114. *In eodem.* Cap. 41. *fecit pro fecerit.* Ita MSS. Gphb. Langer. Ed. Asc. Sequentia hoc falsum esse docent.

De jure vero rel. Haec leguntur Cap. 42.

culo suo dare possent, (δύναιντο ἂν δοῦναι) *non videbant.*
In eodem: *Iste ad arbitrium ejus, cui condonaverat, hae-* 114
reditatem ereptam liberis, quam aequum edictum conscri-
pserit, (συνέγραψεν ἄρα ἢ συγγεγράφοι ἄρα) *quaeso cogno-*
scite. Qui testamentum fecit, pro *fecerit.* Praeterito
indicativo usus est quasi indubitabili, futuro vero sub-
junctivo, in quo est aliqua dubitatio, utrum faciat nec
ne. *De jure vero civili, si quis novi quid instituerit* (δια-
τυπώσειεν ἄρα), *is non omnia, quae ante acta sunt, rata*
esse patiatur, id est, non debet pati rata esse. Ergo hic
quoque confirmative posita sunt subjunctiva. In eo- 115
dem: *Ac si hoc juris non unius hominis causa edixisses,*
cautius composuisses, συνέθηκας ἄν, quod est confirmati-
vum. In eodem: *Quid si plus legarit, quam ad haeredem*
haeredesve perveniat. In eodem: *Jam hoc magnum ju-*
dicium hominum de istius singulari improbitate, quod
Verres sua sponte instituisset, διατετυπώκοι ἄρα. *Id nemi-*
nem metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutum se-
qui vellet, θελήσοι ἄρα. *Prohibe, si potes, si habes, qui te*
audiat, si potest tibi dicto audiens esse quisquam, eripias
tu voluntatem mortuis, bona vivis, jus omnibus. Hoc
Populus Romanus non manu vindicasset (οὐκ ἂν ἐξε-
δίκησεν), *nisi te huic tempori atque judicio reservas-*
set? In eodem: *Et simul dum est, unde jus civile*
discatur, adolescentes in disciplinam ei tradite. In 116
eodem: *Si quis testamento se esse heredem arbitraretur,*
quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem. Aut

---

§. 115. *In eodem.* Cap. 45. init. *edixisses* restitui e Cod. MS. Monac. B. MS. Gphb. *ee̅ dixisses.* MS. Langer. *est dixisses.* Utraque lectio nata est ex errore librariorum, cum *ee̅* pro *e̅* positum esse opinarentur.

In eodem. Cap. 45. *Quid si* pro *quodsi* dedi e Cod. Mon. B. Hic locus abest a MSS. Langer. Gphb.

In eodem. Cap. 43. *Jam hoc magnum judicium.* MS. Langer. *Jam hic.* MS. Gphb. *negotium.*

Verres. Vulgo: *Cajus Verres.* Abest *Cajus* vel potius *Gajus* a MS. Gphb.

In eodem. Cap. 45.

§. 116. *In eodem.* Cap. 45. *pro praede litis.* Vulgo: *pro delictis.* MS. Monac. B. *pro p̃e lictis.* MS. Langer. *ppe delictis.* MS. Gphb. *prope,* omisso *delictis.* Ed. Asc. *pro praede litis.* Ed. Ven. 1. *propter de litis.* Equidem secutus vestigia Codicum et Ed. Ven. 1. lectionem editionis Paris. recepi.

pro praede litis vindiciarum, cum satis accepisset, sponsionem faceret, ita de hereditate certaret. In eodem: *Videte, ut hoc iste correxerit: διώρθωσεν ἄρα.* In eodem: *Quid ad praetorem, uter possessor sit; nonne id quaeri oportet? utrum possessorem esse oporteat?* In eodem: *Quid ergo interest, proferantur nec ne?* In eodem: *Valde hoc mirum est, neminem fuisse, qui istius se similem*
117 *dici vellet.* In eodem: *Utrum digniores homines esse existimasti eos, qui habitant in provincia, quam nos, qui aequo jure uterentur.* Ubique ἄρα vel ἂν Graecae conjunctiones intelligendae sunt in interpretatione. In eodem: *Et cum edictum totum eorum arbitratu, quam diu fuit designatus, componeret, qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur, tum vero in magistratu contra illud edictum suum sine ulla religione decernebat.* In eodem: *Nam, quaeso, redite in memoriam, Quirites, quae libido istius in jure dicundo fuerit, γέγονεν ἄρα.* In eodem: *Sacerdotem execrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset, καταλελοίποι ἄρα. Quae ego non commemorarem, nisi vos illud vellem recordari: non commemorarem, οὐκ ἂν*
118 *ἐμνημόνευον.* In eodem: *Oblitosne igitur hos putatis esse, quemadmodum sit iste solitus virgis plebem Romanam concidere?* In eodem: *Superbia vero quae fuerit, quis ignorat? Quemadmodum iste tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit.* Omnia confirmative dicuntur. In eodem: *Impetrant, ut ne jurent. Adimas tu ei, qui juravit, quo exemplo: ἀφέλοιο ἄρα.* In eodem: *Is mortuus est Gaio Sacerdote praetore, nescio, an antequam Verres praeturam petere coeperit.* In

---

In eodem. *Videte* rel. Cap. 45.

In eodem. Cap. 45. *In eodem.* Cap. 45. *Quid ego* rel.

In eodem. *Valde* rel. Cap. 45. *hoc mirum est* dedi e Cod. MS. Gphb. pro *hoc est mirum.*

§. 117. *In eodem.* *Utrum.* Cap. 46. *uterentur* pro *uteremur* reposui e Codd. MSS. Langer. Monac. B. Gphb. Edd. Erph. Ven. 1. 2. Sententiae igitur Virorum doctorum, Hotomanni scilicet, P. Manutii, Ernesti, Schützii, receptam lectionem contra Graevium tuentium, non levis auctoritas e Prisciano hunc quidem accedit.

In eodem. *Et cum edictum* rel. Cap. 46.

In eodem. *Nam quaeso.* Cap. 46. *redite.* Hoc quidem loco corrupit Putschius auctorem, quem integrum servare debebat. Nam non solum Codices omnes, sed etiam Editiones,

eodem: *Docebat, edictum ejus non oportere in eas hereditates valere, quae ante eum praetorem venissent, ἐληλύθασιν ἄρα. Rem demonstrat, quampridem sibi hereditas venisset, docet. An vero dubitamus, quo denique ore, quos nunquam liberos putavit, libertinos homines solitus sit appellare?* In eodem: *Optatum negotium sibi in sinum delatum esse dicebat. Monimentum illa amplitudine, illo opere, quamvis sartum tectum integrumque esset, tamen aliquid se inventurum, in quo moliri praedarique posset, δύναιτο ἄρα.* In eodem: *Rabonius, qui legem nosset,* 119
qua in lege numerus tantarum columnarum traderetur, παραδίδοιτο ἄν, perpendiculi mentio fit nulla. Et qui non putaret, sibi expedire ita accipere, ne eodem modo sibi tradendum esset. In eodem: *Quid erat, quod rescinderet, cum suo quemque loco lapidem reponeret.* In eodem: *Quaerimus, quid in extremis Pamphyliae partibus fecerit, qualis in bello praedonum praedo fuerit, qui in foro Populi Romani pirata nefarius reperiatur.* In eodem: *Quod ne-* 120
mo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus convictus, ora judicum aspicere, aut os suum Populo Romano ostendere auderet. Est idem Verres, qui fuit semper, ut ad audendum projectus, sic paratus ad audiendum. Nam si id fecisset, quod statuerat, 121
ut non adesset, minus aliquanto, quam mihi opus esset, cognosceretur, quid ego elaborassem, vestra vero laus tenuis esset, si condemnatus sit is, qui adesse noluerit; et si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. Ubique alterutra supradictarum conjunctionum Graecarum

---

et ipsa Putschii magistra, Aldina nimirum, exhibent *redite.* Putschius vero reposuit *reducite.*

In eodem. Sacerdotem rel. Cap. 46. *verrem* minuscula litera initiali protuli ex Ed. Ven. 1.

§. 118. *In eodem. Oblitosne* rel. Cap. 47. *quae fuerit* pro *qua fuerit* dedi ego e Codd. MSS. Langer. Gphb. MS. Gphb. *fuerat.* Pro *duxerit* MS. Langer. *dixerit.*

In eodem. Impetrant rel. Cap. 47. *Adimat* rel. paulo infra.

In eodem. Is mortuus rel. Cap. 48. MS. Gphb. omisit *Gajo. Rem demonstrat* rel. ibid.

In eodem. Optatum rel. Cap. 51. *monimentum* pro *monumentum* reposui e Cod. MS. Gphb.

§. 119. *In eodem.* Cap. 51. *Rabonius* pro *Habonius* dedi e MS. Gphb. qui liber habet *nabonius.*

§. 120. *In eodem. Quod nemo.* Cap. I.

cum subjunctivis est intelligenda. In eodem: *De impudentia singulari, sunt qui mirentur.* In eodem: *Iste unus inventus est, qui et a complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, et parentes pretium pro sepultura liberum posceret.* In eodem: *Si Populus Romanus pro istius unius supplicio contentus fuerit, ac non sic statuerit, non istum majus in se scelus concepisse, quam eos, qui istum sententia sua liberarint,* ἠλευθέρωσαν ἄρα.
XIV σαν ἄρα. Ideo ex uno libro Ciceronis tot usus pro-
122 ponere studui, ut docerem, quam frequentissime hac constructione usi sunt auctores eloquentiae Latinae, in hoc quoque maxime Atticos imitati, quorum similiter usus necessarium existimavi collectos subjicere. Plato in Alcibiade priore: *Πρὸς πατρός τε σοὶ φίλους καὶ συγγενεῖς πλείστους εἶναι, καὶ ἀρίστους, οἳ, εἴτι δέοι, ὑπηρετοῖεν ἂν σοί.* Quod nos, sicut supra ostendimus, per subjunctivos proferentes non egemus ἂν Graeca conjunctione, ut, *Ex patre tibi amicos et agnatos plurimos esse et optimos, qui, si quid opus sit, ministrent ti-*

---

§. 122. *Plato in Alcibiade priore.* Cap. 2. Graeca non exhibent Edd. Erph. Ven. 1. Ed. Ven. 2. ita hunc locum reddidit: *παραπα τροσ σοῖφιλ'ουσ' καὶ γνωρίμουσ πλειστοῦσ ειναι καὶ βελτίχουσ οιτινεσ αν τισ χρεια ηδει τουργοῖεν νσοι.* Ed. Asc. *πρὸσ πατρὸσ σοὶ φίλουσ καὶ γνωρίμουσ πλείστουσ ἔῖναι καὶ βελτίστουσ. οἵτινες ἄν τίσ χρεῖα ἢ λειτουργαῖεν ἄν σοὶ.* MS. Langer. *πιρο etecoy coκay ucte Hειque aEιctoyceιHay καια pιctoy coy oyty ty peotiri ppH toιEH αHEcoy.* Ex his certe apparet, ξυγγενεῖς pro *γνωρίμους* et *ἀρίστους* pro *βελτίστους* et *δέοι* pro *χρεία* et *ὑπηρετοῖεν* pro *λειτουργοῖεν* recte poni.

In eodem. Cap. 3. Graeca omiserunt Edd. Ven. Erph. Ed. Ven. 2. haec refert: *ορα δε ου ταρη ταυμαστον ει ωστερ μγισ ηρξαι μην ουτωσ μογlσ ληεω.* Ed. Asc. *ὁραδὲ οὐ γὰρ ἢ θαυμαστὸν ὥσπερ μόγισ ἠρξάμην οὕτως καὶ μογισ πανσαίμην.* MS. Monac. B. *OPA dH oΥ CAP Toι eNaNιaΥλIaιτον ειωc ΠEP ΛIO TιεNPξα HHH oΥτω KAI ΛIO sic ΠaΥCa λHHH.* MS. Langer. *OpadHdytyN Ney ay acto Hey wate paιoyce pzaaιHHOH d καιocιcit ay can ιHH.* Nos Ald. Bas. Colon. Putsch. Iunt. secuti sumus. Post *εἴη* inserui tamen *ἄν*, cum hoc apertissime exhibeatur a Cod. Mon. Nam *eNaN* = *εἴη ἄν.*

§. 123. *Idem Plato in eodem.* Cap. 4. init. Ed. Ven. 2. sic: *παλαι ἀν ειντνεσωνοσ τη αγαπη.* Ed. Asc. *πάλαι ἄν εὶν εὐζωνοσ τῇ ἀγάπῃ.* Hae igitur diversum locum excitant. Hoc tamen Codicibus parum convenienter facere videntur. MS. Langer. *ειν capιva axιxιadH Eι aιe cce opιv aHιHOH ιH yae oH caι-*

bi. In eodem: Ὅρα δὴ, οὐ γάρ τοι εἴη ἂν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ μόγις ἠρξάμην, οὕτω μόγις καὶ παυσαίμην. *Vide autem: non enim sit mirum, si, quomodo vix coepi, sic vix desiero.* Et attende, quod illi quoque est ubi 123
sine conjunctione ἂν vel ἄρα verbis utuntur optativis, quomodo hic παυσαίμην, quod nos ubique in hujuscemodi sensibus facimus, id est, qui ad supradictas conjunctiones Graecas attinent, subjunctivis per se verbis utentes, cum illi non solum optativis, sed etiam indicativis, ut supra diximus, eas adjungant, ut idem Plato in eodem: Ἐγὼ δὲ, ὦ Ἀλκιβιάδη, εἰ μέν σε ἑώρων, ἃ νῦν δὴ διήλθομεν, ἀγαπῶντα, καὶ οἰόμενον δεῖν ἐν τούτοις καταβιῶναι, πάλαι ἂν ἀπηλλάγμην τοῦ ἔρωτος. Necesse est, ut subjunctivo utamur, dicendo, *dudum expeditus essem amore.* In eodem: Νῦν ἔφησε, νῦν γὰρ ἄν μου ἀκούσαις, *nunc*, inquit, *nunc enim me audias*, confirmative dixit. In eodem: Εἴ τίς σοι εἴποι 124
θεῶν. Per inductionem optativo est usus: *Si quis tibi dicat deus.* In eodem: Νεωτέρῳ μὲν οὖν ὄντι σοι,

---

tota naso toHe HoH Ete atoy cna tablo aH taEto aH taxata Hatilla. Quamvis haec spississimis tenebris obvoluta sint, ita, ut insertiones perse... mas explicare facilius possis, hoc tamen sole clarius apparet, longiorem periodum Priscianum in mente habuisse. Nonnulla etiam patent: v. c. *ἑώρων — Ἀλκιβιάδη — καταβιῶναι* etc. Edd. Ald. Bas. Colon. addunt *ὥστε δὴ ἐμαυτὸν πείθω.* Haec, cum absint a Codd. Langer. Monac. B., omittenda esse censui. Ed. Iunt. *πάλαι ἂν ἀπηλλάγμην τοῦ ἔρωτος, ὥστε δὴ ἐμαυτὸν πείθω.*

In eodem. Cap. V. 8. fine. Ed. Erph. *νυν εφη νην γαρ μου ακοιοι.* Ed. Ven. 2. *νυν εφη νην γαρ μου ακουοιο αρα.* Ed. Asc. *νῦν ἔφη· νῦν γάρ ἄν μοῦ ἀκούοιο.* Ed. Iunt. *νῦν ἔφησε, νῦν γαρ ἄν μοῦ ἀκούσαις.* Equidem Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. secutus sum.

§. 124. *In eodem.* 10. *Idem in Gorgia.* Cap. 5.

In eodem. Cap. 5. Ordo enuntiationum in Edd. diversus est. Equidem secutus sum in eo constituendo auctoritates, ut mihi quidem videtur, gravissimas; codices scilicet manuscriptos Gphb. Langer. Monac. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Putsch. Ab his discedunt Edd. Ald. Bas. Iunt. Colon. Eae quidem hanc seriem enuntiationum tuentur: *si quis tibi dicat Deus. Idem in Gorgia, ὥστε ἔμοιγε — χαριεῖσθαι, ideoque etiam si diem totam disputare velitis, erit mihi pergratum. Interrogative quoque ἂν ponentes, cum optativis proferunt. Idem in I. Alcibiade, οὐ πότερα δέξαιό σοι εἶναι ἀγαθὰ ἢ κακά; Utra eligeres adesse tibi bona an mala? Nota tamen, non solum εἰ, sed et ἵνα graecas conjunctiones*

καὶ πρὶν τοσαύτης ἐλπίδος γέμειν, ὥς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ εἴα ὁ θεὸς διαλέγεσθαι, ἵνα μὴ μάτην διαλεγοίμην. Nota tamen, non solum *εἰ*, sed et *ἵνα*, et *ὅπως* etiam optativo conjungi Atticis: cum apud nos tam *ut*, causalis conjunctio, quam *ne*, quando *ἵνα μὴ* significat, subjunctivo socientur, qui tamen similis est, ut saepe diximus, optativo: *ut ne frustra disputarem.* Idem in Gorgia: *Ὥστε ἔμοιγε, κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθε.* *Si velitis loqui.* Homerus: *Εἴπερ*
125 *γάρ κ᾽ ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε.* Idem: *Ὄφρ᾽ εὖ γιγνώσκοις ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.* *Ὄφρα* ἀντὶ τοῦ *ὅπως*. Interrogative quoque *ἂν* ponentes cum optativis proferunt. Plato in I. Alcibiade: *Πότερα ἂν δέξαιό σε.* Quod autem Latini quoque omnibus temporibus subjunctivi modi etiam in optativo utuntur, ostendit tam usus quam antiquiores Donato artium scriptores. Virgilius in VI. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna secuta.*
126 Ecce hic fuerit optative posuit in precatione Aeneae hoc verbum, quod tam praeteriti perfecti quam futuri potest esse: quod Donatus, et quidam alii subjunctivi tantummodo putant esse, cum aliae omnes voces optativi communes sint etiam subjunctivo. Ergo non immerito in supradicta Attica constructione, quia illi optativis utuntur, hoc quoque tempore indifferenter nostri sunt usi. Inveniuntur tamen etiam nostri poetae saepe metri causa indicativis pro subjunctivis usi, ut

---

et ὅπως etiam optativo conjungi Atticis, cum apud nos tam ut causalis conjunctio, quam ne, quando ἵνα μὴ significat, subjunctivo socientur, qui tamen similis est, ut saepe diximus, optativo. Idem in eodem: νεωτέρῳ μὲν — διαλεγοίμην, ut ne frustra disputarem. Homerus: εἴπερ — Τρῶές τε. Idem: ὄφρ᾽ εὖ — ὅπως. Quod autem Latini rel. Fateor, hunc mihi ordinem longe praestantiorem videri; tamen, cum Codices manuscripti omnes et Edd. antiquissimae, Putschiana etiam, adversentur, veritus, ne arbitrio nimis indulsisse viderer, admittere eum dubitavi. Graecas hujus loci, quem tractamus, voces omiserunt Edd. Erph. Ven. 2. et, quod mireris, Asc. *Idem in Gorgia.* Cap. 13. Pro *χαριεῖσθαι* scripsi *χαριεῖσθε. Homerus.* Iliad. *B.* 123. Pro hoc versu, quem Edd. omnes exhibent, dedit Putschius hunc: *Αἴκε μοι ὧς μεμανῖα παρασταίης Γλαυκῶπι.* et pro sequente protulit hunc: *Αἴκε μοι δώῃ Ζεὺς αἰγίοχος καὶ Ἀθήνη.* Hos versus ille sibi habeat. *Idem.* Iliad. *E.* vs. 128. In Homero tamen *γιγνώ-*

Horatius in II. Carminum: *Me truncus illapsus cerebro sustulerat, nisi Faunus ictum dextra levasset.* *Sustulerat* pro *sustulisset* posuit propter metrum. Quoniam igitur XV
de constructione modorum verbi dictum est, qui om- 127
nes eundem casum sequuntur, quem genus sive significatio verbi exigit, quam διάθεσιν Graeci vocant, de hac quoque diligentissime est quaerendum. Sciendum itaque, quod omnia activa apud Latinos, quae faciunt a se passiva, quae et transitiva sunt in homines, sine dubio accusativo adjunguntur, ut, *oro te*, quae etiam passivum habent, *oror a te.* Similiter, *accuso te, accusor a te: audio te, audior a te: patro te, patror a te: impetro te, impetror a te: temno te, temnor a te: negligo te, negligor a te: despicio te, despicior a te: sentio te, sentior a te: impedio te, impedior a te: inchoo te, inchoor a te: incipio te, incipior a te.* Similiter etiam neutra vel de- 128
ponentia actum significantia cum transitione in quodcunque activum sequuntur, ut, *facio domum, eo iter, navigo Pontum, ardeo uxorem,* quando pro amo accipitur. Virgilius in Bucolico: *Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.* Dedisco illam rem. Lucanus in primo: *Dedidicit jam pace ducem.* Cicero tamen simplicis ejus passivum protulit, de Praetura urbana: *Dum est, unde jus civile discatur.* Terentius in Adelphis: *Nisi, dum hae silescunt turbae, interea in angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi*; pro *villum*, quod est dimi-

---

σαις recte legitur. Cf. Matthiae Gr. Gramm. p. 733. qui conferri jubet Platonis Alcib. II. extr. *Plato in I. Alcib.* Cap. 24. Ante πότερα auctoritate Cod. Monac. B. omisi Δέ, quod etiam Edd. Ven. 2. Asc. non exhibent.

§. 125. *antiquiores Donato artium scriptores.* *artium* pro *artis* dedi e Codd. MSS. Gphb. Langer. Monac. B.

Virg in VI. vs. 62.

§. 126. *Horatius in II. Carm.* Od. 17. vs. 26 – 28.

§. 127. *oro te.* Vulgo additur: *curo te.* Abest hoc παράδειγμα a MSS. Langer. Mon. Gphb. Mox *oror a te* dedi pro *curor a te* e Cod. MS. Mon. B.

quia etiam passivum. *Quia* pro vulg. *quae* reposui e Codd. MSS. Langer. Gphb. Monac. B. Ed. Asc.

§. 128. *Virg. in Buc.* Ecl. II. init. *Lucanus in I.* vs. 131. *Cic. de Praet. urb.* Cf. ad §. 115. ult

Terentius in Adelphis. Act. IV. Sc. ult. s. fin.

nutivum vini. Virgilius in II. Aeneidos: *Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae.* Horatius in primo
129 Carminum: *Nec muliebriter expavit ensem.* Similiter dicimus *doleo pedem, ferveo pectus, ambulo spatium.* Sic etiam deponentia transitiva actum significantia, *sequor hominem, loquor fabulam, expiscor socium, experior rem, arbitror justitiam, reor veritatem, suspicor inimicum.* Sunt tamen tam ex his quaedam quam ex activis, quae cum accusativo et dativo adjunguntur, quae sunt acquisitiva, de quibus mox dicetur, ut, *do tibi aurum,*
130 *dono illi servum.* Dicitur tamen et in eodem sensu, *dono illum servo*, more attico. Virgilius in V. *Sergestum Aeneas promisso munere donat.* Similiter, *praebeo, praesto, exhibeo, mando, polliceor, muneror, indico, exprobro tibi illam rem.* Similiter dicimus *praepono tibi illum, et praefero, et praeficio.* Pauca sunt, quae activa voce transitive soli dativo adjunguntur, ut, *noceo tibi, invideo, maledico, benedico, praeniteo.* Horatius in I. Carminum: *Cur tibi junior laesa praeniteat fide.* Dissideo tibi. Horatius in II. Carminum: *Redditum Cyri solio Phraatem dissidens plebi numero beatorum eximit*
131 *virtus.* Quamvis si quis attente haec quoque inspiciat, inter acquisitiva vel aequiparantia sunt ponenda: *noceo tibi,* id est nocens tibi fio: *invideo tibi,* quasi non videns tibi fio, hoc est, non ferens te bene agentem videre: *maledico tibi,* contra te dico male. Inveniuntur tamen pauca, quorum quamvis actus transeat in aliam personam, non habent tamen passiva, ut facio, et ex eo cum infinitis verbis composita, ut, *calefacio, tepefacio, obstupefacio:* pro passivo quoque eorum fio, et ex eo similiter composita accipiuntur, ut, *calefio, tepefio, stupefio,* et similia: cum praepositionibus enim compositum facio plerumque habet passivum, ut, *perficio perfi-*

Virgilius in II. Aen. vs. 31.

§. 129. *Horatius in I. Carm.* Od. 37. vss. 22. 23. *expiscor.* MS. Erl. *expergiscor.*

§. 130. *Virg. in V.* vs. 282. *Hor. in I. Carm.* Od. 33. vss. 3. 4. *Hor. in II. Carm.* Od. 2. vss. 17—19.

§. 132. *patiuntur* pro *patiantur* reposui e Codd. MSS. Monac. B. Langer. Gphb.

Virg. in I. Aen. vs. 639. *Juvenalis in IV.* Sat. X. vs. 178. *Ter. in Adelphis.* Act. V. Sc. 2. vs. 6. Locus saepius jam tractatus.

cior, afficio afficior, inficio inficior, et similia. Illa 132
quoque verba activorum vocem habentia, quorum actus
ad res carentes loquela pertinent, primas quidem et se-
cundas voces non possunt naturaliter passivas habere,
quippe cum nec de se loqui ipsae quid patiuntur,
possint, quod est primae personae, nec ad eas, cum
careant auditu, qui proprie pertinet ad secundam per-
sonam, loqui possimus. Tertiam vero habent perso-
nam, de qua inter primam et secundam loquela recte
fieri potest, ut, *laboratur vestis*. Unde Virgilius in
primo Aeneidos: *Arte laboratae vestes*. Potatur flu-
vius. Juvenalis in IV. *Epotaque flumina Medo pran-
dente*. Similiter dicimus *coenatur piscis*, *prandetur
olus*, *decurritur spatium*. Terentius in Adelphis: *De-
curso jam spatio*. Passiva ablativo et dativo transiti- XVI
ve adjunguntur, ut, *doceor a te* et *tibi*, *videor a te* et 133
illi. Similiter passivam vim habentia, et neutralia
vel deponentia, ut, *vapulo a te*, et *tibi exulo*, *nascor*,
patior. Licet tamen etiam accusativum addere his,
quibus per diversas res fieri solet passio, ut, *doceor
a te literas*, *pascor carnem*, *vituperor insipientiam*.
Virgilius in IV. Aeneidos: *Testor, cara, deos, et te ger-
mana, tuumque dulce caput, magicas invitam accingier
artes*. Et docemur enim et pascimur, et vituperamur,
et accingimur diversis rebus. Nasci enim et exulare
ad unam rem pertinet ipsius natus et exilii. Com- XVII
munia, quando actum significant, activorum constru- 134
ctionem, quando passionem, passivorum sequuntur, ut,
criminor te et *criminor a te*, *veneror te* et *veneror a te*.
Absoluta, sive activae sive passivae sint vocis, cum XVIII
nominativo perfectam habent constructionem, ut, *Pla-* 135
to vivit, *Aristoteles deambulat*, *Socrates philosophatur*,
ego esurio, *tu dormis*, *ille volat*. Et reciproca vero

---

§. 133. *vituperor insipientiam*. Ineptissime Putschius, caeterisque ineptius dedit *incipientem*. Edd. Ald. Asc. Erph. Ven. Bas. Colon. Iunt. *insipientem*. Equidem veram reposui lectionem e Cod. MS. Langer. Hic quidem exhibet *inscipientiam*, error tamen in aprico est.

Virg. in IV. Aen. vs. 492. 93.

§. 135. *Socrates*. MS. Monac. B. *Isocrates*. *sapientia* et *per sapientiam* pro *scientia* — *per scientiam* reposui e Codd. MSS. Mon. B. Lips. A. Langer. Gphb. Ed. Asc.

sive sui passiva, quae ἰδιοπαθῆ vocant Graeci, licet absolute proferre, ut, *rubeo, horreo, tepeo, ferveo*, et conjungere his ablativos, ut, *rubeo pudore, horreo frigore, tepeo austro, ferveo aestate.* Nec solum tamen his, sed omnibus verbis licet ablativum adjungere, cum causam per eum indicamus ipsius actus, vel passionis, quod licet in omni specie facere verborum, ut, *Plato vivit anima,* id est, per animam; *Aristoteles deambulat pedibus*, id est, per pedes; *Socrates philosophatur sapientia*, id est, per sapientiam. Similiter *horreo frigore,* id est, per frigus. Nec mirum absoluta
136
posse obliquis adjungere casibus, cum etiam transitiva liceat absolute proferre, cum maxime aliquam sui passionem ipso actu significant, ut, *hic amat, ille luget, iste ridet.* Itaque Virgilius hujuscemodi res ostendit animorum esse passiones, in VI. *Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.* In eodem: *Lugentes campi.* Idem in quinto: *Risit pater optimus.* Terentius in Adelphis: *Amat? dabitur a me argentum, dum*
137 *erit commodum.* Et rursus eadem verba cum casibus transitive dicuntur, *amo clementiam, lugeo miseriam, rideo stultitiam.* Quae vero non egent obliquis casibus, ea nec passiva habent, ut, *spiro, vivo, navigo, proficiscor.* Quamvis haec quoque figurate, ut supra diximus, conjunguntur obliquis casibus, ut, *securam vivit vitam, spirat et expirat animam, navigo mare,* et *navigatur mare*, et similia. At quae egent casibus, et transitive dicuntur, ut actus in hominem fiat, habent et passiva, ut, *ferio Tryphonem,* quem actum ille interpretando, in quem fit, facit verbum passivum:
138 *ferior a te, vulnero hostem, vulneror ab hoste.* Excipiuntur pauca, quae quamvis sint activa et transitive dicantur in homines, tamen non habent passiva, usu deficiente, ut, *noceo tibi, facio te doctum.* Sed hoc verbum loco passivi habet alterum verbum similiter

---

§. 136. *Virgilius in VI.* vs. 733. *In eodem.* vs. 441. *Idem in V.* vs. 558. Delevi *olli* post *optimus* auctoritate Codd. MSS. Lips. A. Erl.

Terentius in Adelphis. Act. I. Sc. 2. vs. 38. Post *dabitur* inserit MS. Langer. *ei.*

§. 137. *spirat et expirat.* E Codd. MSS. Monac. B. Langer. Gphb. Ed. Asc. addidi ego *spirat.* Contra Prisciani rationem scriptum est in Cod. Monac. B. *exspirat.*

activae vocis, sed significationis passivae, *fio*. *Noceo* quoque et *maledico*, *benedico*; *invideo*, cujus tamen passivum Horatius in Arte poetica auctoritate usus protulit. *Ego cur, acquirere pauca si possum, invideor?* Idem etiam accusativum ei verbo cum dativo adjunxit in primo Epistolarum: *Invidet usum lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti.* Et haec tamen ad 139
imitationem Graecorum dativis adjunguntur. Nam illi λυμαίνομαί σοι, et λοιδορῶ σοι. Herodotus: *Λυμαινομένη τῷ νεκρῷ.* Caetera vero omnia, nisi sint acquisitiva, vel aequiparantia, vel supereminentia, vel subjunctiva, a nominativo actum transitive ad homines facientia, ut praediximus, ad accusativos construuntur, cum utraque persona supponatur tam agentis quam patientis, ut, *doceo te, doceor a te.* Nam is, qui patitur, in significatione passiva transfert accusativum, qui ad se pertinebat, cum activum proferebatur verbum, in nominativum adjunctum passivo, qui in ipso verbo, ut saepe diximus, intelligitur, etiam si apponatur: contra vero nominativum agentis in ablativum, ut, *erudio te, erudior a te, tango te,* et *tangor a te.* Itaque communia utrumque habent modum constructionis. Verborum vero alia ad corpus, alia ad ani- XIX
mam, alia ad utrumque, alia ad extrinsecus accidentia 140
pertinent. Ad corpus, *lavo, tondeo, vulnero, sordido.* Ad animam, *erudio, doceo, instituo, moneo, consulo, suadeo.* Ad utrumque, *laedo, offendo, moveo, noceo, maledico, benedico, provideo.* Ad extrinsecus accidentia, *dico, impero, subigo, domo.* Sunt alia communia omnium supradictorum, ut, *facio te doctum*, vel *formosum*, vel *felicem.* Inveniuntur quaedam, quae cum sint activa voce et constructione, tamen passivam habent significationem, et passiva activam, ut, *timeo te, timeor a te, metuo te, metuor a te.* Lucanus in quinto: *Dum metuar semper terraque expecter ab omni.*

---

§. 138. *Horatius in Arte poet.* vs. 55. *Idem in I. Epp.* XIV. vs. 42 43

§. 139. *Herodotus.* Lib. I. Cap. 214.

§. 140. *lavo, tondeo.* Ita MS. Langer. Vulgo *lavo te, tondeo te.* Mox *dico pro duco* reposui e MSS. Langer. Goth.

Lucanus in V. vs. 671. MS. Lips. A. *metuor, expector.*

141 Et sunt alia laudativa, alia vituperativa, ut, *cano, praedico, laudo, celebro, amplifico, vitupero, culpo, reprehendo, incuso, accuso, insimulo, detraho, succenseo.* Alia artificiorum, ut, *philosophor, poetor, architector, modulor, medicor,* et *medico,* et *medeor.* Virgilius in II. Georgicon: *Et senibus medicantur anhelis.* Idem in primo Georgicon: *Semina vidi equidem multos medicare se-*
142 *rentes.* Sunt alia deceptiva, ut, *fallo, decipio, eludo, induco, illico, pellicio.* Alia acquisitiva, vel superemimentia, vel subjectiva, vel aequiparativa, quae dativo adjunguntur, cujuscunque sint generis vel significationis verborum, ut, *laboro tibi, metuo tibi, prosum tibi, timeo tibi, vigilo, propugno, largior, dono, muneror, indulgeo, praesto, praebeo, exhibeo, do, annuo, consentio, assentior, medeor tibi,* id est sanitatem acquiro: dicitur tamen et *medico,* quod activorum servat constructionem. Virgilius in II. Georgicon: *Et senibus medicantur anhelis.* Idem in primo: *Semina vidi equidem multos*
143 *medicare serentes.* Terentius in Andria: *Ejus labore, atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo.* Idem accusativo in Phormione: *Quam scitum est ejusmodi parare in animo cupiditates, quas cum res adversae sient paulo mederi possis. Moderor tibi* et *te.* Salustius in Catilinario: *Fortuna, cujus libido gentibus moderatur.* Intelligimus enim omnes res pertinere ad felicitatem vel miseriam gentium. Lucanus in X. *Sideribus quaecunque fugam*
144 *moderantur Olympi, moderantur* pro regunt. Maledico tibi, Cicero pro Dejotaro: *Ejus enim nomine optimi viri, nec tibi ignoti, maledicebat tibi. Benedico tibi, parco, tempero.* Virgilius in primo Georgicon: *Jam sibi tum curvis male temperat unda Carinis,* quando pro parco accipitur. Supereminentia vel subjecta sunt, ut, *impe-*

---

§. 141. *Virg. in II. Georg.* vs. 135. *Idem in I. Georg.* vs. 193.
§. 142. *Virg. in II. Georg.* vs. 135. *Idem in I.* vs. 193.
Terentius in Andria. Act. V. Sc. 1. vs. 12.
§. 143. *Idem in Phormione.* Act. V. Sc. 4. vs. 3. MSS. Gphb. Lips. A. *hujusmodi.* MS. Langer. *quam suum est.* Ante *in Phorm.* omiserunt *accusativo* MSS. Langer. Lips. A., retinuit Gphb. MS. Lips. A. *medicari* pro *mederi.*
Salustius in Cat. Non novi hunc locum. In mente fortasse habuit Noster Cap. VIII. §. 1. *Lucanus in X.* vs. 199. Correxi numerum libri.
§. 144. *Cic. pro Dejot.* Cap. 12. *optimi viri* pro *viri optimi*

ro tibi. Virgilius in primo Georgicon: *Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.* *Regno tibi, dominor* 145
tibi, praecipio tibi, suadeo tibi, provideo tibi, prospicio tibi, consulo tibi. Nam *consulo te* interrogativum est, et tunc habet passivum, quomodo et *tempero.* Eorum tamen quaedam possunt etiam acquisitiva esse. Subjecta sunt, ut, *servio tibi, obedio, pareo, ministro, misceo, tibi famulor.* Aequiparantia, ut, *luctor tibi, sermocinor, certo, loquor, altercor, invideo tibi.* Nam plerumque ad pares fit felicius agentes, auctorque hujus est Hesiodus dicens: *Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ*
ἀοιδὸς ἀοιδῷ, ὦ Πέρση. Desiderativa vel inquisitiva ac- 146
cusativo sociantur, *quaero te,* similiter *invenio, reperio, expecto, aspicio, desidero, opperior, scrutor, sequor,* et *sector, praestolor te* et *praestolor tibi.* Sed magis, quando dativo conjungitur, acquisitivum est. Terentius in Eunucho: *Quem praestolare, Parmeno.* Cicero in I. Invectivarum: *Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur.* Et quae per obtinentiam, id est, *κατὰ ἐπικράτειαν* dicuntur superpositiva, *habeo, possideo, teneo, contineo, sustineo, servo, custodio, tueor, tutor, defendo, prohibeo, arceo, impedio, implico, solvo, vinco, supero, domito,*
subjicio, dejicio. Adorativa quoque, *colo te, honoror, ad-* 147
oro, erubeo, adulor te et *tibi.* Suspectiva etiam vel opinativa, *suspicor, opinor, arbitror, existimo, reor.* Quae maxime infinitum substantivi assumunt cum accusativo, ut, *suspicor inimicum esse, opinor amicum esse, arbitror alacriter profuturum esse.* Sed et aliis infinitis junguntur, *opinor me intelligere* et *intellexisse Virgilium,*
existimo recte legere et *legisse Ciceronem,* et similia. Vo- 148
luntatem quoque significantia accusativo conjunguntur

---

dedi ego e MSS. Langer. Gphb. Ed. Asc. *Virg. in I. Georg.* vs. 360.

Virg. in I. Georg. vs. 99.

§. 145. *Aequiparantia.* Codd. MSS. *aequiperantia.* Retinui vulgatam scribendi rationem, quam praestare puto huic, quae e scribendi compendio originem duxisse videtur.

Hesiodus. *Ἐργ.* vs. 14. seqq.

§. 146. *Ter. in Eunucho.* Act. V. Sc. 6. vs. 5.

Cic. in I. Invectiv. Cap. 9.

cum infinito alterius verbi, *volo te currere, similiter studeo, propero, cupio, affecto, festino*, nisi infinitum a verbo alii sit casui jungendum. Tunc enim necesse est infinitum quoque verbi sui constructionem servare, ut, *misereor tui, misereri tui volo, noceo tibi, nocere tibi volo, dignor te laude, dignari te laude cupio, mereor laudem, mereri laudem affecto.* Absolutis vero supradicta verba si conjungantur, accusativum assumunt, ut, *desidero videre filium, studeo te currere, propero me deambu-*
149 *lare.* Similiter interrogativa, *interrogo te, rogo te, stipulor.* Juvenalis in III. *Quantum vis stipulare, et protinus accipe quid do, ut totiens illum pater audiat.* Frequentissime tamen *stipulor abs te* pro *interrogo te* dicimus, quomodo et *quaero abs te.* Cicero Invectivarum II. *Quaesivi a Catilina, nocturno conventu apud M. Lecam fuisset nec ne*, pro interrogavi Catilinam. Invenitur tamen in passiva significatione similiter dictum *stipulor abs te*, pro interrogor abs te. Suetonius in IV. Praetorum: *Minor vigintiquinque annorum stipulari non potest*, passive dixit. *Consulo*, quando interrogativum est, ut supra dictum est, accusativo rationabiliter, acquisiti-
150 vum vero dativo copulatur. Funebria quoque verba ad accusativum feruntur, *lugeo te, ploro te, lacrimo te, plango, queror te* et *tibi* pro apud te. Virgilius in Bucolicis: *Dum queror et divos, quanquam nil testibus illis profeci.* Juvenalis in I. *Nec quereris patri, nec terram cuspide quassas.* Intelligitur Romanos queri apud pa-
151 trem. Vocativa quoque, *voco te, imploro, clamo, nomino, nuncupo, invoco, accerso.* Illa quoque notanda, quae cum nullum significent actum, sed magis passio-

---

§. 148. *supra dicta verba si conj.* E MSS. Lips. A. Monac. B. adjeci *verba.*

Juvenalis in III. Vulgo: VII. Restitutum numerum exhibent Codd. MSS. Gphb. Monac. B. recteque is habet. Nam Priscianus libros Juvenalis excitare solet, non singularum Satirarum numeros. Fateor tamen, me in priore Volumine hujus editionis aliquotiens falsum numerum reliquisse, qui corrigendus erat. Est Sat. VII. vs. 165. *quid do* restitui pro *quod do* e Codd. MSS. Langer. Monac. B. Gphb. Ed. Erph. Nam *qd*, quod haec editio praebet, significat *quid.*

Cicero Invect. II. Cap. 6. Cf. ea, quae ad Cap. X. §. 94. hujus libri dicta sunt.

Suetonius in IV. Praet. MS. Gphb. *Salustius.*

nem demonstrent, tamen, quia activam habent vocem, accusativo conjunguntur, ut, *trepido, horreo, formido, vito, fugio, recuso.* Similiter *metuo* et *timeo.* Haec autem, cum passive dicuntur, magis actum significant: et e contrario, cum active dicuntur, magis passionem significant, ut, *timeor a te, timorem facio, timeo* vero timorem patior. Lucanus in V. *Dum metuar semper terraque expecter ab omni.* Idem in I. *Foecunda virorum paupertas fugitur, fugam facit,* quod est fugat. Eandem 152
vim habent et similia. Hortativa quoque accusativum adsciscunt, *excito illum, hortor, incito, moneo, agito, stimulo.* Precativa etiam accusativo conjunguntur, *oro, obsecro, obtestor, quaeso, litor, precor, supplico:* hoc non solum accusativo, sed etiam dativo conjungitur. Terentius in Andria: *Huic supplicabo.* Est enim subjectivum plus aliis omnibus, quae sunt ejusdem speciei. Multifida est cum accusativo constructio, *juro, castigo, doceo, illido, calefacio, frigefacio.* Ad sensum perti- 153
nentia, quae Graeci genitivo conjungunt, quasi passionem quoque significantia in ipso actu, ἀκούω σοῦ, ἅπτομαι τοῦ σώματος, αἰσθάνομαι τῆς κνίσσης, ἐγευσάμην τοῦ χρέατος. Excepto video et similibus, quae plus actus habent, quam alii sensus, nos accusativo copulamus, quippe ex activa passivam vocem facientia, ut, *audio te,* et *audior a te, tango te,* et *tangor a te, gusto* et *gustor, sentio* et *sentior.* Similiter omnia activa fere. *Impetro illam rem,* quia et *impetror, patro* et *patror, curo* et *curor, impedio* et *impedior, negligo* et *negligor.* Separativa sive discretiva accusativo, et etiam ablativo cum conjunguntur, ut, *averto illum hac re* et *ab hac re.* Si- 154

---

§. 150. *Virgil. in Buc. Ecl.* VIII. vs. 19. 20. Cir. 405. 6. *Juvenalis in I.* Ea ratione, quam paulo ante, ad §. 149. exposui, recepi e MS. **Langer.** I. pro vulg. II. Est Sat. II. vs. 131. At vide modo negligentiam Prisciani. Nam hoc loco ex duobus Juvenalis versibus, 130. et 131., unum conflavit. MS. Gphb. **pari.**

§. 151. *accerso* dedi e MS. Langer. pro *arcesso.* *Lucanus in V.* vs. 671. Hoc etiam loco, ut supra §. 150., *metuor — exspector* MS. Lips. A. exhibet. *Idem in I.* vs. 165. 66

§. 152. *Terentius in Andria* Act. II. Sc. 1. vs. 12. *ejusdem speciei.* I. Codd. MSS. Langer. Gphb. Monac. B. reposui *ejusdem* pro *illius.* Mox MS. Langer. *multifida.*

§. 153. *illum hac re* omiserunt MSS. Gphb. Lips. A. MS. Lang. *acie* pro *hac re.*

militer *pello*, *amoveo*, *torqueo*, *separo*, *dirimo*, *educo*, et similia. Virgilius in I. Aeneidos: *Nec posse Italia Teucrorum avertere regem.* Cicero in Philippicarum V. *Ab Urbe M. Antonii impetus in Galliam avertere.* Idem Invectivarum III. *Quis tam aversus a vero?* Nec mirum verba sensum significantia, quae habent aliquid passionis, accusativo jungi, cum multa alia quoque sint et activa et neutra, quae quamvis ex ipsa vi ipsius intellectus aliquid pati videantur, accusativis tamen adjunguntur, ut, *amo*, *desidero*, *ardeo*. Virgilius in Bucoli-
155 co: *Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.* Neutra et deponentia, quod superius dictum est, si actum significent, et habeant transitionem ab homine in hominem, accusativo conjunguntur, ut, *facio te doctum*, *sequor hominem*, *miror*, *aspernor*, *suspicor*, *contemplor*, *conspicor*. Unde non irrationabiliter antiquissimi etiam in passiva significatione ea proferebant, quod latius de verbo tractantes ostendimus. Sin haec eadem, id est neutra, vel deponentia passionem significant, passivorum constructionem sibi defendunt, id est dativo vel ablativo conjunguntur, ut, *fio a te doctus*, *vapulo ab il-*
156 *lo*, *exulo*, *nascor*, *patior*. Ad eos autem casus, ad quos

---

§. 154. *Virg. in I. Aen.* vs. 38. *Cic. Phil. V.* Cap. 11. In Ciceronis libris editis hic locus ita legitur: *qui M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit.* Hunc igitur etiam locum corrupit Priscianus, oscitanter libros auctorum aut e memoria reddens aut excerpens.

Idem Invectiv. III. (Cap. 9. ab init.) Edd. omnes II. Codices variant. MS. Langer. II. MS. Gphb. I. Equidem falsum numerum emendare non dubitavi. *Virg. in Buc.* Ecl. II. vs. 1.

§. 156. *Virg. in III. Aen.* vs. 621.

§. 157. *Virg. in I. Georg.* vs. 404. Locus Lucani, qui in Edd. Ald. Bas. Colon. nunc sequitur, e libro quinto, ut Edd. falso tradunt: *Quo tempore primas impedit ad noctem jam lux extrema tenebras*, huc non pertinet. Ergo expuli eum, atque ita discrimen, quod hoc quidem loco inter Edd. Ald. Bas. Colon. et Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Putsch. est, sustuli. In his enim ponitur hic versus post Aristophanis locum, satis incommode. Hunc versum spurium esse hoc etiam declarat. In Edd. vulgatis post *curo* additur *et impedio illam rem.* Haec vero absunt a MSS. Langer. Monac. B. In Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc. legitur tantum *curo illam rem*, omissa voce *impedio*. Ex quo apparet, de constructione verbi *impedire* hic non esse sermonem, quod

conjungitur indicativus, necesse est totius verbi declinationem construi, et participia, et supina, ut, *amo illum, amans illum, amando illum vigilo, amandi causa curro, amandum est illos, amatum eo illum.* Nam in u desinens nominativo adjungitur. Virgilius in III. Aeneidos: *Nec dictu facilis, nec visu affabilis ulli.* Ne mireris tamen, omnia activa ex quacunque voce actum significantia cum transitione Romanos accusativo conjungere, cum Attici quoque tam in eis, quam in aliis constructionum plerisque idem servent.

Quamobrem necessarium esse duximus, multos et XX
diversos usus ab auctoribus utriusque linguae colligere 157
omnium orationis partium, quorum exemplis gaudeant, confidentiusque utantur, qui laudibus utriusque gloriari student doctrinae. Latini *curo illam rem.* Virgilius Georgicon I. *Invidet atque hominum queritur curare triumphos.* Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων primo: Ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυε.
Nos, *sentio illam rem.* Virgilius in X. *Hoc patris Anchi-* 158
sae manes, hoc sentit Iulus. Similiter Graeci dicunt.

---

et proxime sequentia docent. Nec igitur a Prisciano additus est Lucani locus. Quae in Edd. sequuntur: *Graeci φροντίζω καὶ ἐμποδίζω τόδε τὸ πρᾶγμα,* auctoritate Codd. MSS. Lang. Monac. B. Ed. Putsch. omisi.

Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων primo. Cap. 1. §. 11. Hunc locum omiserunt Edd. Erph. Ven. 2. Iunt. Asc. Tamen in Ed. Ven. 1. apparet *primo*, omisso auctoris nomine, quod, cum in Codd. Graecis literis prolatum sit, omitti debebat ab editore, qui Graeca omnia praetermisit. Pro eo, quod in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. legitur, *ἐπεδείκνυε*, scripsi ego *ἀπεδείκνυε*. Error tam facilis fuit, ut pro certo habendus sit. Quae vero in his editionibus adduntur: *Ἐν τῷ αὐτῷ· Ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη,* (Lib. 1. Cap. 2. §. 4.) ea omisi ego propterea, quod ex alio loco huc translata esse videntur. Post haec sequitur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Ald. Bas. Colon. locus Aristophanis: *Καὶ τί δὴ ἐφρόντισας, ὑπὸ τῶν κορέων εἴ τί μου περιλειφθήσεται:* quem ego auctoritate Codd. Langer. Monac. B. Ed. Putsch. omisi. Edd. Ven. 2. Erph. sic: *καὶ τι δη τεφροντισαα υπο των κορεων ει τιμου περιλειφθησεται.* Ed. Asc. *Καὶ τί δὴ τὸ φρόντισαο ὑπὸ τῶν κορέων: εἰ τι μου περι λειφθησεται.*

§. 158. *Virg. in X. vs.* 534.

Similiter Graeci dicunt. Haec ego dedi e Cod. MS. Langer

Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν: Οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε διάνοιαν αἰσθήσῃ καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. Εὐριπίδης: Ἆ,
159 *ἆ, σίγα· κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι τῶνδε γυναικῶν.* Nos, *audio illum.* Virgilius in XII. *Audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit.* Et sic etiam illi. *Δημοσθένης Φιλιππικῶν Γ. Ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω.* Nos, *patior illum.* Lucanus in I. *Pellimur e patriis Laribus patimurque volentes exilium.* *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος: Εἰ μὲν*

Pro his exhibent Edd. Ven. 1. 2. Putsch. *Similiter illi.* Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. *Illi.* Eaedem addunt: *αἰσθάνομαι τόδε τὸ πρᾶγμα.* Haec omittunt Ed. Putsch. Codd. Langer. Monac. Edd. Erph. Asc. dant: *Et Euripides* rel.

Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν. p. 16. ed. Hieron. Wolfii (Bas. 1602. 8.) p. 11. ed. Lang. Ed. Ven. 1. pro *Ἰσοκράτης* exhibet *Socrates.* Hunc Isocratis locum omiserunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *Παραινετικῷ* exhibent Edd. Ald. Bas. Colon. Retinui ego *διάνοιαν* pro *γνώμην*, quod Isocratis libri editi praestant.

Euripides. Hecuba vs. 1060. ed. Porson. Hunc locum non reperies in ed. Putsch. Cum vero reliquae editiones omnes eum exhibeant, retinendum esse putavi. Post hunc Euripidis locum additus reperitur Isaei locus in Edd. Ald. Bas. Colon. Hujus ego vestigium nullum inveni neque in Codd. MSSis, neque in Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Iunt. Putsch. Non igitur prorsus temere eliminasse eum et in imum marginem rejecisse mihi videor. His verbis continetur: *Ἰσαῖος· Τὰ δὲ τοιούτων δὴ μαρτυριῶν οἱ δικάζοντες, τὰ μὲν αὐτοὶ συνειδότες, ὅτι ὑγίαινεν ὁ παῖς, τῶν ἑωρακότων αἰσθανόμενοι μαρτυρούντων, τὰ δὲ ἀκοῇ πυνθανόμενοι.*

§. 159. *Virgilius in XII.* vs. 200.

Et sic etiam illi. Omisit haec Putschius; Edd. Ven. 1. 2. Erph. Iunt. Asc. loco Virgiliano praeposuerunt. Edd. Ald. Bas. Colon. *illi.* Cod. MS. Langer. receptas voces praestat.

ἀκούω τόδε, quod exhibent Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt., omisi ego cum Putschio. Edd. Ald. Bas. Colon. *ἀκούω ἐκείνων*, sive potius *ἐκεῖνον* accommodate ad Latinam formulam effinxerunt.

Δημοσθένης Φιλιππικῶν Γ. Est Olynth. *Γ.* ab initio. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 28. l. 2. In Edd. Ald. Bas. Colon. haec adduntur: *Idem κατὰ Φίλιππον ά. τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι, καὶ τριηράρχους καθίσταμεν, καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα καὶ περὶ χρημάτων σκοποῦμεν.* (Phil. *A.* Cap. 11. §. 5.) *Ἐν τῷ αὐτῷ· ἐβουλόμην δ' ἂν ὥσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τὸ τὰ βέλτιστα ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τὸ τὰ βέλτιστα εἰπόντι.* (Phil. *A.* Cap. 15. §. 4.) Haec obtrusit auctor ed. Aldinae Prisciano. Primum enim num-

ἴστε με τοιοῦτον ὄντα, οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο· οὐ γὰρ ἄλλοθί που
βεβίωκα, ἢ παρ' ὑμῖν, μὴ δὲ φωνὴν ἀνάσχησθε. Nos, *memini* 160
illum rem et illius rei. Virgilius in Bucolico: *Numeros memini, si verba tenerem.* Idem in IV. Aeneidos: *Nec meminisse pigebit Elisae.* *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου:* Ἵνα ζῆν, ὅτε ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε, προαίρεσιν αὐτοῦ τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντας, ὡς προβεβλημένη καὶ ἄπιστος ἦν πρὸς τὸν Φίλιππον. Ὅμηρος Ἰλιάδος Ω. *Μνῆσαι πατρὸς σεῖο, θεοῖς ἐπιεικέλ' Ἀχιλλεῦ.* *Impero tibi;* ἄρχω σοι. Virgilius 161

---

quam Priscianus Philippicam primam hoc numero distinxit; deinde lacuna in ed. Ven. 1., pauca tantum deesse, indicat. Denique Putschii auctoritas minime est spernenda, cum in hac extrema parte librorum Prisciani optimis Codicibus usus esse videatur. Postremum absunt haec ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Harum tamen editionum levior est auctoritas. Quae Edd. Ald. Bas. Colon. praeter illa exhibent: *ἠκούσατε, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸ ψήφισμα*, reperiuntur etiam in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Equidem cum Putschio omisi.

Lucanus in I. vs. 278. Quae Edd. Ald. Bas. Colon. addunt: *Illi ἀνέχομαι vide*, omisi ego auctoritate MS. Langer. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Putsch.

Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. [illegible] lin. [illegible] Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Post *τοιοῦτον* inserui ego e Cod. Mon. B. *ὄντα*. Idem liber omisit *που* post *ἄλλοθι*. Pro hoc loco exhibent Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. haec verba Demosthenis: *οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν, ἃ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' ὅ τι ἄν ποτε συμβῇ, πείσονται.* In Edd. Ald. Bas. Colon. superiori Demosthenis loco addita sunt.

§. 160. *Virg. in Buc.* Ecl. IX. *vs.* 45. *Idem in IV. Aen.* vs. 335. Post hunc Virgilii locum sequuntur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. haec: *Πεῖ μέμνημαι τὰ πραχθέντα τότε, ἐμνήσθην τε τὸ πάθος*, et *Εὐδαίμων ὢν μνησθήσει τῶν φίλων, μάλιστα δυστυχούντων.* Omisi haec a Cod. MS. Monac. B. et Ed. Putsch. Pro *μνησθήσει* in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. legitur *μνησθῆναι*.

Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 349. l. 14. Hunc locum omiserunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. At vero Ed. Ven. 1. Demosthenis nomen recte praestat. E Cod. MS. Monac. B. pro *ὅτι* posui *ὅτε* et *προβεβλημένη* pro vulgato *προσβεβλημένη*.

Homerus Iliad. Ω. vs. 486. Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

§. 161. *ἄρχω σοι.* Sic MS. Langer. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putschius dedit ἄρχω σοῦ.

Virg. in I. Georg. vs. 99.

in I. Georgicon: *Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.* Ἀττικοί· [a] Ἦρχεν Ἀθηναίοις. Latini, *aufero tibi* et *a te.* Similiter *eripio, adimo, amolior, amoveo.* Terentius in Phormione: *Aufer mihi oportet.* Lucanus in V. *Heu quantum fortuna humeris jam pondere fessis amolitur onus.* Virgilius in II. Aeneidos: *Teque his, ait, eripe flammis.* Ὅμηρος Ὀδυσσείας *A.* Αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ. Et per accusativum. Idem Ἰλιάδος
162 *A.* Μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο κούρην. Illi, ἄχθομαι τόδε καὶ τῷδε. Nos quoque, *doleo illam rem* et *illa re.* Similiter *indignor.* Salustius in Catilinario: *Et quasi dolens ejus casum.* Virgilius in II. Aeneidos: *Et casum insontis mecum indignabar amici.* Idem in pri-

---

[a] *Attici,* ἦρχεν Ἀθηναίοις. Sic Edd. Asc. Putsch. MS. Langer. Pessime Edd. Ven. 2. Erph. Iunt. ἄρχω ἀνθρώπων. Edd. Ald. Bas. Colon. ἄρχω ἀνθρώπων, ἦρχεν αἰγιναίοις.
Terentius in Phorm. Act. I. Sc. 4. vs. 46.
Lucanus in V. vss. 354. 55. *Virg. in II. Aen.* vs. 289. Quae Edd. Ald. Bas. Colon. his adnectunt: *Illi* ἀφαιροῦμαί σοι τόδε καὶ ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἀφῃρημένος, omisi ego auctoritate Codd. MSS. Langer. Monac. B. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Putsch.
Homerus Ὀδυσσείας *A.* vs. 9. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. MSS. Monac. B. Langer. exhibent *Homerus Iliadis*, omittunt tamen voces Graecas. Ego Putschii auctoritatem secutus sum.
Idem Iliad. A. vs. 275.
§. 162. *Illi,* ἄχθομαι τόδε καὶ τῷδε. Desunt haec Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. quae ita: *Illi* ἀλγῶ τῷ πάθει καὶ ἀλγῶ τὴν κεφαλήν. Utraque conjuncta exhibent Edd. Ald. Bas. Colon. Auctoritate Cod. Monac. B. scripsi ego τόδε καὶ τῷδε pro τῷδε καὶ τόδε, quod Putschius dedit.
Similiter indignor. Quae in Edd. Ald. Bas. Colon. adduntur: *illam rem et illa re,* recte absunt ab Codd. MSS. Langer. Monac. B. ed. Putsch. Nihil horum omnium legitur in Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt.
Salustius in Catilin. Cap. 40. §. 2. ed. Cort. *Virgilius in II. Aen.* vs. 93. *Idem in primo.* vs. 669.
Attici, ἀκροῶμαί σε καὶ σοῦ. Praeter ea, quae ego dedi, leguntur in Edd. Ald. Bas. Colon. haec: ὑποτάττομαί σοι καὶ ὑποτάττεται ὁ στρατιώτης τῷ στρατηγῷ. Quae, cum aliena sint ab hoc loco, auctoritate Cod. MS. Monac. B. ed. Putsch. omisi. In Edd. Ven. 2. Erph. Asc. haec reperies: ἀκροῶμαι σου ὑποταττομαι σοι και ὑποταττεται ὁ στρατιωτησ τὼσ τρατηγῶ, ἀκρῶμαι σε καὶ σου ηκροωντο υλετοντος και υπακουσον ημων. In Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. priora, ἀκροωμαι σου, omissa sunt, posteriora ita leguntur: ἠκρο-

mo: *Nota tibi et nostro doluisti saepe dolore.* Attici, ἀκροῶμαι σὲ καὶ σοί. *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Οἱ δὲ δικασταὶ ὥσπερ ἐπῳδὴν ἢ ἀλλότριόν τι πρᾶγμα ἀκροώμενοι.* Nos, *ausculto tibi* et *te.* Terentius in Andria: *Pamphilumne adjutem, an auscultem seni.* In eadem: *Ausculta pauca: et, quid ego te velim, et, tu quod quaeris, scies.* Nec enim aliter stat iambus, qui est quaternarius, quod Donati commentum approbat. *Potior illius rei,* et, *illam rem,* et, *illa re.* Cicero in II. Invectivarum: *Rerum potiri volunt.* Terentius in Adelphis: *Ille alter sine labore patria potitur commoda.* Virgilius in primo: *Egressi optata Troes potiuntur arena.* Similiter Attici: 163
ἀπολαύω τούτου καὶ ἀπὸ τούτου καὶ τοῦτο. *Ἀριστοφάνης:* 164

ὄντο τοῦ λέγοντος καὶ ὑπάκουσον ἡμῶν. Recte haec omisit Putschius, cum formula: *ὑπάκουσον ἡμῶν* prorsus sit importuna. Fortasse pro *σοῦ* legendum est *σοί.* De re cf. §. 225.

Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. Oratt. Graeci ed. Reisk. Vol. III. (Aeschinis Vol. I.) p. 582. (Sect. 81.) l. 30.

Terentius in Andria. Act. I. Sc. 3. vs. 4. *Idem in eadem.* Act. III. Sc. 3. vs. 4. Hic versus vitio quodam laborat, quod tollere ego nec volui, nec debui, cum libri tam manuscripti quam typis impressi in lectione recepta consentiant.

Cicero in II. Invect. Cap. 9. *Terentius in Adelphis.* Act. V. Sc. 4. vs. 17. MS. Monac. B. *commodo* pro *commoda.* *Virgilius in I.* vs. 172.

§. 164. *ἀπολαύω τούτου καὶ ἀπὸ τούτου καὶ τοῦτο.* Putsch. *ἀπήλαυσα* rel. Recte *ἀπολαύω* pro *ἀπήλαυσα* edidisse mihi videor. Scribendum certe erat *ἀπ λ υσα.* Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ἀπολαύω τῆς σῆς ὁμιλίας καὶ ἀπήλαυσα τῶν σῶν ἀρετῶν.* Edd. Ald. Bas. Colon. *καρποῦμαι τὴν ἡδονὴν καὶ καρποῦμαι χαρίσματα λαμπρά ἀπολαύω τῆς σῆς ὁμιλίας καὶ ἀπήλαυσα τῶν σῶν ἀρετῶν.* Haec ferri non possunt; neque Priscianus haec scripsisse unquam putandus est. Veteres editores, quotienscunque a Codicibus destituerentur, ipsi formulas effinxerunt, plerumque tam parum prospero successu, ut figmentum sponte appareat. Putschius in his Codices secutus est, eamque ob causam, qui prae caeteris omnibus audiatur, dignissimus.

Ἀριστοφάνης. Plut. vs. 236. Hunc locum exhibent Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. omisit Putschius. *ἀπέλαυσ'* scripsi pro *ἀπήλαυσ'.* Edd. Ven. 2. Erph. Asc. *πώποτε* pro *πώποτε.* Quae vero in his edd. nunc sequuntur: *In sequentibus vero idem: καρποῦμαι τὴν ἡδονὴν καὶ καρποῦμαι χαρίσματα λαμπρά,* ea omisi ego, non solum, ut aliena ab hoc loco, sed etiam, quod absunt a MSS. Langer. Monac. B. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch.

*Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ᾽ οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε. Ἰσοκράτης ἐν
τῷ περὶ τῆς Εἰρήνης· Καὶ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας, ὧν
ἂν λ βωσιν.* Idem in sequentibus: *Δέδοικα, μὴ πειρώμενος
ὑμᾶς εὐεργετεῖν αὐτὸς ἀπολαύσω τι φλαῦρον. Πλάτων ἐν τῇ
τοῦ Σωκράτους Ἀπολογίᾳ· Καὶ εἰ μέν τι ἀπὸ τούτων ἀπέ-
165 λαυον.* Illi, *βόσκομαι τόδε καὶ τῷδε.* Huic simile nos di-
cimus: *pascor hanc rem*, et, *hac re.* Virgilius in II.
Aeneidos: *Et miseros morsu depascitur artus.* Idem
Georgicon III. *Pascuntur vero silvas et summa Lycei.*
Idem in Bucolico: *Frondibus hirsutis et carice pastus
166 acuta.* Attici, *ἀπογινώσκω τοῦτον. Δημοσθένης Φιλιππι-
κοῖς· Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἡγοῦμαι, Φίλιππον, οὔτ᾽ εἰ τὰ*

Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς Εἰρήνης. p. 322. s. f. ed. Hieron. Wolfii (Bas. 1602. 8.) Cap. 12. p. 262. ed. Lang. *Idem in sequentibus.* p. 340. ed. Hier. Wolfii paulo infra med. Cap. 28. p. 278. ed. Lang. Tom. II. p. 222. (ed. Auger.) notante Müntero ad Aristoph. l. l. in ed. Beckio-Invernız. Vol. III. (I. Comment.) p. 125. in imo margine.

Plato in Apologia. Cap. 18. Hunc et antecedentes Isocratis locos omiserunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. In Edd. Ald. Bas. Colon. scriptum legitur: *καὶ μέντοι καὶ τούτων ἀπέλαυον.* Equidem Putschium secutus sum: discessi tamen in eo, quod scripsi *ἀπέλαυον* pro *ἀπήλαυον*, quod ille vitiose dedit.

§. 165. *βόσκομαι τόδε καὶ τῷδε.* Haec ego e §. 193. huc transtuli. Mihi enim minus probantur ea, quae in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. leguntur: *χορτάζω σε ἄρτον καὶ χορτάζω σε ἄρτῳ.* Putschius dedit: *Illi ἀποστεροῦμενος τοῦτο καὶ τούτου.*

Virgilius in II. Aen. vs. 215. *Idem in Georg. III.* vs. 314. Cod. MS. Mon. B. *Lyaei.* Equidem dedi *Lycei* pro *Lycaei.* *Idem in Buc.* Vide sis Georg. III. vs. 231. Retinui ego *Bucolico* pro *Georgicon*, cum Priscianus memoria lapsus esse videatur.

§. 166. *Latini, despero illam rem.* Quae his praemissa leguntur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *Illi ἀπελπίζω νοσοῦντα*, omisi ego auctoritate MSS. Langer. Monac. B. Ed. Putsch. *Lucanus in V.* vs. 474. Edd. ante Putschium *desperate.*

ἀπογινώσκω τοῦτον. Putsch. *τούτων.* *Demosthenes Phil.* Or. 2. p. 69. ed. Keisk.

Euripides. Fragm. Hic locus haud dubie corruptus est. In Edd. Ald. Bas. Colon. legitur *ἀπηλπίκασιν.* Post *ἡμέραν* addidit Putschius *Σατύρου*, quam vocem ipse postea §. 194. omisit. In Edd. Ald. Bas. Colon. neque hic neque infra legitur haec vox. Hae editiones omiserunt etiam *τρίτην ἡμέραν.* Post hunc locum, quem ad usum verbi *ἀπελπίζειν*,

πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ᾽ ἂν, εἰ νῦν ἀπεγίνωσκε Θηβαίους, τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι. Latini, *despero illam rem.* Lucanus in V. *Desperare viam.* Εὐριπίδης· Οὐχ ἑσπέρας φάσ᾽, ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας· τούτους ἀφεστήκασιν ἡμέραν τρίτην. Et nos, *absum tertium diem.* Attici, ἀπέδρα με καὶ μου. Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ· Ὁ γάρ τοι παῖς με, ὁ Σάτυρος, ἀπέδρα. Nos, *fugio te.* Lucanus in II. *Heu demens non te fugiunt, me cuncta sequuntur.* Illi dicunt: ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν καὶ τῇ ὁδῷ. Nos 167
quoque, *ire viam*, et, *via.* Cicero pro Muraena: *Hanc viam, dico, ite viam.* Virgilius in IV. Aeneidos: *Longam incomitata videtur ire viam.* Ἀρτίως καὶ ἄρτι et

---

desperare demonstrandum pertinere putaverunt, posuerunt editores Ald. Bas. Colon. καὶ ἄπεστι τρίτην ἡμέραν. Illud καὶ sane perquam importunum est. Deinde addunt locum ex Eurip. Hec. vs. 32. Nec hic locus satis aptus est. Demonstrat enim usum verbi πάρα, non ἄπεστι.

Attici, ἀπέδρα με καὶ μου. Haec ego dedi ex ed. Putschiana. Totum hunc locum recoxit bonus Priscianus infra §. 195. Edd. Ald. Bas. Colon. Asc. φεύγω σε ὥστε πάντες δὴ πεφεύγασι τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον, καὶ θάρσει πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον διὰ Εὐριπίδης. Haec non sunt scripta a Prisciano. Plato in Prot. Cap. 4.

Lucanus in II. vs. 575. Post hunc locum sequuntur ea, quae nos supra dedimus *Attici*, ἀπέδρα κ. τ. λ. Vel sedes horum verborum demonstrat, haec esse genuina, non illa, quae ante Lucani locum in his edd. posita sunt. Centies enim reperies, ea, quae in Edd. Ald. Bas. Colon. posteriori loco posita sunt, ubi scilicet binae lectiones conjunctae sunt, Codicum auctoritate commendari, quae priori, spuria esse. Ea ipsa, quae nunc sequuntur, hanc sententiam confirmant.

§. 167. *Illi dicunt: ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν καὶ τῇ ὁδῷ.* In Edd. Ven. 2. Erph. Asc. 1u... leguntur haec: ἔρχομαι ταύτην τὴν ὁδὸν καὶ ἔρχου ταύτῃ τῇ τρίβῳ, id est διὰ ταύτης τῆς τρίβου, omissis iis, quae ego ex ed. Putsch dedi. In Edd. Ald. Bas. Colon.: ἔρχομαι ταύτην τὴν ὁδὸν καὶ ἔρχου ταύτῃ τῇ τρίβῳ, i. διὰ ταύτης τῆς τρίβου. καὶ ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν καὶ τῇ ὁδῷ. Vide, quae posteriori loco posita sunt, recte habent. Pronomen ταύτην — ταύτῃ, quod Putschius ex edd. vett. servandum putavit, expuli ego auctoritate Cod. MS. Monac. B.

Cicero pro Muraena. Cap. 12. In edd. Ciceronis legitur hic locus ita: *Istam viam, dico, ite viam.* *Virg. in IV. Aen.* vs. 467.

et praeteritum paulo ante et praesens. MS. Langer. *nunc ipsum et paulo ante vel.*

praeteritum paulo ante et praesens significat apud illos. Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ στεφανηφόρῳ· Ἦν ἀρτίως ἔλειπον, ἢ φάος τόδε οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο. Idem ἐν Ἑκάβῃ· Δακρύω σ᾽ εἰσορῶν πόλιν τε σὴν, τήν τ᾽ ἀρτίως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν. Μένανδρος Ἐπιτρόποις· Εἴσειμι
168 πρὸς σέ· κείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ. Romani quoque adverbium *modo* in eadem utriusque temporis significatione ponunt. Terentius in Phormione: *Modo apud forum: meumne?* *Modo* dixit pro *nuper*. Idem in Eunucho: *Modo ait, modo negat:* pro *nunc ait, nunc negat.* Donatus in secunda arte de nomine: *Sed modo no-*
169 *mina generaliter diximus.* Pro *nunc* dixit *modo*. Illi, βαρύνομαι τούτῳ καὶ τοῦτο. Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ· Μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ ὀσμῇ πρὸ τοῦ δέοντος. Idem ἐν Τραχινίαις· Κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι. Κρατῖνος Χείροσι· Μὴ

Euripides in Hippol. vs. 920. Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Μένανδρος. Desideratur hic locus in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Edd. Ald. Bas. Colon. *ἐν ἐπιτρίτοις.* Putsch. *ἐν ἐπιτρέπουσιν.* Edd. Ald. Bas. Colon. exhibent *κατανοῶ* pro *γὰρ νοῶ* et *δέ γ᾽ εἰς* pro *λέγεις.* In Edd. Ald. Bas. Colon. Ven. 2. Iunt. reperitur etiam hic Luciani locus: *ἄρτι μὲν ἐς τὸ κάλλος, ἄρτι δ᾽ εἰς τὰς πράξεις, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ νῦν μὲν ἐς σπουδὴν, νῦν δὲ ἐς ἡδονὴν ἀποκλίναντος.* Putschium et Cod. Mon. secutus haec omisi.

§. 168. *Ter. in Phorm.* Act. I. Sc. 4. vs. 21. Pro *portam* restitui ego *forum* e Codd. MSS. Mon. B. Langer. Edd. Erph. Ven. 1. 2. Asc.

Idem in Eun. Act. IV. Sc. 4. vs. 46.

Illi, βαρύνομαι τούτῳ καὶ τοῦτο. Haec ego dedi e Cod. MS. Mon. B. In Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. leguntur haec: *Illi βαρύνω τῷδε τῷ πράγματι. Ἀριστείδης, οἶδ᾽ ἤκον οἴνῳ βεβαρηκότες οἱ ναῦται.* Haec omisit Putschius, et recte quidem; cum absint a Cod. MS. Monac. B. In edd. Ald. Bas. Colon. non solum ea, quae antiquissimae editiones exhibent, servata sunt, sed haec etiam praestantur: *ναῦται, καὶ βαρύναμαι τούτοι καὶ τούτῳ καὶ τοῦτο.* Pessime Putschius: *βαρύνομαι τοῦτο καὶ ὑπὸ τούτου βαρύνομαι.*

Sophocles in Philoct. vss. 877. 78. (ed. Erfurdt.). Putschius ita: *ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ: Ὀσμῆς μόνον, ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου, ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῆς ὀσμῆς.* Equidem Edd. Ald. Bas. Colon. secutus sum.

Idem in Trachin. vs. 153. (ed. Erfurdt.). Hi Sophoclis loci non reperiuntur in Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt.

Κρατῖνος. Hic locus abest ab Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. In Edd. Ald. Bas. Colon. leguntur haec: *Idem ὅπως μὴ βα-*

ξυντυχίαν βαρυνόμενοι. Nos, *gravor hanc rem*, et, *hac re*. Virgilius in X. *Quid, si, quod voce gravaris, mente dares*. Nos, *fascino hanc rem*. Virgilius in Bucolico: *Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos*. Attici, βασκαίνει αὐτόν. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ὁ δὲ σιγήσας, ἡνίκα ἔδει λέγειν, ἄν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει. Illi, βουλομένοις ἐστὶν ἡμῖν. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Τῆς δὲ πομπείας ταύτης, τῆς ἀναίδην οὑτωσὶ γεγενημένης, ὕστερον, ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις ἀκούειν, μνησθήσομαι. Salustius in Jugurtino: *Neque plebi militia volenti putabatur*. Γὰρ conjunctio XXI
causalis invenitur; etiam repletiva, vel confirmativa 170
apud Graecos, quomodo et apud Latinos. Homerus Ἰλιάδος O. Οὐ μέν τοι σχεδόν ἐστι πόλις πύργοις ἀραρυῖα· ἀλλ' ἐν γὰρ Τρώων πεδίῳ πύκα θωρηκτάων πόντῳ κεκλι-

---

ρυνθήσεσθέ μου· ἀντὶ ὑπονοῶ μὴ σκληρυνθῆτε τῇ ἐμῇ ξυντυχίᾳ βαρυνόμενοι.

Virg. in X. vs. 626. Auctoritate Codd. MSS. Mon. B. Langer. hunc locum et proxime antecedentia: *Nos* rel. huc ego transposui. Nam in edd. Latina Graecis praeposita sunt.

§. 169. *Nos, fascino hanc rem*. Haec ego restitui Prisciano ex Cod. MS. Langer. *Virg. in Buc. III. vs. 103*.

Attici, βασκαίνω αὐτόν. Ego in his et proxime subsequentibus Putschii vestigia pressi. Riglerus enim haec Monacensis Codicis auctoritate confirmari dixit. Edd. Ald. Bas. Colon. *βασκαίνεται τόνδε*. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iun. ita: *Illi βασκαίνω σοι ἤγουν φθονῶ· βασκαίνω δέ σε ἤγουν μέμφομαι. Ἀριστείδης καὶ τοι βασκαίνειν τὸν ἄνδρα ἀφέστηκα*. Nec edd. Ald. Bas. Colon. haec excluserunt, sed post locum Demosthenis addita exhibent. Ego omisi, cum glossema redoleant.

Demosthenes in Or. pro Ctes. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. pag. 291. l. 21.

Attici, βουλομένοις ἐστὶν ἡμῖν. Haec et ea, quae e Demosthene citantur, absunt ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Salustius in Jug. Cap. 84. §. 3. ed. Cort. *plebi* e Codd. MSS. Mon. B. Langer. dedi pro *plebei*. Plenius hunc locum exhibent Edd. Ald. Bas. Colon. Ego Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Putsch. Codd. MSS. Mon. B. Langer. secutus sum. Contra Codices dedit Aldinus editor *plebe militiam volente*, ita ut luculentissime videas, eum in constituendo Prisciani textu arbitrio suo indulsisse.

§. 170. *Homerus Ἰλιάδος O*. Addidi ego Ἰλιάδος O., ut lacuna expleretur, quae in Edd. Ald. Bas. Colon. est. Sunt versus 737. 39. 40. Abest Homeri locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

μένοι ἑκὰς ἥμεθα πατρίδος αἴης. Abundat enim *γάρ.* *Πλάτων ἢ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ· Τούτων ἤρξατο· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν νῦν φράσω.* Virgilius in quinto: *Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?* Similiter Teren-
171 tius in Adelphis: *Imo enimvero infeliciter.* Attici, *γελωτοποιῶ τόνδε.* Terentius in Eunucho: *Quin insuper scelus postquam ludificatus est virginem.* Illi, *γένει ποδαπὸς, καὶ γένος.* Herodotus: *Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν· Ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος.* Virgilius in V. *Cressa genus Pholoe geminique sub ubere nati.* Idem in VIII. *Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma?* Salustius in Catilinario: *Haec mulier genere atque forma, praeterea viro atque liberis satis fortunata fuit.* *Ἀλλὰ* conjunctionem illi et pro *γὰρ*, et pro *γοῦν* ponunt, quomodo et nos *at* et *vel* et *aut* pro *et*, et pro *saltem*, vel *autem*, etiam pro *valde* invenitur. Illi, *φίλος αὐτοῦ καὶ αὐτῷ, ὅμοιος, προσήκων, ξένος, συγγενὴς, ἀδελφιδοῦς, καὶ τὰ ὅμοια.* Nos quoque, *similis illius* et *illi*, *affinis*, *cognatus*, *hospes*,

---

Πλάτων ἢ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ· Τούτων ἤρξατο κ. τ. λ. Haec ego dedi e MS. Mon. B. Malui enim Codicis lectionem exhibere, quam quae nulla auctoritate confirmata essent. Putschius: *Πλάτων. ἢ κάνθαρος συμμαχεῖαν οὕτως ἤρξατο.* Cf. Athen. Tom. III. p. 143. 150. Schweigh. Edd. Bas. Colon. Ald. *συμμαχεῖαι οὕτως ἤρξαντο.* Haec omnia absunt ab Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. *Κάνθαρος* citatur in Lex. Seguer. (Imm. Bekk.) p. 50. 79. 85. 97. In his vero leguntur haec: *οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, λῆρος, οὐ γὰρ παύσομαι πρὶν ἂν φράσῃς μοι.* *Abundat enim* *κατηγορεῖς γὰρ πρὶν μάθειν τὸ πρᾶγμά μου.* In Edd. Ald. Bas. Colon. iis, quae nos dedimus e Platone, addita reperiuntur haec: *Ἀριστοφάνης· οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, λῆρος, οὐ γὰρ παύσομαι πρὶν ἂν φράσῃς μοι· κατηγορεῖς γὰρ πρὶν μαθεῖν τὸ πρᾶγμά μου.* Cf. Aristoph. Plut. vss. 15. 23. 376. Haec vero omnia absunt a Cod. MS. Monac. B. et ed. Putsch.

Virg. in V. vs. 13. *Ter. in Adelphis.* Act. II. Sc. 3. vs. 37.

§. 171. Pessime Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. pro *γελωτοποιῶ* exhibent *γελῶ τούτῳ.*

Terentius in Eun. Act. IV. Sc. 3. vs. 3.

Illi, γένει ποδαπὸς καὶ γένος. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. *ἕλλην εἰμὶ τὸ γένος. βάρβαρος ὢν τὸ γένος. ἑλληνίζω τῇ φωνῇ, ῥωμαῖος τῷ γένει.* In Edd. Ald. Bas. Colon. haec post locum Demosthenis addita sunt. Recte Putschius omisit.

Herodotus. Lib. I. Cap. 6. *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν.* Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 466. lin. 14. 15.

necessarius, *patruelis*, et similia. Δεῦρο, ἄγε, φέρε, ἄγετε, εἶα, apud illos loco adverbii ponuntur, quomodo apud nos *age* et *agite*. Virgilius in VIII. *Quare agite, o juvenes.* Idem in IV. *Eia age rumpe moras, varium et mutabile semper foemina.* Similiter *agedum*. Graeci quoque δεκαπέντε καὶ πεντεκαίδεκα. Nos contra quindecim, et decem et quinque. Livius tamen frequenter etiam sine conjunctione *septemdecim* et *decemseptem*. Δὴ conjunctio tam completiva quam confirmativa invenitur apud illos. Thucydides, Κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο: quomodo apud nos *vero* et *autem*. Salustius in Catilinario: *Verum enimvero is demum mihi vivere atque frui anima videtur.* Terentius in Adelphis: *Hoc autem angiportum non est pervium.* Cicero in Prognosticis: *Ast autem tenui quae candent lumine Phatnae.* Similiter *nam*, *enim*, *ergo*, non solum causales vel rationales, sed etiam completivae et confirmativae inveniuntur, et praepositivae, et subjunctivae, quomodo δὴ apud Graecos. Ὅμηρος Ὀδυσσείας Α. Ἐξ ἐμέθεν γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι.

172 (margin, line 1) · 173 (margin, at "Similiter nam, enim, ergo")

Virg. in V. vs. 285. *Idem in VIII.* vs. 114.

Salustius in Catilin. Cap. 25, 1. ed. Cort.

Illi, φίλος — ὅμοια. Haec absunt ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. In Ald. Bas. Colon. post συγγενής additum reperitur ἀδελφὸς, quod ferri nullo pacto potest. Recte sustulit Putschius. Post ὅμοια in Edd. Ald. et pedissequis leguntur haec: ὅμοιος εἰμί σοι καὶ ὅμοιος τοῦ πατρός. Male sanus est, qui haec sana judicet, quamvis editionum Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. commendentur. Rectissime haec etiam Putschius delevit, quem ego secutus sum. Jam in Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. sequuntur haec: ὑμεῖς δ' εἴχετ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασι. (Eurip. Hec. 335. ed. Person.) Haec quoque inepte hoc loco exhiberi ego persuasus sum. Nam cum nihil, nisi nomen ὅμοιος cum dativo construi, demonstrent, Priscianus temerarius fuisset, si ea apposuisset. Igitur cum Putschio delevi.

§. 172. *Virg. in VIII.* vs. 213. *Idem in IV.* vs 469.

δεκάπεντε καὶ πεντεκαίδεκα. Haec dedi ego e MS. Monac. B. pro πέντε καὶ δέκα καὶ δέκα καὶ πέντε.

Thucydides. Lib. I. Cap. 1. *Salustius in Cat.* Cap. 2. §. 9. ed. Cort. *Terentius in Adelphis.* Act. IV. Sc. 2. vs. 39. Pro *id* e Codd. MSS. Langer. Mon. B. edidi *hoc*. In Terentii libris editis legitur, *id quidem*.

§. 173. *Homerus* Ὀδυσσ. Α. vs. 33. Pro ἐμέθεν ibi legitur ἡμέων. *ab illo.* Codd. et Edd. antiquissimae a *coelo*. De re cf. Lib.

Hinc Romani omnibus casualibus assumpserunt ablativos, quia praepositio separate adverbiis non praeponitur, a me, a te, a se, ab illo: et quia hujuscemodi casus apud Graecos in comparatione sine praepositione ponitur, hoc quoque nostri sunt imitati. Homerus, *Οὐ γὰρ ἕθεν ἐστὶ χερείων.* Praepositiones enim per compositionem antecedunt adverbia. Illi, *ἐξὸν, ἀντὶ τοῦ ἐξουσίας οὔσης.* Lucanus in VII. *Omnia majorum ver-*
174 *tamus busta licebit,* id est, *si licentia erit.* Duplicant illi praepositiones. Isocrates *ἐν τῷ Αἰγινητικῷ· Ὁρῶν τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκ μὲν τῆς πατρίδος ἐκπεπτωκυῖαν.* Aeschines: *Ἐξορμήσας ἐκ τῆς πόλεως.* Terentius in Andria: *Adeon' ad eum?* Cicero in I. Invectivarum: *Egredere ex urbe, Catilina, jubet consul.* Illi, *ἐξέρχεται τοῦδε καὶ τόδε.* Nos, *exire hanc rem* et *hac re.* Virgilius in XI. *Et vim viribus exit.* Lucanus in VIII. *Exeat aula, qui vult esse pius.* Solinus: *Postquam Tatius hominem exivit.* *Ἐξαιτούμενος τόνδε καὶ τοῦδε.* Terentius in Andria: *Et cum eo hanc injuriam expostulem.* Illi, *ἐξαρκεῖ αὐτοῖς δεδειπνηκόσιν εἶναι καὶ δεδει-*
175 *πνηκέναι.* Nos, *sufficit illis pransis esse* et *prandisse.*

XIII. Cap. 2. §. 5. (Vol. I. p. 561.) *Apollon. Alex. de Adverb.* in *Anecd. Graec.* Immau. Bekkeri Vol. II. pag. 599. *Apollon. Dysc. de Pron.* p. 85. (ed. Bekkeri) Berol. 1813.

Homerus. Iliad. *A.* vs. 114. Pro *οὐ γὰρ* in ed. Wolfiana legitur *ἐπεὶ οὐχ.*

Lucanus in VII. vs. 855. Putschius: *in* X.

§. 174. Isocrates *ἐν τῷ Αἰγινητικῷ.* p. 762. l. 5. 6. ed. Wolf. (Bas. 1602. 8.). Pro his Aeschinis et Isocratis locis Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. haec dant: *αριστοφάνησ προσέρχομαι πρὸσ σε. κατώρυξέ* (vel *κατωρηξε*) *με κατὰ γῆσ κάτω.* Si quid e Rigleri, qui Cod. Monac. excussit, silentio colligere licet, hic liber manu scriptus Isocratis et Aeschinis locos exhibere putandus est.

Terentius in Andria. Act. II. Sc. 1. vs. 15.

Cic. in I. Invect. Cap. V. ab init. Vide modo, quam parum accurate Priscianus locos veterum citaverit.

ἐξέρχεται τοῦδε καὶ τόδε. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. *ἐξῆλθον ἐκ τῆς οἰκίας.*

Virgilius in XI. vs. 750. *Lucanus in VIII.* vss. 493. 94.

Ἐξαιτούμενος τόνδε καὶ τοῦδε. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. Iunt. *ἐξεζήτησα τὴν ἀλήθειαν.* *Terentius in Andr.* IV, 1, 15.

Illi, ἐξαρκεῖ — δεδειπνηκέναι. Sic Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch.

Huic consimile esse videtur, *fieri opus est*, et *facto opus est*, *dici opus est*, et *dicto opus est*, *pugnari opus est*, et *pugnato opus est*. Quomodo enim illa, sic etiam ista participia pro infinitis verbis ponuntur. Salustius in Catilinario: *Nam et priusquam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature facto opus est.* Haec autem elocutio ad passivae significationis pertinet participia, sive absolutae. Illi, ἐξέστησαν τόδε καὶ τοῦδε καὶ τῷδε. *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν*: Ὑπὲρ δὲ δόξης οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέστησαν. Aristophanes *Βατράχοις*: Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν. Huic simile est, *propugno tibi* et *te*. Statius in II. Thebaidos: *Hostili propugnans pectora parma.* Con- XXII
junctioni *si*, quae est ἐὰν, apud illos tam εἰ quam ἐὰν 176
redditur in partitione; pro utraque Romani *si* ponunt: in redditione tamen partitionis plerumque *sin*, ut Virgilius in II. Georgicon: *Sin has ne possim naturae accedere partes.* Idem in primo: *Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor, lucidus orbis erit.* Apud illos tam ἐὰν, quomodo et ὅπως, et ἵνα optativis conjunguntur. Plato in Gorgia: Ὥστ' ἔμοιγε, κἂν τὴν

Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. ἀρκεῖ ἡμῖν ἀριστήσασι καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν ἀριστῆσαι.

§. 175. *Salustius in Cat.* Cap. 1. 8. fin.

Illi, ἐξέστησαν τόδε καὶ τοῦδε καὶ τῷδε — χοροῖσιν. Pro his leguntur in Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Iunt. haec: προῆλθον σοὶ καὶ σοῦ. προΐσταμαί σοι καὶ σοῦ. προλαβών σε καὶ σοῦ. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. ἐξέστην τόδε καὶ τοῦδε. Cf. infra §. 217.

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 460. l. 1. (Est Oratio adv. Lept.)

Ἀριστοφάνης Βατράχοις. vs. 356. ed. Invernizii.

propugno tibi et te. Ita Cod. MS Langer. et Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. MS. Mon. B. *a te.*

Statius in II. Theb. vs. 554. *propugnans* pro *propugnas* dedi ego e Codd. MSS. Mon. B. Langer. Ed. Putsch.

§. 176. *pro utraque.* MS. Mon. B. *utroque.*

Virg. in II. Georg. vs. 283. *Idem in primo.* vs. 459.

optativis conjunguntur. Auctoritate Codd. MSS. Langer. Mon. B. Edd. Asc. Ven. 1. 2. Erph. delevi et *subjunctivis*, quod post *optativis* in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. legitur.

Plato in Gorgia. Cap. XIII. In editis Platonis libris recte legitur ἐθέλησε, non ἐθέλοι.

ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθαι. Homerus: *Αἴθε μοι ὡς μεμαυῖα παρασταίης, Γλαυκῶπι.* Similiter Romani *si*, quod tam pro *εἰ* quam pro *ἐὰν* Graecis conjunctionibus, ut dictum est, accipitur; et *dum*, et *ut*, quando pro *ὅπως* vel *ἵνα* ponuntur, tam optativo quam subjunctivo inveniuntur conjuncta. Virgilius in VI. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat.* Idem in I. Aeneidos: *Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.* Terentius in Phormione: *Ut illum*
177 *Dii Deaeque omnes perduint*, pro perdant. *Ἑαυτὸς* proprie quidem est tertiae personae: invenitur tamen et primae et secundae adjunctum. Menander: *Ἵν' οὐχ ἑαυτῷ παρετράφην, ἀλλά σοι· τουτέστιν οὐκ ἐμαυτῷ.* Romani autem *ipse quidem,* quomodo et illi *τὸ αὐτὸς* et pro prima et pro secunda accipiunt persona. *Sui* vero nunquam nisi tertia invenitur. Virgilius in II. Aeneidos: *Quaeque ipse miserrima vidi.* Illi dicunt *ἑαυτοὺς ἀδικοῦσι,* pro *ἀλλήλους.* Thucydides in III. *Ἡμέρας τε ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης, ᾗ τὰ λαμπρότατα μεθ' ἑαυτῶν πράξαντες, νῦν ἐν τῇδε τὰ δεινότατα κινδυνεύομεν παθεῖν.* De-

---

Homerus. Odyss. *N.* vs. 389. Auctoritate Cod. MS. Mon. ed. Putsch. expuli ego alterum Homeri locum, quem exhibent Edd. Ald. Bas. Colon.: *αἴ κέν μοι δώῃ Ζεὺς αἰγίοχος καὶ Ἀθήνη.* Absunt Homeri loci ab editionibus antiquissimis, Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Virg. in VI. Aen. vs. 188. *Idem in I.* vs. 5.

Terentius in Phorm. Act. I. Sc. 2. vs. 72. *Deaeque* inserui ego e Codd. MSS. Langer. Mon. B. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

§. 177. *Menander.* Hunc locum dedi ego ex ed. Putsch. integrum relinquens judicium, qui corruptum eum censeat. In Edd. Ald. Bas. Colon. legitur ita: *οὐχ' ἀυτῳ γὰρ ἐγράφην ἀλλὰ σοι.* In alia omnia abeunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ἑαυτοὶσ ὠφελεῖτε. ἑαυτοὺσ ἡμεῖσ βλάπτομεν. ἑαυτοὺσ ἐκεῖνοι κατηγορησαν.* Hi editores non raro de suis videntur dedisse, ubi Codicum copiis destituebantur. Cavendum igitur Prisciani editori est, ne temere iis fidem habeat.

Virgilius in II. Aen. vs. 5. Post hunc locum leguntur in Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. haec: *Illi dicunt αὐτὸσ κελεύω. αὐτὸσ κελεύεισ. αὐτὸσ ἐστι. Illi πρὸσ ἀλλήλουσ λέγομεν ἀλλήλουσ βοηθεῖτε, εἰσ ἀλλήλουσ διηροῦντο.*

Thucydides in III. Cap. 59. Libri Thucydidis edidi *μετ' αὐτῶν.* Abest hic locus ab Ed. Asc. *Demosthenes pro Ctes.* Or. 1. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 231. l. 12. Ed. Asc. Graece non raro balbutiens hunc locum ita reddit: *παντα σοῦ νεκροῦ*

mosthenes pro Ctesiphonte: *Πάντας συνέκρουε, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν.* Romani *inter se* dicunt pro hoc. 178
Virgilius in I. Aeneidos: *Artificumque manus inter se operumque laborem mirantur.* Terentius in Adelphis: *Video amare inter se.* Cicero in prima Invectivarum: *Nefario scelere inter se conjunctos.* *Ego* adjungitur primae personae verbi significantiae causa tam apud Latinos quam apud Graecos, *ἐγὼ τὸ πρᾶγμα γινώσκειν δοκῶ.* Demosthenes in Androtionem: *Τὸν πατέρα, ὥς ἀπέκτονα ἐγὼ, τὸν ἐμαυτοῦ.* Virgilius in IV. Aeneidos: *Ego te, quae plurima fando enumerare vales, nunquam, regina, negabo promeritam.* Sin autem addatur etiam *ipse*, discretionem et significantiam auget. Virgilius in V. *Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.* *Juxta* et XXIII
prope et dativo et accusativo junguntur. Plato Legum 179
XII. *Νῦν δ' ὅτι τούτων ἐγγύτατα φιλοψυχίας ἕνεκα.* *Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου: Κἂν τούτοις ἐγγύτατα γένοιο συνοικῶν.* Plato Legum nono: *Ὁ τοῦ τελευτήσαντος γένει ἐγγύτατος.* Virgilius in octavo: *Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem.* Idem in eodem: *Propiusque*

ἐν παττιρος ἑαυτουσ καραττιν. Edd. Erph. Ven. 2. *παντασ ἀδικουσι.*

§. 178. *Virgilius in I. Aen.* vs. 455. *Ter. in Adelphis.* Act. V. Sc. 1. vss. 41. 42. Locus misere corruptus.

Cic. in I. Invect. Cap. ult. s. fin. Qui hunc locum cum Prisciano contulerit, quam negligens Noster interdum fuerit, intelliget. Vulgo legitur: *nefarios*, quod vi expellendum est, quamvis Edd. omnes tueantur. Equidem *nefario* e Cod. MS. Lauper. restitui.

Demosthenes in Androtionem. Orr. Gr. edit. Reisk. Vol. I. p. 593. lin. 13. Graeca omiserunt Edd. Ven. 2. Erph.

Virg. in IV. Aen. vs. 534. *Virg. in V.* vs. 846.

§. 179. Post *junguntur* exhib. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. haec: *ἔγγιον τόπου. ἐγγὺς τῆς πόλεωσ. πλησίον τῆσ ἀγορᾶσ.* Haec non leguntur in MS. Mon. B. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *Plato Legum XII* Edd. Asc. Erph. Ven. 2. XIX. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *decimo.* Cod. MS. Mon. B. *nono.* Omnes falluntur. Est XII p. 945. ed. Steph.

Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. VI. (Lysiae II.) p. 17. Est fragm. orationis deperditae. Scripsi *Ἡγησάνδρου* pro *Ἀγησάνδρου.* Abest hic Lysiae locus ab Edd. Ven. 2. Erph.

Plato Legum IX. p. 866. ed. Steph. bis. Putsch. XIX.

Virg. in octavo. vs. 597. *Idem in eodem.* vs. 558. In Virgilii edd. legitur *timor* pro *metus.*

periclo it metus. Cicero pro Milone: *Proxime deos*
accessit Clodius. Illi dicunt: *ἔγγιστα τόσον καὶ τόσοις καὶ*
180 *τόσοι.* Xenophon Agesilao: *Ἐκεῖνος τοίνυν, ἀγγελίας μὲν*
ἐλθούσης αὐτῷ, ὡς ἐν τῇ Κορίνθῳ μάχῃ ὀκτὼ μὲν Λακεδαι-
μονίων, ἐγγὺς δὲ μύριοι τῶν πολεμίων τεθναῖεν. Καὶ ἐν τῷ
Ἱππαρχικῷ: Καὶ ἡ πόλις ἀνέχεται δαπανῶσα ἐγγὺς τετταρά-
κοντα τάλαντα. Ἀλκαῖος Ἐνδυμίωνι: Ὅδ' εἶχ' ἑλὼν μῆνας
ἐγγὺς τρεῖς ὅλους φρουρατὸν Ἐνδυμίωνα. Salustius in Ca-
tilinario: *Quod tamen vitium propius virtutem erat.*
Idem in Jugurtino: *Propius mare Africum agitabant.*
Virgilius in I. Georgicon: *Propius stabulis armenta*
tenerent. Idem in quarto: *Neu propius tectis.* Idem
181 in tertio: *Et faciem tauro propior.* Nam genitivo ne-
que praepositio, nec adverbium loco praepositionis
positum apud Latinos bene adjungitur: excepto *tenus,*
quod tam ablativo quam genitivo adjunxit Virgilius
in III. Aeneidos: *Pube tenus, postrema immani corpore*
pistris: et Georgicon tertio: *Et crurum tenus a men-*

Cic. pro Milone. Cap. 22.

Illi dicunt ἐγγὺς καὶ ἐγγύτερον καὶ ἐγγύτατον ὤν. dicunt inserui ego e Cod. MS. Mon. et Ed. Asc. *ἔγγιστα — τόσοι.* Ita MS. Mon. B. et Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *ἔγγιστα καὶ ἐγγύτατος ὢν καὶ γόνυ κνήμης ἔγγιον. παροιμία ἐπὶ τῶν τοὺς οἰκείους εὐεργετουντων. ἐγγύτερος του βωμοῦ νεώς.*

Xenophon Ages. Cap. VII. §. 5. Auctoritate Edd. Ald. Bas. Colon. *μύριοι τεθναῖεν* edidi pro *μυρίων τεθνοῦσιν*, uti Putschius edidit. Addidi tamen *τῶν πολεμίων* ad *μύριοι.*

Salustius in Cat. Cap. 11. *Idem in Jug.* Cap. 49.

Virg. in I. Georg. vs. 355. *Idem in IV.* 256. *Idem in III.* 58.

§. 181. *Virg. in III. Aen.* vs. 427. *Idem in III. Georg.* vs. 53.

Graeci. Hanc vocem e conjectura addidi. Nam cum in Codd. Prisciani pro Graecis vocibus $\overset{i}{\overline{gr}}$ vel *g* vel *G.* poni plerumque soleat, vox recepta obliterari facile potuit. *ἐγκώμιον κατὰ τοῦτον* dedi ego e Cod. MS. Mon. B. et Edd. Asc. Erph. Ven. 2. aliisque. Hae tamen editiones iis, quae nos recepimus, praeponunt: *μεχρὶ ποδῶν ἥκει,* quod praetermisi.

Δημοσθένης κατὰ Φιλίππου. B. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 68. lin. 3. Pro *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* legitur in Cod. MS. Mon. *ανδρες ΠCΤΟ.*

Persius. Sat. I. vs. 67. 68.

Δείναρχος. Reliqui hoc nomen, quamvis falsum sit. Antiphon enim scripsit contra Polyeuctum. Cf. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol.

to palaestria pendent. Graeci: *Ἐγκώμιον κατὰ τοῦτον.* Demosthenes *κατὰ Φιλίππου Β.* *Ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι καθ᾽ ὑμῶν ἐγκώμιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* Romani quoque frequenter hujuscemodi elocutione utuntur: *laudem dico in te.* Persius: *Sive opus in mores, in luxum, in prandia regum dicere.* *Ἐγκύκλια* Graeci et de probabilibus et vi- 182
lissimis rebus dicunt. *Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου: Ἀνθρώπου καὶ μισθωτοῦ καὶ πάντα τὰ ἐγκύκλια ἀδικήματα ἠδικηκότος.* Hinc Romani: *in ordinem redactus est,* hoc est, *inter viles et abjectos connumeratus.* Livius in trigesimo ab urbe condita: *Tribuni plebis in ordinem redacti,* pro *contemptissimi habiti.* Hinc etiam *extra ordinem redacti* pro *egregii* dicuntur. Attici, *ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς.* Xenophon *Ἑλληνικῶν Δ.* *Ἦν δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ εὔχαρίς τε οὐχ ἧττον τοῦ Θίμβρωνος, μᾶλλον δὲ συντεταγμένος καὶ ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς.* Virgilius in X. *Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae dejicit.* Similiter dicimus *experiens causarum:* et omnia 185

VII. p. 825. Ed. Asc. *ἐγκύκλιοσ ἀνηρ ὁτοι ὁ τοσ ἐστι* e Dinarcho citat. Cf. Imman. Bekkeri Anecd. Graec. Vol. I. 82. l. 29. coll. 354. lin. 8.

§. 182. *de probabilibus et vilissimis.* Pessime et ineptissime Putschius *utilissimis.* MS. Mon. et Edd. omnes exhibent, quod nos dedimus.

Livius in triges. ab U. C. Cf. Spald. ad Quinct. Lib. I. Cap. 4. (Vol. I. p. 56.). Ita vir ille doctus: „Pro eo [*in ordinem redigere*] Livius fere *cogere in ordinem* dicit, quem Priscianus l. 18. p. 1173. Putsch. *redigere in ordinem* scripsisse l. 30. hoc sensu, narrat. Sed falso ille. Nihil enim ejusmodi in toto eo Livii libro.“ Pergit deinde: „Obiter hic monere liceat, ibidem in Prisciano pro *probabilibus et utilissimis* legendum esse *prob. et vilissimis.*“

pro contemptissimis habiti. Vulgo: pro *contemptissimis habiti sunt.* Nemo non videt, receptam lectionem, quam e Cod. MS. Mon. B. dedi, vulgatae praestare.

extra ordinem redacti. Ultima vox non legitur in Cod. MS. Mon. B.

ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. *πειρῶν τῶν κακῶν. μιμούμενοσ τῶν παλαιῶν. καὶ τῶν χρημάτων ὅς τρίζων τῶν ἐνθάδε.* Nos Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. secuti sumus.

Xenophon Ἑλληνικῶν Δ. Cap. 8. §. 22. Quae his in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. adduntur: *Cic. in Verrem: Experiens virtutis,* ea auctoritate Cod. MS. Mon. B. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Iunt. expuli.

Virgilius in X. v. 752.

fere participialia praesentis temporis vocem habentia genitivis solent adjungi, *amans illius;* similiter *patiens, fidens, fugitans.* Terentius in Phormione: *Herus liberalis est, et fugitans litium.* Virgilius in II. Georgicon: *Et patiens operum parvoque assueta juventus.* Illi, *ἀρέσκει μοὶ περιγινομένῳ θριαμβεύειν*, et rursus: *ἀρέσκει μοὶ νικῶντα θριαμβεύειν.* Unde Aristophanes: *Ἔδοξεν αὐτῷ τόδε πράξαντι τόδ' ἐπεξεργάσασθαι*, et rursus: *Ἔδοξεν αὐτῷ τόδε πράξαντα τόδε ἐπεξεργάσασθαι.* Herodotus *Κλειοῖ: Εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντι τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι.* Nostri quoque, *placet illi vincenti triumphare,*
184 et, *placet illi vincentem triumphare.* Illi *εἰς* pro *ἐν* ponunt. Aristophanes *ἐν τῷ Πλούτῳ: Μὰ Δί', ἀλλ' ὅπερ πάλαι παρεσκευαζόμην ἐγὼ, κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ κράτιστόν ἐστι.* Idem *Σφηξίν: Νύκτωρ κατέκλινεν ἐς Ἀσκληπιοῦ.* Et Thucydides *Πρώτῃ: Καθεζόμενοι εἰς τὸ Ἥραιον ἱκέται ἐδέοντο.* Et Xenophon *Οἰκονομικῷ: Ἢν μή γε φανῇς, ἔφη, καὶ εἰς τοῦτο ταῦτα ἐμοὶ ἐπιστάμενος.* Et Herodotus: *Τὸν θρόνον, εἰς τὸν προκαθίζων ἐδίκαζεν.*
185 Frequenter et Romani *in* praepositionem, quae *εἰς* quidem significat accusativo praeposita, *ἐν* vero ablativo, accusativo pro ablativo adjungentes, hoc imi-

---

§. 183. *Ter. in Phorm.* Act. IV. Sc. 3. vs. 18. *Virg. in II. Georg.* vs. 472.

Unde Aristophanes. Apposui ego e Cod. MS. Mon. B. *unde.* Hunc et sequentes locos omiserunt Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ubi haec legantur, nescio.

Herodotus Κλειοῖ. Cap. 19. In hoc. loco reddendo secutus sum Ed. Putsch. Omisi tamen auctoritate Cod. MS. Mon. *περὶ τῆς νούσου* post *ἐπείρεσθαι.*

§. 184. *Aristophanes Pluto.* vs. 410 — 12. Hunc locum omisit Putsch.

Idem Σφηξίν. vs. 123. Hunc locum ignorant Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Thucydidis locum e Cod. MS. Mon. dedi sic: *καθεζόμενοι εἰς τὸ Ἥραιον ἱκέται ἐδέοντο.* Ald. et Putschius ita reddiderunt: *Ταῦτα δὲ ἱκέται καθεζόμενοι εἰς τὸ ἡρῷον ἐδέοντο.* Cf. infra §. 227. Reperitur hic locus in libro I. Cap. 24. s. fin. Cod. Mon. ita: *Θουκυδιδης Πρωτηι ΚΑθ εζΟΜεΝΟΥ ειC ΤΟΝ ΡΑΙΟΝ ΙΚεΤΑΙ.*

Xenophon Οἰκονομικῷ. Cap. 18. §. 1. Pro *φανῇς* Cod. MS. Mon. *φΑΝΕΙC.*

Herodotus. Lib. I. Cap. 14. Thucydidis, Xenophontis, Herodoti locos praetermiserunt Edd. antiquissimae, Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

tantur. Terentius in Eunucho: *In quem exempla fient*, pro in quo. Idem in Adelphis: *Vereor in os te laudare amplius*, pro in ore. Cicero Invectivarum I. *Si minus in praesens tempus, at in posteritatem impendeat.* *Αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα τόδε.* Thucydides in primo: *Καὶ τότε αἰσθάνοιντο αὐτοὺς μέλλοντας.* *Ἰσοκράτης Παραινετικῷ: Οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε διάνοιαν αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.* Lucanus in IV. *Non sentiet ictus.* Virgilius in IV. Aeneidos: *Sensit enim
simulata mente locutam.* [*Ἀκούω σοῦ λέγοντος καὶ ἀ-* 186
κούω τὸν ἦχον.] Demosthenes Philippicarum tertio: *ὅταν τὲ εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω.* Virgilius in Bucolicis: *Audiat haec tantum vel qui venit ecce Palaemon.* Idem in XII. *Audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit.* Nec licet aliter Latinis 187
supradicta verba conjungere, nisi cum accusativo, *sentio illum, audio illum*; quomodo et *curo, patior, impetro, impedio*, quae Graeci etiam genitivis solent sociare vel dativo. Isocrates Panegyrico: *Οὐκ ἀμνημονῶν οὔτε ἐκείνων.* Demosthenes Philippicarum II. *Οὔτε ἀμνημονεῖ τοὺς λόγους, οὔτε τὰς ὑποσχέσεις, ἐφ' αἷς τῆς εἰρήνης ἔτυχεν.* [Aristophanes: *Οἴμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης.*]

---

§. 185. *Frequenter et.* Addidi ego *et* e Cod. MS. Mon. *Ter. in Eun.* In mente fortasse habuit Act. V. Sc. 7. vs. 21. *in te exempla edent.*

Idem in Adelph. Act. II. Sc. 4. vs. 5. *Cic. in I. Invect.* Cap. 9.

Ad *αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα* addunt edd. praeter Putsch. *καὶ αἰσθάνομαι τοῦ ψίχους ἤγουν αἴσθησιν λαμβάνω.* Cf. supra §. 158.

Ἰσοκράτης Παραινετικῷ. p. 16. ed. Hier. Wolfii (Bas. 1602.). Pro *οὕτω γαρ ἐκείνων* Mon. liber: *ΚΑΙ ΤΑΥΤ ΙΙΙΚωΝ*; pro *αἰσθήσῃ* scriptum exstat *ΑΙCΘΗCει*, pro *σεαυτόν* vero *CΑΥΤΟΝ*.

Lucanus in IV. vs. 277. *Virg. in IV.* vs. 105.

§. 186. *Ἀκούω — ἦχον.* Haec omisit Putschius; caeteri editores omnes exhibent. Equidem uncis inclusi; absunt enim a Cod. MS. Mon.

Dem. Phil. III. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 701.

Virgilius in Buc. Ecl. III. vs. 50. *Idem in XII.* vs. 200.

§. 187. *sociare vel dativo.* Addunt edd. praeter Putsch. omnes *πάσχω τῶν κακῶν καὶ τοῖς κακοῖς, καὶ ἐσουργᾶς ἃ πάσχομεν κακά.* Spuria esse dubitare vix licet.

Demosth. Phil. II. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 69. l. 5.

Aristophanis locum, *Οἴμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης*, Putschius omisit, auctoritate, nisi fallor, Codicum. Exhibetur ab Edd. Ven. 2

Virgilius in IV. Aeneidos: *Nec meminisse pigebit Elisae.* Idem in Bucolico: *Numeros memini, si verba tenerem.* Isocrates in Archidamo: *'Ενθυμηθέντες, ὅτι κάλλιόν ἐστιν, ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι.* Demosthenes *ἐν τῇ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου ἐπιστολῇ: Οὐδὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπέστην τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας, οὐδ' ἀντηλλαξάμην ἀντὶ ταύτης οὐδὲν, οὐ χάριν, οὐκ ἐλπίδας, οὐ πλοῦτον, οὐ δυναστείαν,*
188 *οὐκ ἀσφάλειαν.* Salustius in Jugurtino: *Pro metu repente gaudium mutatur*, id est metus gaudio mutatus est. Horatius in I. Carm. *Saepe Lucretilem mutat Lyceo*, pro *Lyceum mutat Lucretili.* Demosthenes *ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου περὶ τῆς παραπρεσβείας: Οὔτε τῶν τὰ τρόπαια καὶ τὰς ναυμαχίας λεγόντων ἀνέχεσθε.* Idem pro Ctesiphonte: *Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο, οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα, ἢ παρ' ἡμῖν· μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε.* Lucanus in I. *Patimurque volentes exilium.* Nec aliter

---

Asc. Iunt. Erph. Ald. Bas. Colon. In Graecis tamen minus valet Editionum istarum auctoritas.

Virg. in IV. vs. 335. *Idem in Buc.* Ecl. IX. vs. 45.

Isocrates in Archidamo. Cap. 44. p. 212. ed. Lang.

Demosthenes. Oratores Gr. ed. Reisk. Vol. II. p. 1468. l. 18.

§. 188. *Salustius in Jug.* Duos confudit locos. Cf. Cap. 53. §. 8. cum 38. §. 10. *Hor. in I. Carm.* Od. 17. vs. 1. 2.

Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 345. l. 26. *ἀνέχεσθαι.* Cod. Mon. *ανεξeCoe.*

Idem pro Ctesiph. ib. p. 228. l. 17. *Lucanus in I.* vs. 278. Ed. Asc. addit *μανθάνω ποινήν.*

Homerus. Odyss. vs. 423. Wolfius edidit *δουλοσύνης.* Pro *ξαίνειν* edd. praeter Putsch. *ξείνην.*

Xenoph. 'Απομνημον. I. Cap. 1. §. 11. Cf. quae ad §. 157. dicta sunt.

Virg. in Buc. Ecl. X. vs. 28. Post *curat* exhibent Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. haec: *τί δῆτ' ἐφρόντισας, σοῦ δοῦλον φροντιῶ,* quae cum Putschio delenda censui.

§. 189. [*'Εμποδίζω σε.*] Vulgo: *Nec aliter dicimus. ἐμποδίζω σε καὶ σοι.* Putschius: *Nec aliter dicimus Romani.* Uncis tamen Graeca inclusi, cum Ed. Ven. 1. lacunam non habeat.

Xenophon in eodem. Cap. II. §. 4. Hunc locum dedi ego e Cod. MS. Mon. Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Pleniorem protulit Putschius: *ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι καὶ τὴν* rel.

Lucanus in octavo.

Potior—illo. In Ed. Putsch. sequuntur haec: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου: Ἵνα τὴν ὅτ' ἀδωροδόκητος ὑπῆρχεν προαίρεσιν αὐτοῦ τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντες, ὡς προβεβλημένην καὶ*

dicunt Latini. Homerus: *Εἴρια τε ξαίνειν καὶ δουλοσύνην ἀνέχεσθαι.* Xenophon *Ἀπομνημονευμάτων* primo: *Ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυε.* Virgilius in Bucolicis: *Amor non talia curat.*
Nec aliter dicimus Romani *impedio illum.* Xenophon 189
in eodem: *Ταύτην τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη.* Lucanus in octavo: *Quo tempore primas impedit ad noctem jam lux extrema tenebras.* Sic omnes auctores, *potior illius* et *illum* et *illo.* *Αἰσχίνης Τηλαύγει· Τῆς σῆς διανοίας ἔτι μιᾶς γινομένης ἀγαθόν τι ἀπολαυσόμεθα.* Idem: *Καὶ Σόλωνος, ἔφην ἐγώ, τούτοις νόμους τιθέντος ὁμοίως καὶ Ἀθηναίοις ἔτι καὶ νῦν μεγάλα ἀγαθὰ ἀπολαύομεν.* Terentius in Adelphis: *Ille alter sine labore patria potitur commoda.* Cicero Invectivarum secundo: *Rerum potiri volunt.* Virgilius in I. *Optata potiuntur Troës arena.* *Impetro illam rem* dicimus, sic- XXIV
ut et Attici. *Εὔπολις ἐν Δήμοις· Λέγ᾽ ὅτου ᾽πιθυμεῖς·* 190

ἄπιστος ἦν πρὸς τὸν Φίλιππον. Recte hic locus abest a Cod. MS. Mon. Edd. Asc. Iunt. Ven. 2. Bas. Colon. Ald. Erph. Hac ita: *ἀπολαύω τοῦ, τῷδε καὶ τόδε. Idem: ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ᾽ οὐδὲν αὐτοῦ.* Ego auctoritate Cod. MS. Mon. B. huc transposui Aeschinis locos, qui quidem absunt ab Edd. antiquissimis, in Putschiana vero post Virgilii locum *Optata — arena* positi sunt.

Αἰσχίνης Τηλαύγει. Falso Putschius scripsit *Τηλαυγεῖ*, eamque vocem traxit ad orationem contextam. Est potius inscriptio dialogi deperditi, quem Aeschines Socraticus conscripsisse traditur. Cf. Fabricii Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. XXIII. et Intpp. ad M. Antonin. Lib. VII. Cap. 67. ubi in ed. Wolliana haec notata reperiuntur: „*Τηλαύγους* (pro *τηλαυγῆς*) legit Menagius ad Laertium l. 2. segm. 24. et 61. et eum secutus Dacier. et *Telaugem* philosophum intelligi putant, Pythagorae filium et Empedoclis magistrum, quem dialogo quodam Telaugis nomine insignito perstrinxit Aeschines. Vide Menagium locis supra nominatis, ut et in historia mulierum philosopharum in capite de Theano.“

Terentius in Adelphis. Act. V. Sc. 4. vs. 17. *Cic. in II. Invect.* Cap. 9.

Virg. in I. vs. 172.

§. 190. *sicut et Attici.* Edd. Ven. 2. Erph. addunt *ἑρμηνεύω τὴν λέξιν.* Recte haec omiserunt MS. Mon. B. Edd. Ald. Bas. Asc. Colon. Putsch.

Εὔπολις ἐν Δήμοις. Graecas voces hujus loci omiserunt Edd. Ven. 2. Erph. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Iunt. ita exhibent: *λέγε τοῦ ἐπιθυμεῖς καὶ οὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.* Melius Ed. Asc. *λέγε τοῦ πιθυμεῖς.* Equidem emendavi hunc lo-

καὶ οὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ. Idem *Προσπαλτίοις· Πάντα γὰρ τυχὼν ἄπει. Prospicio illum et illi. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Καὶ ὁ μηδέποτε τοὺς πολεμίους ἀντιβλέψας.* Virgilius in VI. *Prospexit longe venientem.* Idem in I. *Et alto prospiciens.* Terentius in Adelphis: *Prospiciam mihi. Memini illius rei et illam rem. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Ἵνα τὴν, ὅτε ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε, προαίρεσιν αὐτοῦ τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντες, ὡς προβεβλημένη καὶ ἄπιστος ἦν πρὸς τὸν Φίλιππον. Ὅμηρος Ἰλιάδος ι. Μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὔτι νέον γε.* Virgilius in IV. *Nec meminisse pigebit Elisae.* Idem in Bucolico: *Numeros memini, si verba tenerem.*

191 Nos, *attinet ad illam rem*, ἀνήκει πρὸς τόδε. *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου· Φόνον οὐ πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλελείψεται.* Terentius in Eunucho: *Scis tu turbam hanc te propter esse factam et adeo ad te attinere hanc omnem rem.* Illi ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι τῇ πόλει. Pro hoc Latini dicunt, *dignus est, odio esse urbi*, et, *dignus*,

---

cum ex Immanuelis Bekkeri Anecd. Graec. Vol. I. (Lex. Seguer. *Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων*) p. 462. l. 4. ubi sub voce *ἀτυχεῖν* haec leguntur: *Ἀτυχεῖν: τὸ μὴ τυγχάνειν τινὸς, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις ἐν Δήμοις· λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς· οὐ γὰρ ἀτυχήσεις ἐμοῦ.* In Prisciano tamen retinendum erat *οὐδὲν* propter consilium, quo hic locus adducitur. Demonstrare enim vult Noster, *ἀτυχεῖν* cum accusativo construi.

Idem Προσπαλτίοις. Scripsi ego *Προσπαλτίοις* pro *προστάττοις*, quod Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. praestant, ex Ed. Asc. quae *προοπαλπιοις* exhibet. Ita jam Putschius emendaverat. Cf. Imman. Bekkeri Anecd. Graec. Vol. I. (Lex. Seguer.) p. 95. 98. 99. 328. 442. 462. ubi eadem fabula commemoratur. Sequentia vitiose leguntur in Edd. Ald. Bas. Colon. ita: *πάντα γὰρ τυχὼν αὐτῇ.* Ed. Asc. *αἰτι.* Recte Putsch. *ἄπει.*

Virg. in VI. Hunc ego locum non novi. Confudit fortasse Aen. VI. 357. et III. vs. 306. vel 652. et V. 444. *Idem in I.* vs. 127. *Terentius in Adelphis.* Act. IV. Sc. 2. vs. 50.

Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου. Cf. supra §. 160. Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. exhibent haec: *Demosthenes ἐν τῷ περὶ Στεφάνου· τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὶ μέμνηται.*

Ὅμηρος Ἰλιάδος Θ. vs. 527. Hunc locum descripsi ex Edd. Ald. Bas. Colon. At vero Edd. Asc. Iunt. Putsch. — *ἐγὼ νέον οὔτι παρός γε.* Infra §. 241. ipse Putschius rectius edidit.

Virg. in IV. 335. *Idem in Buc.* Ecl. IX. vs. 45.

§. 191. *Λυσίας.* Fragm. *Ter. in Eun.* Act. IV. Sc. 6. vs. 6. *Scis* pro *scin* dedi ego e Cod. MS. Mon. B.

qui sit odio urbi. Virgilius in VII. *Dignus patriis qui laetior esset imperiis, et cui pater haud Mezentius esset.* *Μηνύω σοὶ καὶ ἀγγέλλω σὲ* dicunt illi. Cicero Verrinarum II. *Nuncio tibi, inquit, hodiernis comitiis te esse absolutum.* Illi *ἀπέχομαι τούτου καὶ τοῦτο.* Nos quoque *absti-* 192
neo illius et illum et illo. Plato *Πολιτειῶν* primo: *Οὐκ ἀπεσχόμην τὰ μὴ διὰ τοῦτον ἐλθεῖν.* Idem Legum XII. *Καὶ θέλοι ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων.* Terentius in Adelphis: *Non manum abstines magistia.* Horatius in libro Carminum III. *Mox ubi lusit satis, abstineto dixit irarum calidaeque rixae.* Virgilius in VII. *Abstinuit tactu pater, aversusque refugit foeda ministeria.* Demosthenes: *Καὶ περιῆν ἐν βαιοῖς τεθνάναι τῷ δέει τὸν Φίλιππον.* Huic simile est illud Virgilianum: *Fremit arma juventus.* Et in Bucolicis: *Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.* Attici dicunt *βόσκομαι τόδε καὶ τῷδε.* Huic simile est, 193
pascitur illam rem et illa re. Virgilius in II. Aeneidos: *Et miseros morsu depascitur artus.* Idem in III. Georgi-

---

Illi — πόλει. Edd. Asc. Bas. Ald. Colon. *ἄξιος ἐστὶ μισεῖσθαι ὑπὸ τῆς πόλεως ὁ δεῖνα.* Putschius cum Ald. Bas. Colon. addidit: *Hyperides ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους.* Equidem haec cum Ed. Asc. omisi. Nam, si genuina sunt, praeponenda erant Graecis vocibus, quibus non sententiam certi cujusdam scriptoris sed formulam grammaticam contineri puto.

Virgilius in VII. vs. 573. *Μηνύω — σέ.* Haec ex Edd. Asc. Erph. Iunt. Ald. Ven. 2. Bas. Colon. dedi. Putschius: *ἀνάγγειλα πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τῇ βουλῇ.*

Cicero Verrin. II. Vulgo *Invectivarum*, quod falsum esse patet. Receptam lectionem exhibet Cod. MS. Mon. Est Act. I. Cap. VII.

§. 192. *Plato Πολιτειῶν primo.* v. Ind. Pro *διὰ τοῦτον ἐλθεῖν* Edd. Ald. Bas. Colon. *οὐκ ἐπὶ τοῦτον ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου.* Ed. Asc. *το μη ο το μηουδιά τουτὸν ἐλθεῖν.*

Idem Legum XII. Edd. Ald. Bas. Colon. *II.* Putsch. *θέλοι.* Edd. Ald. Bas. Colon. *ἔθει.* Ed. Asc. *ἐλοι* — *ἀμοτρειων.*

Ter. in Adelphis. Act. V. Sc. 2. vs. 6. *Horatius in Libro Carm. III.* Od. 27. vs. 69.

Virg. in VII. vs. 618.

Demosthenes. Edd. Ald. Bas. Colon. *καίπερ ἃ ἐν εὐβοίᾳ τέθηκα ἀποδαίει τὸν φίλιππον.* Ed. Asc. *καὶ περίην ἐν βαιοισ τεθηαν ἀπωδεῖε τὸν φίλιππον.*

Virgilianum. Aen. VII. vs 460. *Et in Buc. Ecl. II.*

§. 193. *βόσκομαι τόδε καὶ τῷδε.* His addunt Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *βόσκεται τὴν ὕλην τὸ πῦρ.* Putsch. *ἀποστερούμενος τοῦτο καὶ τούτου.*

Virg. in II. Aen. vs. 215. *Idem in III. Georg.* vs. 458.

con: *Pascuntur vero silvas et summa Lycei.* Idem in eodem: *Frondibus hirsutis, et carice pastus acuta.* Idem in Bucolico: *Hinc tibi quae semper vicino ab limite sepes*
194 *Hyblaeis apibus florem depasta salicti.* Horatius in III. Carminum: *Me nunc Thressa Chloe regit dulces docta modos et citharam sciens.* Homerus: *Πολέμων εὖ εἰδώς.* Euripides: *Οὐχ ἑσπέρας φάσ', ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας, τούτους ἀφεστήκασιν ἡμέραν τρίτην.* Huic simile est illud Virgilianum in VIII. *Parte alia Marti currumque rotasque volucres instabant.* Idem etiam dativo adjunxit in I. Aeneidos: *Instans operi regnisque futuris.* Attici *ἐκάθηντο τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν Μακεδονίᾳ.* Virgilius in primo Aeneidos: *Una cum gente tot annos bella gero.* Idem in
195 nono: *Omne aevum ferro teritur.* Nos dicimus *despero illum.* Lucanus in V. *Desperare viam et ventos convertere cursu sola salus.* Attici quoque, ut Demosthenes: *Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἡγοῦμαι Φίλιππον, οὔτ' εἰ τὰ πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ' ἂν εἰ νῦν ἀπεγίνωσκε Θηβαίους τοὺς ἐκείνων ἐχθροῖς συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι.* Illi *ἀπέδρα με* et *ἀπέδρα μου.* Plato in Protagora: *Ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα.* Similiter Romani, *fugio illum et ab illo.* Lucanus in II. *Heu demens non te fugiunt, me cuncta sequuntur.* Virgilius in III. *Effugimus scopulos Ithacae,*
196 *Laertia regna.* Attici dicunt *ἄπιστος τούτου καὶ πρὸς τοῦτον.* Similiter nos *perfidus et infidus et fidus isti et ad istum.* Lucanus in octavo: *Quamque fuit laeto per treis infida triumphos, tam misero fortuna minor.* Virgilius in

---

Idem in eodem. vs. 231. Cod. MS. Mon. *hirsutus.*

Idem in Buc. Ecl. I. vss. 54. 55.

§. 194. *Horatius in III. Carminum.* IX. 9. *Eurip.* Fragment. *Virg in VIII.* vs. 434. Cod. MS. Mon. *Martis.*

Idem in I. vs. 504. Post priorem Virgilii locum addunt Edd. Asc. Erph. *ἐνιστησι μοι καὶ ἐνισταται τοῖς πωλεμιοισ.*

Attici ἐκάθηντο rel. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Antiquissimae *πράττω μεγάλα.*

Virg. in I. Aen. vs. 47. *Idem in IX.* 609.

§. 195. *Lucanus in V.* Cf. ad §. 166. *Demosthenes* Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 69. lin. pen.

Plato in Protag. Cap. 4. *Lucanus in II.* vs. 575.

Virgilius in III. vs. 273. His e Virgilio allatis addunt Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. *φεύγω σέ. ὥστε πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκετέσιον διά. καὶ φεύγω ἀπὸ σοῦ καὶ ἀπὸ τῆς πατρίδος, φόνου.* Recte haec omisit Putschius, quem secutus sum.

nono: *Hic Dardanio Anchisae armiger ante fuit fidusque*
ad limina custos. Illi ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν καὶ τῇ ὁδῷ. Sic
etiam Latini, ut Cicero pro Muraena: *Hanc viam dico,*
ite viam. Virgilius in quarto Aeneidos: *Longam inco-*
mitata videtur Ire viam. Illi ἀρέσκω αὐτὸν, καὶ ἀρέσκομαι
αὐτῷ. Nos *placo illum* et *placor ab illo,* vel *placor illi,*
et *placeo illi.* Attici ἄρχω τοῦδε καὶ τόδε ἀντὶ τοῦ κατάρχω. 197
Sophocles *Λακαίναις*· Θεοῖς ἄρ' οὔ ποτ' εἴ τι χρὴ βροτὸν λέ-
γειν, ἄρξασι Φρυξὶ τὴν κατ' Ἀργείους ὕβριν ξυναινῶ ταῦτα,
μὴ μάχου βίᾳ. Nos quoque soli accusativo *incipio, exci-*
pio verba conjungimus. Virgilius in Bucolico: *Incipe*
Maenalios mecum mea tibia versus. Impero vero, quando
ἄρχω, id est ἡγεμονεύω significat, dativo conjungitur,
quando vero προστάσσω, dativo simul et accusativo.
Virgilius in primo Georgicon: *Exercetque frequens tellu-*
rem atque imperat arvis. Frequenter illi εἰς praepositio- 198
nem pro ἐν ponunt. Aristophanes *Σφηξίν*· *Νύκτωρ κα-*
τέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ. Et Herodotus: Θρόνον εἰς τὸν
προκαθίζων ἐδίκαζεν. Et Thucydides πρώτῃ: *Καθεζόμενοι*
εἰς τὸ Ἥραιον ἱκέται. Et Ξενοφῶν *Οἰκονομικῷ*: *Ἢν μή γε*
φανῇς, ἔφη, εἰς τοῦτο καὶ ταυτὰ ἐμοὶ ἐπιστάμενος. Frequen-
ter et Romani *in* praepositionem accusativo pro ablati-
vo jungentes hoc imitantur. Terentius in Eunucho:
In quem exempla fient, pro in quo. Idem in Adelphis:
Vereor in os te laudare amplius, pro in ore. Attici εἰς- 199
ῆλθέν με τὸ δέος, καὶ εἰσῆλθέ μοι. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ
τῆς *Εἰρήνης*· *Περὶ ἧς μηδεὶς πώποτε λογισμὸς αὐτοῖς*

---

§. 196. ἄπιστος rel. Edd. Ald. Erph. Bas. Colon. πιστὸς καὶ ἄπιστος rel. Ego Edd. Asc. Putsch. secutus sum.

Lucanus in VIII. v. Ind. *Virg. in IX.* vs. 647.

ἀπελθεῖν — ὁδῷ. Cf. supra §. 167. ubi loci etiam sequentes notati sunt.

§. 197. *Attici ἄρχω — κατάρχω.* Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. Bas. Ald. Colon. ἄρχομαι λέγειν καὶ ἄρχομαι τοῦ λόγου καὶ ἄρχω τοῦδε καὶ τόδε ἐπὶ τοῦ κατάρχω. *Euripides: αἱ αἱ κατάρχομαι νόμων βακχείων ἐξ ἀλάστορος.* Hunc ego locum, qui reperitur in Hec. 655. 86., omisi, cum absit ab Ed. Putsch. et Cod. MS. Mon. B. prorsusque alienus esse videatur. Sequens *Sophoclis* locus abest ab Edd. Ven. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Ego eum ex Ed. Putsch. dedi.

Virg. in Buc. Ecl. 8. *Virg. in I. Georg.* vs. 99.

§. 198. *Frequenter illi.* Cf. de locis proxime sequentibus supra §. 184.

§. 199. *Isocrates ἐν τῷ περὶ τῆς Εἰρήνης.* Cap. 35. p. 290. ed. Lang.

εἰσῆλθεν. Πλάτων Πολιτειῶν primo: *Εἰσέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντίς.* Lucanus in X. *Intravit Cleopatra domum.* Virgilius in X. Aeneidos: *Subiit mucronem ipsumque morando sustinuit.* Idem in VII. *Jamque propinquabant portis muroque subibant.* Idem in sexto: *Jam subeunt Triviae lucos atque aurea tecta.* Et illi ἐκκέκοπται τὸν ὀφθαλμόν. Virgilius huic simile in I. *Nuda genu nodoque si-
200 nus collecta fluentes.* Frequenter εἰ pro ἐὰν ponunt auctores Graecorum. Homerus: *Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψη, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.* Idem: *Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται· εἰ δέ κε μὴ δώωσιν.* Romani pro εἰ et pro ἐὰν si ponunt. *Εἰπέ μοι* dicunt Attici etiam ad multos. Huic simile Terentius in Adelphis: *Aperite aliquis actutum.* Idem in Eunucho: *Nescio quid absente nobis domi turbatum est.* Illi εἰς Διονύσου. Terentius in Adelphis: *Ubi ad Dianae perveneris.* Illi εἷς ἕκαστος. Nos *unusquisque.* Plato Πολιτειῶν III. *Ὅτι εἷς ἕκαστος ἓν μὲν ἂν ἐπιτήδευμα καλῶς ἐπιτηδεύοι, πολλὰ δὲ οὔ.* Salustius in Catilinario: *Unumquemque nominans laudare.* Cicero: *Singulas uni-
201 uscujusque domos.* Participia pro verbis ponunt Attici, quod frequenter faciunt Latini. Xenophon Ἱέρωνι: *Ἐπεὶ δὴ ταῦτα αὐτοῦ ἤκουσεν, ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· ἔοικεν, ὦ Ἱέρων, μέγα τὶ εἶναι ἡ τιμὴ, ἧς ὀρεγόμενοι οἱ ἄνθρωποι.* Ἀντὶ τοῦ ὀρέγονται. Φρύνιχος: *Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, μή*

Plato Πολιτείας primo. p. 330. e. ed. Steph.

Lucanus in X. vs. 355. In Lucani edd. legitur *invasit.*

Virg. in X. vs. 798. *Idem in VII.* vs. 161. VII. scripsi pro VIII. *portis muroque* pro *castris murosque* e Cod. MS. Mon. B.

Idem in VI. vs. 13.

Virg. in I. vs. 320.

§. 200. *Homerus.* Iliad. *Α.* 83. *Idem.* ib. vs. 136.

Attici etiam ad multos. Deesse videtur aliquid. Equidem puto, *singularem numerum.*

Ter. in Adelph. Act. IV. Sc. 4. vs. 25. *Adelphis* dedi pro *Eunucho*, quamvis Priscianum ipsum in nomine fabulae errasse putaverim.

Idem in Eunucho. Act. IV. Sc. 5. vs. 7.

Terentius in Adelphis. Act. IV. Sc. 2. vs. 43.

Plato Πολιτ. III. p. 394. e. ed. Steph. Ego addidi *Illi εἷς ἕκαστος. Nos unusquisque.*

Salustius in Catilin. Cap. 21. §. 4.

§. 201. *faciunt Latini.* Addunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

μ' ἀτιμάσας γένῃ, pro μή με ἀτιμήσῃς. Terentius in Andria: *Quid meritus*, pro *quid meruisti*. Hoc Romani faciunt in omnium passivorum, et deponentium, et communium praeteritis, per quae participiis utuntur pro verbo, adjungentes verbum substantivum, frequenter tamen et per ellipsim ejus, per se participia loco verborum funguntur, ut Virgilius in I. Aeneidos: *Certe hinc Romanos olim volventibus annis, hinc fore ductores, revocato sanguine Teucri, qui mare, qui terras omni ditione tenerent, pollicitus*, deest es. Cicero pro Ligario: *Queritur se prohibitum*, deest esse. Illi εἰς ὀρθὸν φρονῶ 202
et εἰς ταύτην πρόθεσιν. Salustius: *In hunc modum disseruit*, pro hoc modo. Illi μυστήρια αὐτὴν ἦγεν pro εἰς μυστήρια. Virgilius in primo: *Italiam fato profugus*, pro in Italiam. Illi εἰς ἓν pro ὁμοῦ. Nos quoque *in unum* pro *simul*. Salustius in Catilinario: *In unum convocat*. Illi εἰς ὅσον ἡλικίας, καὶ οὐδενὸς χεῖρον. Nos quoque *hoc aetatis*, et *nihilominus*. Illi ὅτι μάλιστα. Terentius: *Cum maxime Parmenone opus est*. Ἑκάτεροι de plebe duplici apud illos dicitur. Simile Virgilius in I. *Et saevum ambobus Achillem*. Illi ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ παντὸς τρόπου, καὶ πάντα τρόπον, καὶ κατὰ πάντα τρόπον: nos vero *omnimodo*. Ἕκαστος et ἕκαστον de duobus non dicunt, quo- 203
modo nec apud nos *quisque*. Homerus: Ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. Idem: Λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ

Ald. Bas. Colon. *Aristophanes: Ταῦτ' οἶμαι λέγουσιν ἀπατῶντες, δρώντων ἀτεχνῶς ὅτι χρήσουσι pro δράτωσαν.* Hunc locum Putschii et MS. Mon. B. auctoritate omisi. Ed. Asc. εἶμε pro οἶμαι.

Xenophon Ἱέρων Pessime Putsch. *Hieroni*. Cap. 7. in Ed. Asc. ita: τειδηρο αὐτ' αγκονο εν ὁ σιμωνιδης πενθοικεν τοι ἔργῳ μεγαπειν ἀντὶ τοῦ ὀρ γοιται. Similiter Cod. MS Mon. post ἔοικεν ita pergit: *Τωι ΤεΡ/ωιΜε ΓΑχιιΝ ΑΝΤΙ ΤοΤ οΡΕΓΙ.ΝΤΑΙ*. i. e. ὦ Ἱέρων, μέγα τι εἶναι, ἀντὶ τοῦ ὀρέγονται. Idem liber ab initio δὴ pro vulg. δέ. In sequenti Phrynichi loco φίλτατ' et μή μ' scripsi pro φίλτατε et μή με.

Virg. in I. Aen 234. *revocato sanguine*. Omisi praepos. a auct. Edd. Ven. 1. 2. Cf. § 108.

Cic. pro Lig. Cap. 3. *Salustius*. Respici puto *Jugurt*. Cap. 84. s. fin.

§. 202. *Virg. in I.* vs. 2. *Salustius in Catil.* Cap. 17. §. 2. *Terentius*. Respici puto Phorm. Act. I. Sc. 4. 26.

Virg. in I. vs. 458.

§. 203. *Homerus*. Od. *Α*. 349. Hunc locum omisit Cod. MS. Mon. B. *Idem*. Il. *Α*. 487. Post hunc locum, omissus βιαζο-

νῆας ἕκαστοι ἐσκίδναντο. Βιάζομαι σὲ καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ tam passivam quam activam habent significationem. Et nos multa habemus variae significationis verba, ut *ruo, moror, propinquo,* tam activam quam absolutam habent significationem. *᾿Ελπίζω* non solum de bono illi dicunt, sed etiam de malo. Herodotus in primo: *᾿Ελπίζων γὰρ ὁ ᾿Αλυάττης σιτοδηΐην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν τετρύσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ.* Virgilius in quarto Aeneidos: *Hunc ego si potui tantum sperare*
204 *dolorem.* *᾿Ελαττοῦμαι τούτοις καὶ τοῦτο* Atticum est, quomodo etiam apud nos inveniuntur *doleo* et *gaudeo, laetor his* et *haec.* Salustius in Catilinario: *Ea populus laetari et merito dicere fieri.* Virgilius in Bucolico: *Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet.* Salustius in Catilinario: *Et quasi dolens ejus casum.* Attici *ἔλαβε δίκην* tam de accusatore, quam de reo dicunt. Similiter nos. Virgilius in quarto Aeneidos: *Ulta virum poenas inimico a fratre recepi.* Idem in XII. *Pallas te hoc vulnere, Pallas immolat et poenas inimico ex sanguine su-*

μαι — ὑπὸ σοῦ, ita pergit Cod. MS. Mon. *ιεναι eΓOιde eKACTOCe AωNde ΠACAMφKIπελAON CITeNCaNTεC. EKaC CICeN* pro *eKeeCeHNa eT ΠοιHCeN.*

Βιάζομαι σὲ — ὑπὸ σοῦ. His praeponit Ed. Asc. ea, quae proxime sequuntur, *tam passivam quam activam habent significationem.*

Herodotus in I. Cap. 22. Edd. Erph. Ven. 2. cum Graeca Herodotei loci ignoraverint, haec addunt: *Thucydides: ἐλπίσας τε μέγα ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογότατον.* Haec absunt a Cod. MS. Mon. Leguntur in Thuc. *A.* init. *Virg. in IV. Aen.* vs. 419.

§. 204. *᾿Ελαττοῦμαι τούτοις καὶ τοῦτο.* Ita Putschius, quem secutus sum. Nam quae Edd. antiquiores exhibent: *ἄχθομαι, χαίρω, ἥδομαι τούτοις καὶ τοῦτο,* ea ad sequentes Latinas formulas efficta esse videntur. Nulla quidem Codicum auctoritate commendantur.

Salustius in Catilin. Cap. 51. §. 29. ed. Cort. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. et Cod. MS. Mon. B. *et* exhibent pro *ea.* Nec tamen potui, quin Putschium sequerer, *ea* praestantem. Illa enim lectione recepta non solum nervus probandi huic loco inciditur, sed Salustio etiam, quod repudiavit, obtruditur.

Virgilius in Buc. Ecl. III., vs. 88. *Salustius in Catil.* Cap. 40. §. 2.

ἔλαβε δίκην. Haec est lectio Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. neque, nisi temere, sollicitanda. At vero Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. *λαμβάνω ποινάς.* Hic locus mihi luculentissime probare videtur, antiquissimos editores haud raro Graecas voces ad suum arbitrium substituisse.

mit. Idem in secundo Aeneidos: *Idque audire sat est, jamdudum sumite poenas.* Attici, ἐλάττων τόσων καὶ τό- 205
σοις. Similiter nos *minor tot annos:* nam *minor XXX annorum* cum dicimus, ad genitivum deest, *illo qui est XXX annorum*, ἥττων τούτου τριάκοντα ἐτῶν, et similia. Horatius *major Neronum* dixit in IV. Carminum: *Dejecit acer plus vice simplici major Neronum.* Subaudiendum enim est *aetate.* Idem *minor fratrum* dixit, pro *unus fratrum qui minor est.* Lucanus in quarto: *Et reppulit aestus, fortior Oceani.* Intelligitur *aestibus.* Idem in primo: *Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae.* Subaudiendum est hic quoque ablativus *ara.* Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν ὑπὲρ προικός: Ἔπειτα ὡς ἔλαττον ταῖς χιλίαις ἐκομισάμην. Ἐμποδὼν pro *in praesenti* dicunt. Thucydides in VIII. Τὰς ἐμποδὼν αἰτίας μόνον ἐπισκοπεῖν. Terentius in Adelphis: *Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa quae futura sunt prospicere.* Attici, ἐμποδίζω ἐκεῖνον. Ἰσο- 206
κράτης πρὸς Ἀντίπατρον: Ἔτι δὲ καὶ τόσῳ μᾶλλον εὐκρινὲς

Virg. in IV. Aen. vs. 656. *Idem in XII.* vs. 949. *Idem in II. Aen.* vs. 103.

§. 205. ἐλάττων τόσων καὶ τόσοις. Hanc lectionem exhibent Edd. Asc. Iunt. Putsch. Ab Edd. Ven. 2. Erph. τοσουσ χρονουσ ελαττων. Edd. Ald. Bas. Colon. ἐλάττων τόσων ἐτῶν καὶ τόσοις ἔτεσι. Dubitari vix potest, quin genuina sint ea, quae nos dedimus.

Horatius in IV. Carm. 14. vs. 13. *Idem* e Cod. MS. Mon. dedi pro *item.* Hoc quidem loco bonum Priscianum memoria lapsum puto. Fortasse legendum est: *item minor fratrum dicitur.*

Lucanus in IV. vss. 102. 103. *Idem in primo.* vs. 446.

Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν rel. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. II. p. 1029. l. 24. ἔλαττον pro ἐλάττων dedi ego ex ed. Asc. Hunc Demosthenis locum omiserunt Edd. Ven. 2. Erph. exhibent haec: τουτο εστι το υγιαινειν και το πλουτειν τοσε λεγειν διωσωσι ου μεσυγγραφει αλλα τοδε [illegible] μαλιστα. Haec quid sibi velint, ingenue fateor, non intelligo. Mox *in praesenti* dedi e Cod. MS. Mon. pro *praesenti*, omissa praepos. *in.*

Terentius in Adelphis. Act. III. Sc. 4. vss. 23. 24.

§. 206. ἐμποδίζω ἐκεῖνον. Putsch. ἐμποδίζειν ἡμᾶς καὶ ἡμῖν. Edd. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. cumulatis exemplis: κωλύω, καθείργω, ἐπέχω, ἐμποδίζω ἐκεῖνον. Equidem postrema servavi.

Ἰσοκράτης πρὸς Ἀντίπατρον. Ridiculus error sive Prisciani si-

ὄν· ἀλλ' ἔχων ἀνάστασιν ἐνόμιζεν ἐμποδιεῖν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τῶν πραγμάτων. Romani quoque, *impedio illum*, ut jam ostendimus. *Justum* pro *vero* et *verum* pro *justo* frequenter tam nos, quam Attici, ponimus. Sophocles *Αἴαντι*: *Δίκαιος γόνος*, pro *vero*. Nostri quoque *verum* pro *justo* et *justum* pro *vero* frequenter ponunt. Virgilius in XII. *Quaecunque est fortuna, mea est, me verius unum pro vobis foedus luere et decernere ferro, verius* dixit pro
207 *justius*. Attici ἐμμένω τούτοις καὶ ἐν τούτοις, ἐνεπλέχθην τούτοις καὶ ἐν τούτοις. Nos quoque *permaneo his* et *in his*, *implicor his* et *in his*. Ἐμβλέπω αὐτῷ καὶ αὐτὸν καὶ εἰς αὐτόν. Sic et nos *prospicio illi* et *illum* et *in illum*. Virgilius in primo: *Et alto prospiciens*. Terentius in Adelphis: *Prospiciam mihi*. Κατανεύω σε ποιήσειν. Aristophanes in Babyloniis: Ἐννεύει με φεύγειν οἴκαδε. Nos quoque similiter, *annuit me fugere domum*. Et ad dativum dicunt tam illi quam nos, ἐννεύει μοι ποιεῖν, *annuit mihi facere*. Attici ἔνδον pro εἴσω, et ἔνδοθεν pro ἔνδον ponunt, adverbia quae sunt in loco pro ad lo-
208 cum, et quae sunt ad locum pro in loco ponentes. Nostros quoque auctores invenimus hujuscemodi figura utentes. Virgilius in IV. Aeneidos: *Ejectum littore egen-*

---

ve librariorum. Leguntur ea, quae sequuntur, in Ep. IV. p. 734. ed. Lang.

Justum pro vero — ponimus. Haec ego inserui e Cod. MS. Mon. B. Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Iunt. Omiserunt haec Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Nec, fateor, nimis placent. At vero, si, quae displiceant, tollere velis, non Critici, sed tyranni vel scriptoricidae personam ages.

Sophocles Αἴαντι. Supra edidi: *Euripides Αἴαντος*. Cf. Lib. XVII. §. 169. Igitur parum mihi constitisse multis videbor. Fieri tamen potest, ut ipsa inconstantia principiis vel legibus certis nitatur. Equidem Codices sequendos putavi. Hi vero ipsum Priscianum inconstantiae haud raro arguunt. Ita quidem et hoc loco. Godofredus Hermannus respici putat Ajacem Soph. vs. 547. (vs. 542. ed. Erf.) εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν. Hoc mihi non tantum probabile, sed certum videtur. Nam frequenter Priscianum locos scriptorum confudisse, turbasse et corrupisse, id nemo facile negaverit. Ed. Erph. *Sophocles*. *Δικαιον εστι. δίκαιον pro vero*. Ed. Asc. γονὸς pro γόνος.

Virg. in XII. vs. 694.

§. 207. ἐνεπλέχθην — τούτοις. Putsch. ἐμπέπληγμαι. Equidem lectionem Edd. Erph. Ven. 2. Ald. Bas. Colon. servavi. Haec absunt ab Ed. Asc. Abesse posse non negaverim.

Virg. in I. vs. 127. *Ter. in Adelphis*. IV, 2, 50.

tem suscepi, pro *ad littus*. Illi, *ἐγκατέσκηψεν εἰς τόνδε τὸν τόπον, καὶ ἐν τῷδε, καὶ περὶ τόνδε*. Nos quoque, *astitit illum locum* et *illo* et *illi* et *circa illum*. Virgilius in quinto: *Olli coeruleus supra caput astitit imber*. Isocrates in Areopagitico: *Ἐν ταῖς αὐλητρίσιν*, pro in loco, in quo habitant tibicines. Huic simile Cicero in primo Invectivarum: *Dico te venisse nocte priore inter falcarios*, id est, *in locum, ubi sunt falcarii*. *Ἐνέγκων ὄνο-* 209
μα Attici dicunt pro *ἔχων*. Virgilius in IV. Aeneidos: *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis tuque puerque tuus*. *Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ*: *Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δὴ τὰ τῆς μοχθηρίας τῆς ἠλιθιότητος τῆς ἐμῆς*. Similiter nos, *cogito quae sunt difficultates stoliditatis meae*. Illi, *ἔνιοί τινες*; nostri *certi quidam*. *Ἕνεκα* est quando praetermittunt Attici. Thucydides in principio: *Τὰς αἰτίας προσέγραψα πρῶτον τοῦ μήτινα ζητῆσαί ποτε, ἐξότου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη*. Romani quoque frequenter hac praetermissione utuntur in genitivo nominum, quae supinorum terminationes habent, ut, *populi servandi laborat*, *reipublicae defendendae periclitatur*, deest *causa*. Salustius in Jugurtino: *Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit*. Thucydides I. *Καὶ αὖθις*

ἔνδον — ἔνδον. Ed. Erph. *ἐνταυθα pro ἐνταυθοῖ, εσω* (rectius Ven. 2. *ἔσω*) *pro ενδον*.

§. 208. *Virgilius in IV. Aen.* vs. 373.

ἐγκατέσκηψεν εἰς — περὶ τόνδε. His praemittunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Ald. Bas. Colon *Ἵδρυμαι περὶ τὴν ἀκρόπολιν, παρίσταμαι τῷ τάφῳ καὶ τάφον καί*, quae ego omisi, cum a Cod. MS. Mon. et ed. Putsch. absint.

Virg. in V. vs. 10. *Isocr. in Areop.* Cap. 18. p. 232. ed. Lang.

Cicero Invect. I. Cap. 4. *nocte priore* pro *priore nocte* dedi ego e Cod. MS. Mon.

Virg. in IV. vs. 93.

Cratinus ἐν Πυτίνῃ. Recte sic Putschius. Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *Poetina*.

Thucydides in principio. Cap. 23. Addidi ego e Cod. MS. Mon. Edd. Asc. Erph. Ven. *in principio*. Post *πρῶτον* omisi ego *καὶ τὰς διαφοράς*, auctoritate Cod. MS. Mon. Ed. Asc. Ita enim illa: *καὶ τὰς αιτιας προσεγραψα πρωτον του μητινα ζητησαι ποτε ἐξουου τοσουτοσ πολεμοσ τοισ ἑλλησιν καγεστη*.

Salustius in Jugurtino. 35.

Thucydides I. Cap. 40.

210 ἑνὸς δέον τριακοστῷ ἔτει, pro ἑνὸς δέοντος. Inde dicunt nostri *undeviginti*, *undetriginta*, *duodeviginti*, *duodetriginta*, et similiter per caeteros denarios numeros. Horatius *undeoctoginta* dixit in secundo Sermonum: *Unde octoginta annos natus, cui stragula vestis;* hoc est LXXX annos aetatis habens, *unde unum.* Attici ἐναντίον τοῦδε pro coram illo. Terentius in Andria: *Idque gratum fuisse adversum te habeo gratiam.* Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τῷ κήρυκι: ἀντὶ τοῦ ὑπηγόρευεν. Romani *verbis praeire* et *jurare in verba illius*, id est, *quomodo ille dictaret.* Horatius in Epodo: *In verba jurabas mea arctius atque hedera procera astrin-*

XXV *gitur ilex.* Attici ἐντρέπομαι τοῦτο καὶ τούτου. Hinc Ro-

211 mani *pudet me istius rei* dicunt. Plato Κρίτωνι: Νῦν δὲ οὔτε ἐκείνους τοὺς λόγους αἰσχύνῃ, οὔτε ἡμῶν τῶν νόμων ἐντρέπῃ. Idem in Phaedro: Ὁ γὰρ οὔτε κέντρων ἡνιοχικῶν

Non audiendus hoc loco Putschius, qui post ἑνὸς δέοντος addit: *et* δυοῖν δεόντοιν, omissa deinde particula *Inde.*

§. 210. *Horatius in II. Serm.* 3. vs. 118. *Terentius in Andria.* Act. I. Sc. 1. vs. 15. *Idque* pro *Id* dedi ego e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. In Terentii editionibus legitur: *et id.*

Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 362. l. 18.

Horatius in Epodo. XV. vss. 14. 15. Falsum est, quod in Ed. Putsch. paulo ante legitur, *illi* pro *ille.* Typothetae culpa hoc vitium admissum videtur.

§. 211. *Attici* ἐντρέπομαι τοῦτο καὶ τούτου. Proxime sequentium enunciationum ordo in Cod. MS. Mon. et in Edd. antiquissimis diversus est ab eo, qui in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. obtinet, quemve nos etiam instituimus. In Cod. Mon. et Ed. Asc. Andocidis locus positus est post „*pudet me istius rei dicunt*", eumque excipiunt haec: *Hinc Romani, misereor tui. Plato* — ἐντρέπει. Tum sequuntur reliqua. In Edd. Erph. Ven. 2. Iunt. haec leguntur: *Attici,* ἐντρέπω αὐτον, αἰσχύνομαί σε καὶ αἰσχυνόμενος τὴν ἡλικιαν. *Hinc Romani pudet me istius rei dicunt.* ελεω τον δυστυχουντα καὶ ἐλεησον με. *Hinc Romani misereor tui. Plato. G.* Tum in his etiam editionibus reliqua certo ordine sequuntur. Equidem ab ordine recepto discedere non debui. Jam bene enim omnia et singula cohaerent, ut non nisi temere disturbentur. Sponte etiam apparet, Graeca, quae in Edd. Ven. 2. Erph. Iunt. adduntur, pessime esse excogitata.

Plato Κρίτωνι. Addidi ego Κρίτωνι e Cod. MS. Mon. Est

οὔτε μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται. Euripides in Alcmaeone: *Ἐπεὶ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπῃ πατρός.* Sophocles in Oedipode ἐπὶ Κολωνῷ: *Ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν᾽ ἐντροπὴν ἢ φροντίδ᾽ ἕξειν.* Idem in Tyranno: *Μήτε παρεντραπῇς τόδε.* Alexis Ἑλένης ἁρπαγῇ: *Ἀκόλαστός ἐστι, τὴν δὲ πολιὰν οὐκ ἐντρέπεται.* Terentius in Phormione: *Non pudet vanitatis?* Idem in Adelphis: *Fratris me quidem pudet pigetque.* Idem in Adelphis: *Pudet nihil.* Et no- 212
ta, quod tam ad reverentiam honestae personae, quam ad pudorem turpis, refertur supradicti constructio verbi, ut, *pudet me patris*, pro *erubesco patrem*, et *pudet me vanitatis*, pro *erubesco propter vanitatem.* Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ Μυστηρίων: *Τῆς μὲν τύχης, ᾗ ἐχρησάμην, δικαίως ἂν ὑπὸ πάντων ἐλεηθείην.* Hinc Romani *misereor tui.* Attici ἐνδέξια καὶ ἐναρίστερα antepenultimo acuto adverbialiter proferunt. Similiter nos, *dextra illum*, et

---

Cap. 14. Pro οὔτε ἡμῶν οὔτε τὸν νόμον scripsi οὔτε ἡμῶν τῶν νόμων. Nam illa prorsus sunt inepta.

Idem in Phaedro. p. 188. ed. Ast. (Plat. Opp. Vol. I.) p. 254. a. ed. Steph.

Euripides in Alcmaeone. Fragm. fab. dep. *Ἐπεὶ τεκόντος.* Ita dedi ex Ed. Asc. levi mutatione facta. Sic enim illa: ἔπ᾽ οὐτεκοντοσ οὐδεν ἐντρεπη πατροσ. Edd. Erph. Ven. 2. *Euripides in alcinoone G.* Ed. Iunt. ἔπ᾽ οὐτεκόντος — ἐντρέπει — Edd. Ald. Bas. Colon. ἐπ᾽ οὔτ᾽ ἐκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός. Ed. Putsch. *Τί τοῦτ᾽ ἑκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός.* Conf. Intpp. ad Eurip. Fragm. et Valck. ad Phoen. 576. et Diatr. p. 146.

Sophocles Oed. Colon. vs. 299. 300. Cod. MS. Mon. *HΠIINN ФPONTIA* δεξειν. Ed. Asc. *Sophocles in Oedipode.* ιερεο ολονον (ὁ ἐπὶ Κολωνῷ?) καὶ δοκειτε τοῦ τιφα οὔ τ᾽ ἵνα ἐντρεπειν ἢ φροντιδα ἐξειν. Sophoclis binos locos omiserunt Edd. Erph. Ven. 2.

Terentius in Phormione. Act. III. Sc. 2. 40. *Idem in Adelphis.* Act. III. Sc. 4. 28. 29. *pudet pigetque* pro *pudet et piget* dedi ego e Cod. MS. Mon. Ed. Asc.

Idem in Adelph. II, 2, 36. Jam sequitur in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *Idem in Adelphis. quem neque pudet quicquam.* (Act. I. Sc. 2. vs. 4.) Hic locus abest a Cod. Mon. Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Propter hanc rationem ego etiam omisi eum.

§. 212. *Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ Μυστηρίων.* Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. IV. pag. 32. l. 29. 30. pro πάντων legitur ἡμῶν et ἐλεεῖν scriptum exstat pro ἐλεηθείην in Edd. Ald. Bas. Colon. Abest hic locus ab Edd. vett. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

sinistra illum. Salustius in Jugurtino: *Dextra Adherbalem assedit.* Homerus: *'Αλλ' ἄνα, εἰ μέμονάς γε*, pro *ἀνάστηθι.* Virgilius in III. Aeneidos: *O mihi sola mei*
213 *super Astyanactis imago: super* pro *superes.* Attici, *ἐξέστησαν τόδε καὶ τοῦδε καὶ τῷδε. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν: Πάντα ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσαν, περὶ δὲ δόξης οὐδένα ποτὲ κίνδυνον ἐξέστησαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προσαναλίσκοντες ἐτέλουν. 'Αριστοφάνης Βατράχοις: Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσι, ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει.* Solinus in Memorabilibus: *Tatius hominem exivit.* Virgilius in quinto: *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit. 'Επιστατήσει ὑμῶν καὶ ὑμῖν. Θεόπομπος Στρατιώτῃ: Γυνὴ Θρασυμάχου ὑμῶν, γυνὴ καλῶς ἐπιστατήσει. Πλάτων Νόμων δωδεκάτῳ: Γυμνικῶν τε καὶ ἱππικῶν ἄθλων ἐπιστάτας. Κρα-*

Salustius in Jug. Cap. 11. *Homerus.* Iliad. *X*, vs. 247.
Virgilius in III. Aen. vs. 489.
§. 213. *Attici ἐξέστησαν τόδε καὶ τοῦδε καὶ τῷδε.* Haec est aperta Cod. MS. Mon. lectio, quam et supra §. 175. exhibuimus. Ita enim hic liber manuscriptus: *ΕξΕCΤΗC αΝΤΟde καΤ ΤΟΤde ΚΑΙ Τωlde.* Haec omisit Putschius. Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. haec proferunt: *ἐξῆλθον τοῦ πολέμου ἐξῆλθεν τῶν σῶν πολεμίων χείρων, καὶ ἐξέρχομαι τῆς οἰκίας· ἔξιθι τῶν κινδύνων. ἐξέστησαν τόδε καὶ τοῦδε καὶ τῶδε.*
Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. I. 1. (Est Or. adv. Lept.) Hunc locum omiserunt editt. antiqu. Putschius omisit *τῶν* ante *ἀτελειῶν*, quod ego e Cod. Mon. reposui. Edd. Bas. Ald. Colon. nomen auctoris operisque inscriptionem praetermiserunt. Putschius ab initio haec adjecit: *Χρήματα μὲν γὰρ πλεῖστά ποτε κτησάμενοι.* Edd. Ald. Bas. Colon. *Δεδημένοι πάντα* rel.
Aristophanes Βατράχοις. vss. 356. 57. Huncce locum omiserunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Cf. supra §. 175.
Solinus in Memorabilibus. Cap. I. §. 21. ed. Bip. Cf. Prisc. Lib. I. Cap. V. §. 28. (p. 27. Vol. I.)
Virgilius in V. vs. 438.
Θεόπομπος Στρατιώτῃ· Γυνὴ Θρασυμάχου ὑμῶν. Haec egregie restituit Putschius. Absunt haec et proxime sequentia — *ἐπιστατήσει* ab Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Reliquae coecutientes balbutiunt, ita quidem: *ἔθ' ὅπως στρατῷ τῆς ἡμέρας ἀλλαχοῦ ὑμῶν* rel. Ne quis tamen Putschium temere posuisse existimet, proferam Cod. MS. Mon. lectionem: *eeΟΤΤΟCCΤΡΑ τωΤΗ CΙΝΝ.* Haec quidem non nimis perspicua sunt; apparet tamen, lectionem Putschii Codicum auctoritate commendari.
Πλάτων Νόμων δωδεκάτῳ (Putsch. *δυοδεκάτῳ*). p. 949. a. ed.

τῖνος Θράτταις: *Τὴν πέρυσι βουλὴν ἐφεστώς.* Romani *in- 214*
sto illi et *illum.* Virgilius in I. Aeneidos: *Instans operi*
regnisque futuris. Idem in VIII. *Parte alia Martis cur-*
rumque rotasque volucres instabant. Idem in VIII. *Heu*
quantae miseris caedes Laurentibus instant. Attici ἐπι-
τροπεύειν αὐτὸν καὶ αὐτοῦ. Nostri accusativo soli adjun-
gunt hoc. Virgilius in V. *Tutatur favor Euryalum.*
Attici, ἐπεβάλοντο τῇδε τῇ πράξει, καὶ τήνδε τὴν πρᾶξιν. 215
Romani *conor illam rem.* Virgilius in nono: *Ac co-*
nantem plurima frustra. Ἐπιδείξεις ποιῶν καλῶς καὶ ποι-
εῖν καλῶς. Similiter Latini ostendentes, *faciens bene* et
facere bene. Virgilius in II. Aeneidos: *Sensit medios*
illapsus in hostes, pro *se illapsum esse.* Illi, ἐπιδεδικά- 216
σθαι τοῦδε, et nos *damnatus pecuniarum repetundarum.*
Attici, ἐπιλέλησμαι τοῦδε καὶ τόδε. Homerus: *Τοῦδ᾽ οὐκ*

Steph. *ἐπιστάτας* pro *ἐπιστάτης* e Platonis libris editis reposui.

§. 214. *Attici ἐνίσταμαί σοι.* Haec ante Cratini locum inserunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. et insuper addunt: *ἐνιστην* (vel *ἐνίστην τῷ πολεμίῳ*). Cum Putschio et Edd. Ald. Bas. Colon. ego omisi. *Cratini* locum dedi ex ed. Putsch. Pro *Θράτταις* Edd. Ald. Bas. Colon. *ἐρέταις.*

Virg. in I. Aen. vs. 504. *Idem in VIII.* vs. 434. *Idem in VIII.* vs. 537.

adjungunt. Vulgo, *jungunt.* Compositum praestat Cod. MS. Mon. *Pro ἐπιτροπεύειν — αὐτοῦ* Edd. Erph. Ven. 2. *ἀντιλαμβάνω σου καὶ σοὶ προΐσταμαι σοὶ καὶ σου.*

Virgilius in V. 343.

§. 215. *Virgilius in IX.* vs. 398. Pro *ἐπεβάλοντο — τὴν πρᾶξιν*, quae Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. exhibent, leguntur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. haec: *βιάζομαί σε ἐσθίειν καὶ βιάζεται πάντας.* Haec minus commoda vel potius absurda esse, me non monente, intelligitur.

Ἐπιδείξεις ποιῶν καλῶς καὶ ποιεῖν καλῶς. Sic Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Putsch. At vero Edd. Ven. 2. Erph. *λέγω ἔχειν καλῶς καὶ ἔχειν.* *Virg. in II. Aen.* vs. 377.

Post Virgilii locum leguntur in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. haec: *Statius in VIII. Thebaidos: Non aliter caeco nocturni turbine Cori* (Edd. Ald. Bas. Colon. inepte *chori*) *scit peritura ratis*, pro *scit, se perituram.* Haec absunt a Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. His auctoritatibus commotus delevi ego hunc locum.

§. 216. *Illi ἐπιδεδικάσθαι τοῦδε.* Sic Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. In Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Iunt. *ζημιοῦ ἐπὶ θανάτῳ ἢ χρημάτων.*

Homerus. Ἰλιάδος X. vs. 387. *Xenophon K. Παιδείας ς'.* Cap. III

ἐπιλήσομαι. Ξενοφῶν Κύρου παιδείας ϛ'. Ὅπως, εἴ τις τὶ εἴη ἐπιλελησμένος, μετέλθοι. Μένανδρος Κυβερνήταις: Ἐπελάθετο αὐτὸν, ὅστις εἴη. Virgilius in II. Aeneidos: *Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Graios.* Idem in III. *Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.* Illi, ἐπεξιέναι τῷ πράγματι, καὶ τὸ πρᾶγμα. Nos, *exequi rem, consilium.* Illi, ἐπιχωριάζει εἰς Ἀθήνας καὶ ἐν Ἀθήναις. Et nos, *habitat Romae* et *habitat Romam.* Virgilius in VIII. *Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem, quis deus, incertum est, habitat deus.* Idem in III. Aeneidos: *Nondum Ilium et arces Pergameae steterant,*
217 *habitabant vallibus imis.* Simile est huic, *ejicitur in litus* et *litore.* Virgilius in IV. Aeneidos: *Ejectum litore egentem suscepi.* Idem in IX. *Volat hasta*

---

§. 1. *εἴη ἐπιλελησμένος* pro *ἐπιλελησμένος εἴη* dedi ego e Cod. MS. Mon. et Ed. Asc.

Virg. in II. Aen. vs. 148. *Idem in III.* vs. 629.

Illi, ἐπεξιέναι τῷ πράγματι καὶ τὸ πρᾶγμα. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. In alia omnia abeunt Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ita enim hae: *Illi ἕπομαί σοι καὶ σε καὶ ἕπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον.*

consilium. In editionibus, quotquot oculis usurpavi, omnibus legitur *solum*, quod mihi quidem minus probatur. Levi igitur mutatione facta scripsi *consilium*, quod ad *exequi* prae caeteris accommodatum esse videtur.

ἐπιχωριάζει εἰς Ἀθήνας καὶ ἐν Ἀθήναις. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *κατοικῶ τὰς Ἀθήνας καὶ Ἀθήνησιν.*

Virg. in VIII. vs. 352. *Idem in III.* vs. 110.

§. 217. *Simile est huic.* Desunt haec in Cod. Mon. B. *Virg. in IV. Aen.* vs. 373. *Idem in IX.* vs. 418.

ἐξ Ἀθηνῶν ἀντὶ τοῦ Ἀθήνηθεν, ἐν Ἀθήναις ἀντὶ τοῦ Ἀθήνησιν. Haec exhibent Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putschius: *ἐπὶ τούτου τοῦ χωρίου καὶ ἐπὶ τούτῳ ἔστησαν τρόπαιον.* Haec minus commoda esse videntur. Utraque conjungunt Edd. Ald. Bas. Colon. Ea tamen praeponunt, quae Putschius dedit.

in sorte pro sorti. Editiones omnes *in Sorte pro Sorti* majuscula litera initiali scriptum proferunt. Quod valde displicet. *Sorti* frequenter pro *sorte* poni ab auctoribus, constat. At vero tum non est tertius, sed sextus casus. Videtur ergo Priscianus scripsisse: *in sorte pro sorte*, nisi praepositio delenda est, quod malim. Tum vero retinendum esset *sorti.*

Illi τοσούτων ἐτῶν καὶ ἔτεσι τοσούτοις dicunt. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς Εἰρήνης· *Πολλῶν ἐτῶν οὐδὲ ἰδεῖν αὐτοῖς ἐξεγένετο τὴν [ἀρχὴν] αὐτῶν.* Huncce locum e conjectura emen-

Tago per tempus utrumque: pro *in Tagum.* Ἐξ Ἀθηνῶν, ἀντὶ τοῦ Ἀθήνηθεν· ἐν Ἀθήναις, ἀντὶ τοῦ Ἀθήνησι. Latini frequenter, et maxime historici ablativis utuntur cum praepositione pro genitivis et dativis *in loco* significationem habentibus, ut, *in Tyro* pro *Tyri*, et *in Taurominio* pro *Taurominii*, et *in sorte* pro *sorti.*
Illi ἐτῶν τοσούτων καὶ ἔτεσι τοσούτοις dicunt. Ἰσοκράτης 218
ἐν τῷ περὶ τῆς Εἰρήνης· *Πολλῶν ἐτῶν οὐδὲ ἰδεῖν αὐτοῖς ἐξεγένετο τὴν [ἀρχὴν] αὐτῶν.* Nostri accusativo et ablativo, inveniuntur tamen et genitivo usi. Cicero in I. Invectivarum: *Qui dies futurus esset ante diem VI. Kalendarum Novembrium: Kalendarum* pro *ante Kalendas.* Cujus testes sunt commentatorum probatissimi. Virgilius in primo Aeneidos: *Una cum gente tot annos*

---

dasse mihi videor. In caeteris enim editionibus omnibus Isocratis locus ante *illi* τοσούτων positus est, ita ut ad antecedentia pertineat. Quod ut clarius appareat, describam totum locum ex ed. Putsch. cum qua Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. consentiunt. „*in sorte pro sorti.* Isocrates ἐν τῷ περὶ τῆς Εἰρήνης· οὐδὲ εἰδεῖν αὐτοὺς ἐξεγένετο τὴν ἀρχὴν αὐτῷ. *Illi* rel.“ At vero loco sic posito et mutilato, ingenue fateor, non intelligo, cur hic potissimum locus citetur. Ad ea, de quibus in proxime antecedentibus sermo est, demonstranda nihil valet. Addidi igitur e libris Isocratis editis πολλῶν ἐτῶν, et post *dicunt* totum locum posui, ita ut nunc quidem usum genitivi τοσούτων ἐτῶν demonstret. Deinde pro εἰδεῖν scripsi ἰδεῖν. Tum pro αὐτοὺς posui αὐτοῖς. In Codicibus enim uterque casus ita scribitur: *ΑΥΤΟΥϹ.* Nam *Υ* saepissime pro *Ι* ponitur. Denique ἀρχὴν uncis inclusi, cum haec vox spuria esse videatur, et αὐτῶν pro αὐτῷ recte reposuisse mihi videor. Pro τοσούτων ἐτῶν καὶ ἔτεσι τοσούτοις praestant Edd. Erph. Ven. 2. προ ἐξημερων ηλθεν.

Cicero in I. Invect. Cap. 3. Pro II. restitui ego I. In editionibus Ciceronis legitur, *Kal. Novembris.*

probatissimi. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. subjungunt haec: τόσους χρόνους πόλεμον ἄγομεν καὶ τόσοις χρονοις. Omiserunt, recte quidem, mihi videtur, Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. quas ego sequi non dubitavi.

Virg. in I. Aen. vs. 47. Quae post hunc locum sequuntur, ordine diverso, quam qui in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. institutus est, exhibui. In his enim ita structa reperiuntur: *bella gero. Terentius in Eunucho: At ille alter venit ad nos annos natus sedecim. Deest enim ante. Et tot annis dicitur* Ἔτη γεγονὼς rel. At vero si Graecae istae formulae, ἔτη γεγονὼς rel., genuinae sunt, negari nullo modo posse videtur, recte locum Terentii Lysiae loco postponi.

bella gero. Et *tot annis* dicitur. *Ἔτη γεγονὼς τοσαῦτα καὶ ἐτῶν τόσων δέ. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους· Ἦν γὰρ αὐτῇ υἱὸς ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς ἐτῶν γεγονὼς ἑκκαίδεκα.* Terentius in Eunucho: *At ille alter venit ad*
219 *nos, annos natus sedecim:* deest enim *ante.* Attici, *ἔτυχε τιμωρίας ὁ διώκων καὶ ὁ φεύγων.* Similiter Latini. Virgilius in IV. Aeneidos: *Vlta virum, poenas inimico a fratre recepi.* Illi, *εὐδαιμονίζω σοῦ τόδε, καὶ εὐδαιμονίζω σε τοῦδε.* Nostri quoque auctores hanc saepissime imitati sunt figuram. Virgilius in XI. *Justitiane prius mirer belline laborum.* Juvenalis in V. *Et pater ergo animi felices credit avaros. Εὔχομαι τοῖς θεοῖς καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ προσεύχομαι τοὺς θεούς.* Et nos, *supplico te* et *tibi.* Terentius in Andria: *Ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amorem huic narrabo meum. Precor* tamen et *oro*, et *obsecro*, et *quaeso* accusativo
220 adjunguntur in multis locis. Attici, *ἡγεῖται τῆς πόλεως*

Hac igitur ratione motus et consensu Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. victus, hunc ordinem sequendum esse putavi. Quae vero istae Editiones exhibent: *καὶ οὗτος δὴ μεθ' ἡμῶν τάττεται γεννηθεὶς χρόνον εἴκοσι· ἐλλείπει πρό·* ea non praeferenda sunt his, quae nos ex Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. in nostram transtulimus: *ἔτη γεγονὼς τοσαῦτα καὶ ἐτῶν τόσωνδε.*

Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους. Fragm. orat. deperd. Hoc fragmentum non reperitur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Cod. MS. Mon. habet illud.

Terentius in Eun. Act. IV. Sc. 4. vs. 26.

§. 219. *Attici, ἀπέλαβε τὰς ποινὰς ἤτοι ὁ ἐκδικῶν καὶ ὁ ἔνοχος.* Haec praestant Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. pro iis, quae ego ex Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. recepi: *ἔτυχε τιμωρίας ὁ διώκων καὶ ὁ φεύγων.*

Virg. in IV. Aen. vs. 656.

Illi, εὐδαιμονίζω σοῦ τόδε, καὶ εὐδαιμονίζω σε τοῦδε. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. quas invitus secutus sum. Praestare enim mihi quidem videntur ea, quae Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. exhibent: *πλούτου δυνάμενοι καὶ πλούτῳ.* Nam in iis, quae subsequuntur, dicitur: nostri auctores *hanc* imitati sunt *figuram.* Haec vox latius patere videtur, quam ut *eandem formulam* ea significari credas. Cessi tamen auctoritati Cod. MS. Mon.

Virg. in XI. vs. 126. *Juvenalis in V.* Sat. XIV. vs. 119. Male Putschius: *Juvenalis in I.* Quae post hunc locum in Edd. sequuntur: *„εὐτυχεῖς τῷ θυμῷ καὶ εὐδαίμονες τὸν θυμόν. Licet autem accusativo et ablativo adjungere, et dicere animum felices et animo felices."* ea auctoritate Cod. Mon. delevi.

καὶ τῇ πόλει. Πλάτων Μένωνι· Οὐκ ἄρα σοφίᾳ τινὶ οὐδὲ σοφοὶ ὄντες οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες ἡγοῦντο ταῖς πόλεσιν οἱ ἀμφὶ Θεμιστοκλέα τε, καὶ οὓς ἄρτι Ἄνυτος ὅδε ἔλεγε. Hinc nos *praefecio urbi*, et *praefectus urbi*, et *urbis*. Sed quando dativo adjungitur, participium est, quando vero genitivo, nomen, quomodo *amans illius* nomen, *amans* autem *illum* participium: et *natus illius* nomen, *natus* vero *ab illa* vel *illi* participium. Et fere omnia participiis similia nomina diversa casuum constructione discernuntur. Participia enim necesse est verborum suorum servare constructiones. Attici, 221 ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον, καὶ τούτῳ. Πλάτων Περιαλγεῖ· Πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην. Tale est illud Virgilianum in IX. *Volat hasta Tago per tempus utrumque*, pro *in Tagum*. Ἡμερῶν τόσων τόδε ἔσται. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Δυεῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν οἷς μὲν ἐχθρὸς εἴκοι φίλον αὐτὸν γεγενημένον, οἷς

Εὔχομαι τοῖς θεοῖς καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ προσεύχομαι τοὺς θεούς. Haec omnia desiderantur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. exhibentur ab Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Has secutus retinui ea.

Terent. in Andria. Act. I. Sc. 1. vs. 12.

§. 220. *Attici*, ἡγεῖται τῆς πόλεως καὶ τῇ πόλει. Haec praestant Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Iunt. Erph. Ven. 2. προστατεύω τῇ πόλει, προστάτης τῆς πόλεως.

Πλάτων Μένωνι. Cap. 41. Antiquissimae editiones hunc locum ignorant. Vel unius Cod. Ms. Mon. auctoritate satis tutus esse videtur. Is liber οἱ οὗτοι exhibet pro οἱ τοιοῦτοι. Ex hoc vero loco apparet, recte supra legi ἡγεῖται rel.

§. 221. ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον καὶ τούτῳ. Ita Edd. Bas. Colon. Ald. Putsch. At vero Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. ὁρμᾷ διὰ τοῦ ἀέρος τῇ πόλει καὶ εἰς πόλιν. Haec satis videntur absurda. Inde nata sunt, quod editores Codd. utebantur Graeca non exhibentibus. Cum igitur in his sequens Platonis locus non reperiretur, ipsi substituerunt, quae sibi viderentur. Eos vero Graeci sermonis non nimis fuisse peritos, innumera vitia, quibus editiones istae laborant, luculenter, puto, demonstrant.

Πλάτων Περιαλγεῖ. Putschius περὶ Λάγιος. De loco Virgiliano cf. §. 217.

ἡμερῶν τόσων τόδε ἔσται. Haec ego dedi e Cod. MS. Mon. Edd. Ald. Bas. Colon. Putschius omisit. Edd. Erph. Asc. Ven. 2. Iunt. μιᾷ ἡμέρᾳ τοῦτο πεποίηκεν. ἤγουν διὰ μιᾶς ἡμέρας. Haec etiam Edd. Ald. Bas. Colon. exhibent, addunt vero, interposita conjunctione καί, ea, quae nos reposuimus.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I.

O 2

δὲ φίλος, τοὐναντίον. Similiter per ellipsin. Cicero in II. Invectivarum: *Sed triduo tamen audietis*, pro *intra*
222 *triduum.* Ἀναβεβλημένος ἐσθῆτα καὶ ἐσθῆτι, *indutus vestem* et *veste.* Virgilius in VII. *Ipse pedes, tegmen torquens immane leonis terribili impexum seta cum dentibus albis indutus capiti sic regia tecta subibat.* Idem in XI. *Harum unam juveni, supremum moestus honorem induit.* Terentius in Eunucho: *Meam ipse induit.* Idem in eadem: *Et ea est indutus.* Ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς. Πλάτων Πολιτειῶν Γ. Μαλακώτεροι αὖ γίγνονται, ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς: ἀντὶ τοῦ, ἢ ὡς προσήκει. Similiter nos, *molliores fiunt, quam ut melius illis.* Huic simile est Salustianum in Jugurtino: *Romanos, sicut plerosque, remoto me-*
223 *tu laxius licentiusque futuros.* Θαῤῥῶ τούτοις καὶ τούτους. Nos, *fido huic rei* et *hac re.* Demosthenes Ὀλυνθιακῶν III. Ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτη-

---

p. 432. Auctoritate Cod. MS. Mon. δυεῖν edidi pro δυοῖν. Praeter hunc locum inserunt duos alios ejusdem orationis Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. qui his fere verbis continentur: ἐκ τῶν αὐτῷ πεπρεσβευμένων δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὑμᾶς μένοντας οἴκοι (p. 347. l. 17.). In eodem: δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ταῦτα πεπράξασθαι (p. 364. l. 17.). Haec absunt a Cod. MS. Mon. Nec, cur hujus usus exempla cumulanda fuerint, ego quidem intelligo. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. Iunt. nullum Demosthenis locum exhibent.

Cicero in II. Invectiv. Cap. 7.

§. 222. Ἀναβεβλημένος ἐσθῆτα καὶ ἐσθῆτι. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. ἱμάτιον καὶ ἱματίῳ. Cod. MS. Mon. *HCENTAI.* Edd. Ald. Bas. Colon. στολὴν καὶ στολῇ. Putsch. ἐσθῆτα η καὶ στολὴν καὶ ταύτη.

Virg. in VII. vss. 667. seqq. *Idem in XI.* vs. 76.

Terentius in Eun. IV. 4. 34. *Idem in eadem.* IV. 4. 40. MS. Mon. *ut* pro *et.*

ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς. Sic Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Ea, quae Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. exhibent, aperte falsa sunt: γενναιοτέρως τοῦτο γε ἤνεγκας.

Πλάτων Πολιτειῶν Γ. p. 410. e. ed. Steph.

Salustius in Jug. Cap. 87. extr.

§. 223. *Demosthenes* Ὀλυνθιακῶν III. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 30. l. 15. Hunc locum dedi ego ex Ed. Asc. et Putsch. Edd. Ald. Bas. Colon. post κεκτημένοι inserunt καὶ δι' ἐκεῖθ' οὕτω τὰ πράγματα. Haec absunt ab Edd. Asc. Putsch. οὔτε οὗτοι restitui ego ex ed. Asc. Edd. Bas. Colon. οὔτε ὅτι. Putschius recepit οὔτε σύ. Reiske: οὐδ' οὗτοι. Cf. Immanuelis Bekkeri Anecd. Gr. Vol. I. (Lex. Seguer.) p. 148. l. 9. seqq. Θαῤῥῶ: αἰτιατικῇ. τρίτῳ Ὀλυνθιακῷ· „οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, οὐδ' οὗτοι Φίλιππον.“ ὁ δὲ Ἰσοκράτης ἐν τῷ

μένοι. οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, οὔτε οὗτοι Φίλιππον. Statius in II. Thebaidos: *Martisque ex semine Theron terrigenas confisus avos.* Virgilius in XI. *Dum Troia tentat castra fugae fidens, et caelum territat armis.* Idem in VII. *Moliri jam tecta videt, jam fidere terrae.*
Attici, θαυμάζειν αὐτοὺς, καὶ αὐτῶν, καὶ αὐτοῖς. Latini 224
quoque *miror illum* et *illius* et *illo.* Virgilius in II. Aeneidos: *Et molem mirantur equi, primusque Thymoetes.* Idem in XI. *Justitiane prius mirer belline laborum.* Ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς. Isocrates Πανηγυρικῷ: Καὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς, ἢ τοῖς αὐτῶν ἰδίοις ἀγαθοῖς. Huic simile est illud Terentianum in Adelphis: *Suo sibi gladio hunc jugulo.* Attici, κατῆρ- 225
χε τοῦ λόγου καὶ τὸν λόγον. Plato: Θαυμαστὸν γάρ τινα, ὦ Κρίτων, ἀνὴρ κατῆρχε λόγον, οὗ σοι ἄξιον ἀκοῦσαι. La-

---

περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς δοτικήν· „ὥστε μηδὲ τοῖς οἰκειοτάτοις θαῤῥεῖν πλησιάζοντας."

Statius in II. Theb. vs. 573. Post hunc locum sequuntur in Edd. ea, quae ego loco Demosthenis praefixi: *θαῤῥοῖ — hac re.* Scripsi *τούτοις καὶ τούτους* auctoritate loci e Demosthene allegati. Cf. infra §. 244.

Virg. in XI. vs. 351. *Idem in VII.* vs. 290.

§. 224. *θαυμάζω αὐτοὺς, αὐτῶν καὶ αὐτοῖς.* Ita Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Erph. Ven. 2. *θαυμάζω σὲ καὶ σοῦ καὶ ἐπὶ σοί.* Ego frequentiam secutus sum. Cf. Bekkeri Lex. Seg. p. 148.

Virgilius in II. Aen. vs. 32. Cod. MS. Mon. *plurimusque thimites. Idem in XI.* vs. 126. *Justitiane.* Ita Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. pro *justitiaene.* Cf. Lib. XVII. Cap. 16. §. 102.

Ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς. Haec est lectio Cod. MS. Mon. Ed. Asc. Edd. Iunt. Ven. 2. Erph. *τῇ ἑαυτοῦ ῥάβδῳ τουτονὶ τύπτω.* Mirum est, Putschium reliquisse *τουτονὶ τύπτω,* quod prorsus absurdum est, si *τῇ ἑαυτοῦ ῥάβδῳ* omiseris, ut ille fecit. Melius quidem, nec tamen recte satis, Edd. Ald. cum pedissequis, Bas. Colon. *τῇ ἑαυτοῦ ῥάβδῳ τουτονὶ τύπτω. ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς.* Acquiesce potius mecum in lectione certa et sana.

Isocrates Πανηγυρικῷ. Cap. 44. ed. Spohn.

Ter. in Ad. Act. V. Sc. 8. vs. 35.

§. 225. *κατῆρχε τοῦ λόγου καὶ τὸν λόγον.* Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Iunt. *ἄρχομαι τοῦ βιβλίου καὶ τόδε.* Utraque conjunxerunt, interposita particula *καὶ,* Edd. Ald. Bas. Colon., quod perperam factum est.

Plato. Ubi haec legantur, nescio.

tini accusativo *incipio*, et *coepi*, et *inchoo*, et *ineo* adjungunt. Virgilius in Bucolico: *Incipe Maenalios mecum. mea tibia, versus.* Idem in VI. *Vix ea fatus erat, coepit cum talia virgo.* Idem in eodem: *Nocturnas inchoat aras.* Attici, κατακροᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. Εὔπολις Προςπαλτίοις: Τί κατακροᾶταί μου τὰ μουσοδονήματα. Nostri *audio* quidem accusativo adjungunt, *ausculto* vero tam dativo quam accusativo. Terentius in Andria: *Pamphilumne adjutem an auscultem seni.* Idem in eadem: *Ausculta pauca, et quid ego te velim, et tu, quod quaeris, scies.* Sic enim habent antiqui
226 codices teste Donato commentatore ejus. Attici, κατακέχρησαι ταύτῃ καὶ ταύτην. Cicero in I. Invectivarum: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Salustius in Catilinario: *Quippe quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabant.* Sed potest subaudiri *his*. Attici, καθέζεσθαι ἐν τῷδε, καὶ εἰς τόνδε, καὶ ἐπὶ τοῦδε, καὶ ἐπὶ τῷδε. Thucydides *A.* Καθεζόμενοι δὲ εἰς τὸ Ἥραιον ἱκέται ἐδέοντο, Αἰσχίνης: ἐκα-

---

Virgilius in Bucol. Ecl. VIII. *Idem in VI.* vs. 372. Hic versus in Virg. ita sonat: *Talia — vates.* Pessime Putsch. cum caeteris V. pro VI. *Idem in eodem.* Lib. VI. vs. 252.

κατακροᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. Haec est lectio Cod. MS. Mon. Spuria igitur sunt, quae Edd. omnes aut pro his exhibent, aut his praefigunt: ἀκούω σου, πείθομαί σοι. Cf. ea, quae supra ad §. 163. dicta sunt. Sequentem Eupolidis locum ex ed. Putsch. descripsi. Edd. omnes omiserunt.

Terentius in Andria. Act. I. Sc. 3. vs. 4. *Idem in eadem.* Act. III. Sc. 3. vs. 4. Cf. supra §. 165. Ed. Asc. *et quod tu quaeris.*

§. 226. κατακέχρησαι ταύτῃ καὶ ταύτην. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. At Edd. Ven. 2. Iunt. Erph. Asc. καταχρῶμαι τῆς λέξεως καὶ τῇ λέξει. Non invideo, si cui haec placeant. Cic. in I. Invect. 1.

Salustius in Catilinario. Cap. 13.

καθέζεσθαι — ἐπὶ τῷδε. Hanc lectionem dedit Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. καθέζομαι ἐπὶ καθέδραν καὶ τὸν σκίμποδα. Utraque pro consuetudine sua conjunxerunt, ne quid deperiret, Edd. Ald. Bas. Colon.

Thucydides A. Cf. supra §. 184. Est Lib. *A.* Κεφ. κδʹ. Hunc locum Putschius cum Ald. Bas. Colon. hic dedit ita corruptum, ut satis mirari non possis, quomodo factum sit, ut Vir doctus haec vitia non animadverteret. Ita enim ille: καθεζόμενοι δὲ αἰσχύνης ἱκέται εἰς τὸν Ἡραῖον ἐδέοντο, ἐκαθήμεθα δὲ ἐν τῇ στοᾷ. Ita haec legenda esse puto: καθεζόμενοι εἰς τὸ Ἥραιον ἱκέται ἐδέοντο. Αἰσχίνης· ἐκαθήμεθα δὲ ἐν τῇ

θήμεθα δὲ ἐν τῇ Στοᾷ. Nostri quoque auctores fre- 227
quenter huic verbo diversos sociant casus, *sedeo in*
monte et *in montem*, et *monte* et *montem*, sine praepo-
sitionibus, ut Virgilius in VII. *Tali intus templo di-*
vûm patriaque Latinus sede sedens. Idem in V. *Sum-*
ma petit scopuli siccaque in rupe resedit. Salustius in
Jugurtino: *Jugurta extenuata suorum acie montem in-*
sedit. Attici, κατηγορῶ σοῦ τάδε καὶ τῶνδε. Et nos, *ac-* 228
cuso te furti, et *accuso tui furta.* Demosthenes ἐν τῷ
κατὰ Μειδίου: *Εἰ μὲν οὖν παρανόμων, ἢ παραπρεσβείας,*
ἢ τινὸς ἄλλης τοιαύτης αἰτίας ἔμελλον αὐτοῦ κατηγορεῖν.
Attici, κατέαγε τοῦ δεῖνα καὶ τῷ δεῖνι τὸ σκέλος. Simili-
ter Latini, *fractum illius* et *illi crus.* Attici, καταφρο-
νήσας τούτου καὶ τοῦτον. Herodotus πρώτῃ: *Καταφρονή-*
σας τὴν τυραννίδα ἤγειρε τρίτην στάσιν. Romani et *te-*
mno, et *sperno*, et *despicio*, et omnia verba activa,
quae faciunt ex se passiva, accusativo conjungunt.
Virgilius in Bucolico: *O digno conjuncta viro, dum de-*
spicis omnes. Illi dicunt κατὰ μνήμην ἀντὶ τοῦ, ὡς μέμνη- 229

Στοᾷ. Postrema desumpta mihi videntur e deperdito quodam Aeschinis dialogo. Quae conjectura cum, mihi quidem, non plane absurda esse videatur, secutus eam, textum constitui. Nemo miretur, haec in iis Aeschinis dialogis, qui superstites sunt, non legi. Priscianus enim tantum dialogos deperditos citare solet. Sic laudat Telaugem, Aspasiam. Hunc locum e Telauge laudatum equidem putaverim. Aeschinem vero consuevisse personas loquentes in Stoa vel ambulantes vel considentes inducere, argumento est initium dialogi secundi: *Ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῇ Στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου.*

Virg. in VII. vs. 192. *Idem in V.* vs. 180. *Salustius in Jugurtino.* Cap. 49.

§. 228. *κατηγορῶ σου τάδε καὶ τῶνδε.* Sic Cod. MS Mon. et Putschius. Edd. antiquiores: *κατηγορῶ πορνείας καὶ πορνείαν.*

Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 515. lin. pen. Pro *Μειδίου* Cod. MS. Mon. *ΜΙΔΙΟΥ*. Post *Εἰ μὲν οὖν* omisi jussu Cod. MS. Mon. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*

κατέαγε τοῦ δεῖνα καὶ τῷ δεῖνι τὸ σκέλος. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. Iunt. *ἀφήρηνται οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκείνου ἢ ἐκείνῳ.* *καταφρονήσας τούτου καὶ τοῦτον.* Ita Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. *ἄλλου στερίσκεται μαθεῖν.*

Herodotus πρώτῃ. Cap. 59. *Virg. in Buc.* Ecl. VIII. vs. 32.

§. 229. *κατὰ μνήμην — εἰργασμένην.* Ita Putsch. Edd. Ven. 2.

μαι, et *κατὰ σῶμα εἰργασμένην.* Nostri quoque *pro viribus*, id est, *secundum vires.* Salustius in Catilinario: *publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi.* Virgilius in V. *Tum validis flexos incurvant viribus arcus pro se quisque viri*, id est, *secundum suas vires.* Haec tamen eadem praepositio, id est, *pro*, quando verbo adjungitur, in supradicta significatione assumit ut, *prout possum, prout valeo, prout intelligo.*

230 Illi, *καταμελεῖν τούτων καὶ ταῦτα.* Antiphon *ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου: Μήτε φιλοπότην κληθῆναι, καὶ δοκεῖν τὰ πράγματα καταμελεῖν ὑπὸ οἴνου ἡσσώμενον.* Sic et nostri *negligo illum.* Terentius in Adelphis: *Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum.* *Καρτερεῖν τὰ παρόντα καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι.* Nos ad accusativum. Virgilius in III. Aeneidos: *Haud impune quidem nec talia passus Ulixes.* *Καταρᾶται τούτῳ.* Horatius Sermonibus: *Tibi non referenda precati.* Illi, *καταγελᾷς ἡμῶν καὶ ὑμῖν.* Terentius in Adelphis: *Rideo hunc.* Idem in Eunucho: *Forte habui scortum: coepit ad id adludere et me irridere.* Idem in eodem: *Hisce*
231 *ego non paro me ut rideant, sed his ultro arrideo.* Il-

Erph. Asc. *πρὸς δύναμιν καὶ κατὰ δύναμιν.* Utraque pro more suo junxerunt Edd. Ald. Bas. Colon.

Salustius Catil. Cap. 35. *Virg. in V.* vs. 500. seqq.

§. 230. *Illi, καταμελεῖν τούτων καὶ ταῦτα.* Sic Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. *ἀμελεῖν τούτων καὶ ταῦτα.*

Antiphon ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου. Sic dedi ego e conjectura. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *πολιτικῷ*, quod nihili est. Cf. supra §. 181. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. VII. p. 823.

Terentius in Adelphis. Act. II. Sc. 2. vs. 8.

καρτερεῖν τὰ παρόντα καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι. Edd. Ven. 2. Iunt. Erph. Asc. *πάσχω καὶ πανθάνω κακά.*

Virg in III. Aen. vs. 628.

Καταρᾶται τούτῳ. Ita Cod. MS. Mon. Ald. Bas. Colon. Putsch. N andum tamen, MS. Mon. scribendi errore exhibere *ΤΩΙΤΟΥ* pro *ΤΟΥΤΩΙ.*

Horatius Sermonibus. Lib. II. S. 7. vs. 36. Hic locus et Graeca, quae eum praecedunt, non reperiuntur in Edd. Iunt. Asc. In Edd. Erph. Ven. 2. Graeca tantum omissa sunt.

Καταγελᾷς ἡμῶν καὶ ὑμῖν. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. *γελῶ σε καὶ καταγελῶ σου.*

Terentius in Adelphis. Act. IV. Sc. 1. vs. 9. *Idem in Eun.* Act. III. Sc. 1. vs. 34. *et me irridere* dedi ego e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. pro vulgato *et irridere.*

Idem in eodem. Act. II. Sc. 2. vs. 19.

li, *καταχράζομαί σε καὶ καταβοήσομαί σε καὶ σοῦ*. Ari-
stophanes *Ἱππεῦσιν: Κατακεκράξομαί σε*. Nos, *increpo*
illum. Illi, *καθ' ἡμέραν καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν*. No-
stri, *in dies*, et *per singulos dies*, et *in annos*, et *per*
singulos annos, et *in horas*, et *per singulas horas*. Li-
vius frequenter, *in milites* pro *in singulos milites*.
Virgilius in V. *Bina boum vobis Troja generatus Ace-*
stes dat numero capita in naves, adhibete penates.
Illi, *ὁσημέραι*, nos, *quotidie* et *quot annis*. Illi, *κατάγο-* 232
μαι καὶ καταλύω καὶ ὁρμίζομαι, et *ad locum*, et *in loco*
ponunt. Similiter nostri, *deverto domi* et *domum*. Illi,
κόπτειν τὰ ῥήματα, pro *disserere*. Terentius in Heau-
tontimorumeno: *Verum interea dum sermones caedimus,*
illae sunt relictae. Illi, *κοπιᾷς αὐτὸν*, pro *in lassitudi-*
nem ducis. Huic similia sunt apud nos tam activam
quam passivam habentia significationem, ut superius
ostendimus, *propinquo, ruo, moror*. Illi, *κωλύει τὸν ἀδι-*
κούμενον καὶ κωλύει τοῦτον ἀδικεῖσθαι. Et nos, *prohibet*
illum periclitantem, et, *prohibet illum periclitari*. Vir-
gilius in II. Aeneidos: *Sensit medios illapsus in ho-*
stes: pro, *illapsum se esse*. Salustius in Jugurtino: *Et*

---

§. 231. *καταχράζομαί σε καὶ καταβοήσομαί σε καὶ σοῦ*. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Legendum fortasse *καταχράζομαί σε καὶ σοῦ*. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ἐπιτιμῶ τοῖς ἀνέμοις καὶ τὸν ἄνεμον*. Haec ex Evang. Matth. VIII. 26. *ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις* repetita esse videntur. Priscianum ita non scripsisse, tam est certum, quam quod certissimum.

Aristophanes Ἱππεῦσιν: κατανακεκράξομαί σε. vs. 287. ed. Invernizii.

καθ' ἡμέραν καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Inserui ego καὶ e Cod. MS. Mon. In reliquis Putschianae editionis textum expressi. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *ἀμφὶ ἔτος κατ' ἔτος καθ' ἑκαστην ἡμεαν καθ' ἡμερινόν*.

Virg. in V. vs. 61.

§. 232. *deverto domi* pro *diverto* —, quod Edd. Iunt. Erph. Ald. Bas. Colon. Putsch. exhibent, reposui ego e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *κόπτειν τὰ ῥήματα*. Edd. Ven. 2. Erph. *κόπτειν ῥήματα, κόψαντες λόγους*.

Terentius in Heautontimorumeno. Act. II. Sc. 2. vs. 1. *κωλύειν τὸν ἀδικούμενον καὶ κωλύειν τοῦτον ἀδικεῖσθαι*. Ita Putschius, quem ego secutus sum. Edd. Ven. 2. Erph. Iunt. Asc. *κωλύει σε λέγοντα καὶ κωλύει σε λέγειν καὶ κινδυνεύοντα καὶ κινδυνεύειν*. Edd. Ald. Bas. Colon. hoc quoque loco utraque conjunxerunt, interposita conjunctione *καὶ*.

Virgilius in II. Aen. vs. 377. *Salustius in Jugurt.* Cap. 110.

hercle, Sulla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis
233 *ultro egomet opem tuli, nullius indigni.* *Λαχεῖν τῶν πατρῴων καὶ διαλαχεῖν τὰ πατρῷα.* Nos *sortior* ad accusativum. Virgilius in XII. Aeneidos: *Sortitus fortunam oculis.* Illi, *λέγουσιν ὡς τόδε ἐγένετο, καὶ, λέγουσιν ὡς τόδε γεγονέναι.* Nostri dicunt: *ut illa res facta sit*, et, *illam rem factam esse.* *Λέγεται ὅδε πεποιηκέναι τόδε, καὶ, λέγεται τόνδε πεποιηκέναι τόδε.* Et nostri frequenter. Terentius in Eunucho: *Apparet hunc servum esse domini*
234 *miseri et pauperis.* Illi, *λεκτέον ἐστὶ*, pro, *oportet dicere.* *Πλάτων Πολιτείας Γ. Ὅτι ἔφαμεν, ἃ μὲν λεκτέον, ἤδη εἰρῆσθαι, ὡς δὲ λεκτέον, ἔτι ἐπισκεπτέον εἶναι.* Hinc Romani gerundia vel supina invenerunt: *dicendi, dicendo, dicendum, dictum, dictu.* Proprie autem in *dum* terminatio Atticum significat adverbium, quod omni generi, numero et personae et tempori potest adjungi: ut, *legen-*

Quae post *indigni* in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. adduntur: *pro antequam cognoscerem*, ea auctoritate MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. delevi.

§. 233. *Λαχεῖν τῶν πατρῴων καὶ διαλαχεῖν τὰ πατρῷα.* Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *κληροῦ τὴν εὐδαιμονίαν καὶ ἔλαχεν ἄνθρωπος τὸν θάνατον καὶ ὁ ἥλιος ἐκληρώσατο τὴν ἀνατολήν.*

Virg. in XII. vs. 920.

λέγουσιν ὡς τόδε ἐγένετο, καὶ, λέγουσιν ὡς τόδε γεγονέναι. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ὡς λέγουσιν ἅπαντες καὶ λέγειν ἅπαντας.*

λέγεται ὅδε πεποιηκέναι τόδε καὶ λέγεται τόνδε πεποιηκέναι τόδε. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *δοκεῖ εἶναι υἱὸς τοῦδε.* Haec, quamvis praestare videantur, tamen non sunt certa. Nam haud dubie Priscianus formulam, qua nominativi et accusativi constructio cum infinitivo demonstraretur, attulisse putandus est.

Terentius in Eun. Act. III. Sc. 2. vs. 33. Pro *pauperis miserique* dedi ego e MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *miseri et pauperis.* Jam sequitur in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *Virgilius: Apparent rari nantes in gurgite vasto* (Aen. I. 118.). Haec ego omisi, cum absit hic locus a Cod. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

§. 234. *Plato Πολιτείας Γ.* p. 394. d. ed. Steph. Ante *ἐπισκεπτέον* inserui ego *ἔτι*, quia haec vox, sequente *ἐπι*, facile hauriri poterat. Frustra quaeras hunc locum in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

§. 235. *λογίζεται μνᾶς ὑπὲρ ἡμῶν ἐκτετικώς.* Ita Putschius, quem ego secutus sum. Editiones valde inter se discrepant. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ἀποφαίνομαι ἀδικήσας τὰ χει-*

dum est mihi, tibi, illi, nobis, vobis, illis; et, *legendum est* et *legendum fuit* et *legendum erit poetam, orationem, carmen.* Attici, λογίζεται μνᾶς ὑπὲρ ἡμῶν ἐκτετικώς. Nos: 235
confitetur osculatus virginem et criminatus innoxium. Virgilius in II. *Sensit medios illapsus in hostes*: pro, *illapsum se esse.* Statius in XII. *Hortaris euntem*, pro, *hortaris ire.* Attici, λοιδορεῖσθαι αὐτοὺς καὶ αὐτοῖς. Ὑπερίδης κατὰ Δημοσθένους· Ἀλλὰ τοὺς νεωτέρους ἐπὶ βοήθειαν καλεῖς, οὓς ὕβριζες καὶ ἐλοιδόρου ἀκρατοκώθωνας ἀποκαλῶν. Et Romani: *maledico te et tibi.* Cicero pro Dejotaro: *Blesamius, inquit, (ejus enim nomine, optimi viri, nec tibi ignoti, maledicebat tibi).* Λυμαίνεται τῷδε καὶ 236
τόνδε. Ἡρόδοτος Α. Λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ ἐπέλεγε τοιάδε. [καὶ ἡ τρίτη λυμαίνομαι αὐτῷ.] Romani: *laedo te; noceo tibi et te.* Lucanus in III. *Insiluit solo nociturus pondere puppim.* Sed magis per ellipsim *in* praepositio-

---

ριστα. Melius Edd. Ald. Bas. Colon. λογίζεται φιλῆσαι παρθένον ἐκτετικώς. Caeterum ego, *Nos: confitetur — innoxium*, omnia spuria esse censeo.

Virg. in II. vs. 377. *Statius in XII.* vs. 218.

λοιδορεῖσθαι αὐτοὺς καὶ αὐτοῖς. Haec et quae ex Hyperide in proxime sequentibus adducta sunt, non leguntur in editionibus antiquissimis, quibus ego quidem usus sum. Pro iis reperiuntur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. haec: καταρῶμαι σοὶ καὶ σέ, quae in Edd. Ald. Bas. Colon. Hyperidis loco adnexa sunt. Hyperidis locum fragmentum esse, constat. Descripsi ea, quae Putschius dedit. Is scilicet, in reliquis cum Edd. Ald. Bas. Colon. consentiens, in eo ab iis discessit, quod ἀποκαλῶν dedit pro αὐτοῖς καλῶν. De re cf. Imman. Bekkeri Lex. Seguer. p. 154. 55. (Anecd. Gr. Vol. I.).

Cicero pro Dejotaro. Cap. XII. init.

§. 236. λυμαίνεται τῷδε καὶ τόνδε. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. At vero Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. λυμαίνεται τοῖς μειρακίοις καὶ βλάπτει τοῦτον.

Ἡρόδοτος Α. Cap. 214. ἐπέλεγε pro εἶτ' ἔλεγε dedi ego e textu Herodoti, qualis in libris vulgatis est; nec, puto, temere, cum error facillimus esset. Pro τοιάδε legitur in Herodoto τάδε. Quae Putschius adjecit: καὶ ἡ τρίτη λυμαίνομαι αὐτῷ, uncis inclusi, cum incerta sint. Nemo tamen miretur, Herodoti locum abesse ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Nam cum nomen Herodoti Graecis literis a Prisciano scriptum esse probabile sit, librarii, Graeci sermonis rudes, illud omiserunt, fortasse ne notata quidem lacuna. Haec negligentia non paucos eripuit Prisciano Graecorum auctorum locos.

Lucanus in III. vs. 626. Post hunc locum ponunt Edd. Ven. 2.

nis prolatum est, *insiluit puppim* pro *in' puppim*. Isocrates in Aeginetico: Ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἥδιον υἱὸν εἶδεν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους εἰςποιηθέντα μᾶλλον. Πολὺ μᾶλλον καὶ πολὺ μάλιστα. Similiter quoque nostri: *multo magis* et *multo maxime:* ut Virgilius in I. *Pygmalion*
237 *scelere ante alios immanior omnes.* Attici, μανθάνω τόδε καὶ τοῦδε. Huic simile est illud Terentianum in Eunucho: *Reviso, quidnam Chaerea hic rerum gerat*, pro, *quas res.* Et Virgilius in XI. *Justitiane prius mirer belligue laborum.* Similiter *insimulo avaritiae, accuso pecuniarum repetundarum* vel *furti* vel *adulterii* et similia. [Εἰδήμων εἰμὶ τοῦδε, καὶ, εἰδὼς ὑπάρχω τὰς ἱστορίας.] *Sciens* quando participium est, accusativo adjungitur; quando nomen, genitivo: quomodo *amans*, *diligens*,

---

Erph. Asc. *Aristophanes* ὅδε πολλῷ. Quae, cum absint ab Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Cod. MS. Mon., omittenda censui.

Isocrates in Aeginetico. p. 770. l. 8. 9. a fin. ed. Hier. Wolfii (Bas. 1602. 8.) Cap. 21. p. 689. ed. Lang. ἥδιον pro ἴδιον dedi ego e Cod. MS. Mon.

Similiter quoque nostri. Haec ego pro simplici voce *nostri* reposui e MS. Mon.

Virgilius in I. vs. 347.

§. 237. μανθάνω τόδε καὶ τοῦδε. Sic Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Erph. Ven. 2. Iunt. ἐποίησά τι ἀγαθοῦ καὶ τι καλοῦ. Haec qui congrua huic loco dicat, ipse male sanus habendus est.

Terentius in Eunucho. Act. V. Sc. 4. vs. 1. *Virgilius in XI.* vs. 126. *Justitia* pro *justitiae* dedi ego ut supra e Cod. MS. Mon.

[Εἰδήμων εἰμὶ τοῦδε καὶ εἰδὼς ὑπάρχω τὰς ἱστορίας.] Haec absunt ab ed. Putsch. et, videtur, a Cod. MS. Mon. Spuria igitur ea, etiam propter alterius formulae rationem, haud temere judices. Nec tamen eliminavi. Ac primum quidem, quod auctoritate Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Bas. Colon. commendantur; deinde vero etiam, quod, his sublatis, desiderari aliquid videtur, quo aegre careas. Uncis vero inclusi, cum ea neque Putschius neque Riglerus in Codd. suis reperisse putandi sint.

Cicero in III. Verrinarum. Pro *Invectivarum* reposui *Verrinarum* e Cod. MS. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Est Act. II. Liber primus, Cap. 41. E Prisciani Verrinas computandi ratione recte haec oratio IIIa dicitur. *Divinatio* enim *prima* est Verrinarum.

§. 238. μέλλω ποιεῖν καὶ ποιῆσαι καὶ ποιήσειν. Haec ego dedi e conjectura. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. μέλλω ἀναγινώσκειν, μέλλω γράφειν καὶ γράψαι. Prius exemplum omisit Cod.

patiens, negligens et similia. Attici, *μετ' ἐμοῦ ἐστὶ τὰ δίκαια.* Cicero in III. Verrinarum: *Heres erat filia; faciebant omnia cum puella, leges, aequitas, voluntas patris, edicta praetorum.* Illi, *μέλλω ποιεῖν, καὶ, ποιῆσαι, καὶ,* 238
ποιήσειν. *Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου: Ὡς ἔμελλεν ἐπί τε τοὺς βωμοὺς εἶναι καὶ νομιζόμενά γε ποιήσειν.* Pro hac constructione Romani participio utuntur futuri cum omni tempore substantivi verbi, ut, *lecturus sum, μέλλω ἀναγινώσκειν, lecturus eram* et *fui* et *fueram, ἔμελλον ἀναγινώσκειν, lecturus ero,* vel *fuero, μέλλω ἀναγνώσεσθαι.* Illi, *μέλει μοι ταῦτα καὶ* 239
τούτων. Nos, *curo has res.* Illi, *μέχρις ἕως;* nos, *usque dum.* Attici, *μέμφεται σοὶ καὶ σέ.* Similiter nostri, *queror tibi* et *te.* Juvenalis in I. *Nec quereris patri, nec ter-*

MS. Monac. Posterius mihi minus esse videtur commodum. Nam sequens Lysiae locus infinitivum futuri exhibet. Igitur addendum certe erat *καὶ γράψειν.* Nolui vero hoc verbo uti, cum, Priscianum formulas suas ad auctorum citatorum verba accommodare consuevisse, neminem, qui attento animo superiora legerit, latere possit. Ergo scripsi *ποιῆσαι — ποιήσειν.* Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. nihil exhibent, quam *μέλλω ἀναγινώσκειν*, quod, ut dixi, Cod. MS. damnat.

Λυσίας περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου. *Λυσίας* pro *Lysias* scripsi eam ob causam, quod hic locus abest ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. cujus rei causam in nomine graece scripto inesse puto. Sic enim fieri facile potuit, ut a librariis Graecarum literarum imperitis omitteretur, totusque locus deinde silentio obliteraretur. *κλήρου* pro *κλῆρον* dedi e conjectura, eamque vocem traxi ad inscriptionem operis. Cf. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. VI. (Lysiae II.) p. 17.

ἔμελλον ἀναγινώσκειν. Pro hoc Ed. Erph. *μελω αναγνωσειν.* Ed. Asc. *μελλῶ ἀναγινωσειν.* Pro sequenti formula, quae est in Ed. Putsch., *μελῶ ἀναγνώσεσθαι*, praestat Ed. Erph. *μελλω ανατγνωσαθε.* Ed. Asc. omisit. Codex etiam Monac. hoc loco exhibet *μέλλω* pro *μελῶ*, et hoc recepi.

§. 239. *Attici, μέλει μοι ταῦτα καὶ τούτων.* *Attici* pro *Illi* dedi ego e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Pro *ταῦτα* Ed. Erph. *τάδε.* Ed. Asc. *φροντιζω τὸ πρᾶγμα καὶ σοῦ.*

μέμφεται σοὶ καὶ σέ. Ita Putschius. At vero Edd. Erph. Ven. 2. Iunt. Asc. *ὀδύρομαι τῷ πάθει σοῦ καὶ σέ.* Pro more suo Edd. Ald. Bas. Colon. utraque junxerunt. Legendum fortasse *μέμφομαι.*

Juvenalis in I. Sat. II. vs. 131. Erroris ob constantiam laudandus est Priscianus. Supra hos duos versus in unum confudit, quod hic quoque fecit. Ita enim poeta laudatus: *Nec*

ram cuspide quassas. Virgilius in Bucolico: *Dum queror et Divos, quamquam nil testibus illis profeci.* Ξενοφῶν Παιδείας Ζ. *Τοῖς δὲ θεοῖς οὐδὲν ἀνεχοίμην μέμψασθαι.* Μένανδρος· *Μέμφομαί σοι τοῦθ', ὅτι χρηστά με λέγοντα οὐκ ἐποίησεν προςδοκᾶς.* Δημοσθένης Ὀλυνθιακῶν Γ. *Καὶ οὐχὶ μέμφομαι τὸν ποιοῦντά τι τῶν δεόν-*
240 *των ὑπὲρ ὑμῶν.* Attici *μεθ' ἡμέραν* ponunt per se et *νύκτωρ καὶ ἡμέραν.* Ἀριστοφάνης· *Οὔτε νύκτωρ παύεται οὔθ' ἡμέραν.* Nostri quoque frequenter hujuscemodi utuntur constructionibus: *noctu et die; interdiu et nocte.* Virgilius in I. *Noctem non amplius unam falle dolo.* Idem in eodem: *Una cum gente tot annos bella gero.* *Habere* pro *esse.* Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου ὑπὲρ τῆς παραπρεσβείας· *Μηδενὶ ὑμῶν εὐσεβῶς ἔχειν ἀποψηφίσασθαι αὐτοῦ.* Terentius in Phormione: *Bene tibi*

---

galeam quassas, nec terram cuspide pulsas, Nec quereris patri?

Virgilius in Buc. Ecl. VIII. vss. 19. 20. Cir. 405. 6.

Μένανδρος. Menandri nomen egregie restituit Putschius e *μὲν ἄνδρος*, quae in Edd. Ald. Bas. Colon. ad Xenophontis locum trahuntur. Locus tamen videtur valde esse corruptus.

Δημοσθένης Ὀλυνθιακῶν Γ. Oratt. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 38. lin. 22. Cod. MS. Monac. *ΔeΜΟCΘΕΝΗC ΦΙΛΙΠΠΙΚΟΙC ΟΛΥΝeΙΑΚΩΝ ΤΡΙΤωΙ.* Hos locos omiserunt Edd. antiquissimae. Ed. Asc. post locum e Virgilii Bucolicis citatum ponit haec: *ὅλην τὴν νύκτα σπουδάζω ἢ ἀναγινώσκω. Aristophanes. νῦν οὖν ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων ὁδοῦ. Nostri quoque* rel. Eadem reddit Ed. Iunt. Edd. Ven. 2. Erph. haec: *ολην την νυκτα σπουδαζω η αναγινωσκω.* ξενοφων. *Aristote.* (Erph. *Aristo.* callide!) *νυν ουν ολην την νυκτα φροντιζων οδου.*

§. 240. *Attici — οὔθ' ἡμέραν.* Haec absunt ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Ἀριστοφάνης. Fragmentum videtur.

Virg. in I. vs. 684. *Idem in eodem.* vs. 47.

Δημοσθένης κατὰ Αἰσχίνου ὑπὲρ τῆς παραπρεσβείας. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 407. lin. 8. In Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. ita legitur: *Demosthenes, ἔχω ἐνταῦθα ἡμέρας δή τινας.* (Haec leguntur etiam in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.) *Idem κατὰ Αἰσχίνου κ. τ. λ.* Priora delevi ego auctoritate Cod. MS. Monac.

Terentius in Phorm. Act. II. Sc. 2. vs. 82. *se* in Terentii libris editis omissum est.

§. 241. *μικρὸν ἢ μέγα.* Ita Edd. Ald. Bas. Colon. nisi quod

se habent principia. Attici, μικρὸν ἢ μέγα. Nos, *plus* 241
minusve. Et huic simile Terentius in Andria: *Quo jure quave injuria.* Illi, μνησθῆναι τοῦδε καὶ τόδε. Ὅμηρος Ἰλιάδος Ι. Μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι οὔτι νέον γε. Idem Ἰλιάδος Ω. Μνῆσαι πατρὸς σεῖο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ. Δημοσθένης Φιλιππικῶν Β. Καίπερ ὄντες οὐ δεινοὶ τοὺς ἀδικοῦντας μεμνῆσθαι. Similiter nostri. Virgilius in IV. Aeneidos: *Nec meminisse pigebit Elisae.* Idem in Bucolico: *Numeros memini, si verba tenerem.* [Παραινῶ σοι ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς.] *Admoneo te illius et illum.* Salustius in Catilinario: *Sed quoniam tanti viri tempus admonuit.* Virgilius in X. *Lucagus ut pronus*
pendens in verbera telo admonuit bijugos. Illi, μονονουχί. 242
Similiter Terentius in Phormione: *Is senem per epistolam pellexit modo non montes auri pollicens.* Attici mul-

---

μέγαν temere praestant. At vero Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. πλέον ἢ ἔλαττον ἢ ποσον. Mox *huic simile* pro *hujus simile* reposui e Cod. MS. Monac.

Terentius in Andria. Act. I. Sc. 3. 9. Miror Putschium reliquisse vitiosum illud *quaque* pro *quave*, cum sententiae a Prisciano propositae aperte repugnet. Ego receptam lectionem hausi ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph.

Ὅμηρος Ἰλιάδος Ι. vs. 527. cf. quae supra ad §. 190. dicta sunt.

Idem Ἰλιάδος Ω. vs. 486. *Δημοσθένης Φιλιππ. Β.* Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 73. l. 11. *Virg. in IV. Aen.* vs. 335.

Idem in Buc. Ecl. IX. vs. 45.

[*Παραινῶ σοι ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς.*] Haec in omnibus quidem leguntur editionibus; cum autem absint a Cod. MS. Monac., uncos iis apposui.

Salustius in Catilinario. Est Jugurtinum Cap. 95. §. 2. ed. Cort. Reliqui ego falsum illud „*in Catilinario*", cum Priscianum memoria deceptum esse probabile sit. In Edd. Erph. Ald. Bas. Colon. Putsch. legitur: *tanti viri nos tempus admonuit.* Auctoritate Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. delevi ego *nos*, quod a Salustii etiam libris plerisque abest. In Salustio Cortiano reperitur *res* pro *tempus* scriptum, idque rectissime. Apparet igitur, hoc quoque loco Priscianum errasse.

Virgilius in X. vs. 586.

§. 242. *Illi, μονονουχί.* Ita Cod. MS. Monac. B. quem sequi ego nullus quidem dubitavi. Edd. omnes ita: *Illi, τὴν παρθένον ἐξηπάτησεν μονονουχὶ ὑποσχόμενος μέταλλα χρυσοῦ.*

Terentius in Phormione. Act. I. Sc. 2 vs. 18. Addidi ego *is* ab initio e MS. Monac.

ta per ellipsim proferunt vel pleonasmum. Φερεκράτης ἐν Χείρωσι· Νῦν δ' ἄρ τι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησιν οὖν. Nostri quoque, *nunc nuper.* Ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς· deest *plagas:* quomodo Terentius in Eunucho: *Plurima salute Parmenonem, summum suum, impertit Gnatho:* deest enim *amicum.* Idem in eodem: *Egone*
243 *illam? quae illum, quae me, quae non!* Φερεκράτης Πετάλῃ: Ὥς τοι κακὸν ὄζει ταμὰ μή τί γ' ἀλλὰ γλυκύ. Terentius in Adelphis: *Olet unguenta de meo.* Juvenalis in I. *Olebit laternam.* Οἶδα τινὰς ποιοῦντας ἢ ποιήσαντας τόδε· καί, οἶδα τινὰς ποιεῖν ἢ πεποιηκέναι τόδε. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων Δ. Οἶδας δέ τινας ἄλλα ποιεῖν ἢ ἃ οἴονται δεῖν. Terentius in Adelphis: *Video sa-*

---

pleonasmum scripsi pro *pleonasmon*, cum Priscianus Latinis formis uti consueverit. Post haec adduntur in Edd. praeter Putsch. εἶτ' ἂν πάλιν αὖθις, quae ego, Putschium secutus, omisi.

Φερεκράτης ἐν Χείρωνι. Hunc ego locum dedi ex Edd. Ald. Colon. Bas. Putsch. Abest ille ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς. Ita Putschius, quem ego secutus sum. Edd. Ald. Bas. Colon. ἐνέσκηψαν κατὰ τοῦ νώτου πολλάς. Ed. Iunt. οὗτος θανατοῖ τῇ ἀφορήτῳ. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. οὗτος θανατᾷ τῇ ἀφορήτῳ. Egregie hunc locum illustrant ea, quae in Bekkeri libro laudato p. 159. leguntur: Ξαίνω: ἐπὶ τοῦ μαστίζω, αἰτιατικῇ τὸν ἀριθμὸν τῶν μαστίγων. ἐκ τοῦ παραπρεσβείας· „περιῤῥήξας τὸν χιτωνίσκον ὁ οἰκέτης, ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς.“

Ter. in Eun. Act. II. Sc. 1. vs. 40. *Idem in eodem.* Act. I. Sc. 1. vs. 20.

§. 243. Φερεκράτης Πετάλῃ. Hinc praemittunt Edd. Ald. Bas. Colon. Asc. Iunt. ὄζει τρυγὸς μύρου ἐκεῖνος, καὶ ὄζει τὰ μυρά. Quae, cum absint ab Edd. Ven. 2. Erph. Putsch. Cod. MS. Mon., omittenda ego censui. Pherecratis locus non reperitur in Edd. Asc. Iunt. In Edd. Ven. 2. Erph. omissum est nomen fabulae, quod Ald. Bas. Colon. Putsch. praestant. Hae tamen exhibent ἐν πετάλοις, quod ego e coniectura correxi. Pro iis verbis, quae ego ex ed. Putsch. dedi, exhibent Edd. Erph. Ven. 2. haec: ὄζει τρυγὸς μύρου ἐκεῖνος καὶ ὄζει τὰ μυρά.

Terentius in Adelphis. Act. I. Sc. 2. vs. 37.

Juvenalis in I. Sat. V. vss. 87. 88.

Οἶδα τινὰς ποιοῦντας ἢ ποιήσαντας τόδε κ. τ. λ. Pro his exhibent Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. ἀλλήλους αἰδοῦνται, quae aperte falsa sunt. Pro ἢ ποιήσαντας Edd. Ald. Bas. Colon. ἢ ποιήσοντας. Aoristum poni jussit Cod. MS. Mon. Putschius omisit.

pere, *intelligere in loco*, *vereri*, *inter se amare*. Ὀκνῶ 244 τούτοις, καὶ ὀκνῶ τοῦτο. Ξενοφῶν· Τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις οὕτως αὖ οἱ πελασταὶ ὤκνουν. Οὐδένα κίνδυνον ὀκνήσας οὐδὲ ἀπολογησάμενος. Hinc Romani *piget* genitivo et accusativo conjungunt: *piget me hostium*. Ejusdem constructionis sunt: *pudet, taedet, miseret*. Inveniuntur tamen etiam accusativis solis conjuncta. Terentius in Adelphis: *Ei mihi! nan te hoc pudet?* Idem: *pudet nihil*. Attici dicunt, θαῤῥῶ αὐτοὺς καὶ αὐτοῖς. Similiter Nostri. Statius in II. Thebaidos: *Terrigenas confisus avos*. Juvenalis in III. *Fidimus eloquio? Ciceroni nemo ducentos nunc dederit numos, nisi fulserit annulus ingens*. Virgilius etiam dativo conjunxit in XI. *Dum Troïa*

Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων Δ. Cap. 6. §. 6. Pro ποιεῖν legitur in Xenophontis libris editis ποιοῦντας. Mox ἃ recepi ego ex ed. Putsch. Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Terentius in Adelphis. Act. V. Sc. 3. vs. 41. 42. Post *intelligere* expuli auctoritate Cod. MS. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. *eos*, quod et a Terentii libris editis abest.

§. 244. *ὀκνῶ τούτοις.* Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. sic: ἄχθομαι τοῖς κακοῖς, ἀχθήσῃ τούτοις ποτὲ καὶ ὀκνῶ τούτοις. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. priora tantum, ἄχθομαι — ποτὲ, exhibent. A Cod. MS. Mon. abesse haec omnia notavit Riglerus. Equidem reliqui ὀκνῶ τούτοις. Ac primum quidem, quia formulam certam non temere, omissis illis, desideres; deinde vero etiam, quod in sequente Xenophontis loco usus verbi ὀκνεῖν demonstratur. Deinde καὶ ὀκνῶ τοῦτο e conjectura adjeci. Nam propter οὐδένα κίνδυνον etc. formula, qua verbi ὀκνεῖν constructio cum accusativo demonstretur, abesse vix potest.

Piget. Cf. supra §. 54. et §. 211. *Terentius in Adelphis.* Vide §. 54. *hoc pudet* pro *haec pudent* reposui ex Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. *Idem.* Vide sis §. 211.

οὐδένα — ἀπολογησάμενος. Haec ego dedi e Cod. MS. Monac. et e conjectura transposui. Vulgo enim leguntur post *pudet nihil*, loco importunissimo. Nomen auctoris, e quo haec desumpta sunt, excidisse puto. Putschius cum Edd. Ald. Bas. Colon. his praefixit: αἰσχύνομαι τὴν ἡλικίαν τὴν σήν. Haec sola exhibent editiones antiquissimae.

Attici dicunt, θαῤῥῶ αὐτοὺς καὶ αὐτοῖς. Cf. supra §. 224. *Statius in II. Theb.* 573.

Juvenalis in III. Sat. VII. vss. 139. 40. *Virgilius in XI.* vs. 351. *Idem in IX.* vs. 378.

tentat castra, fugae fidens et coelum territat armis. Idem
245 in IX. *Et fidere nocti.* Attici dicunt, ὀλίγον πρότερον καὶ ὀλίγῳ πρότερον. Nos quoque *ante paulum* et *paulo ante.* Πλάτων Μένωνι· Οὐκοῦν τούτων ἕκαστον ὀλίγον πρότερον μόριον ἀρετῆς ἔφαμεν εἶναι. Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ· Ἐπὶ δὲ τῶν μεγίστων κατὰ τὸν τρόπον, ὅνπερ ὀλίγῳ πρότερον, πειράσομαι καὶ περὶ τούτων διελθεῖν. Cicero in I. Invectivarum: *Et voces paulo ante exaudire potuisti.* Similiter Attici, ὀλίγῳ ὕστερον καὶ ὀλίγον ὕστερον. Quomodo et nos: *post paulum et paulo post.* Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ· Ὀλίγῳ ὕστερον εἰσέρχεσθον τούτῳ. Horatius:
246 *Illam post paulum sed pluris.* Attici, ὀλίγας ἡμέρας, pro, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις. Similiter nos. Aristophanes Γήρᾳ· Σὺ δ' οὐχ ἡγῇ μ' οὖν δὴ ὀλίγας ἡμέρας. Virgilius in I. *Una cum gente tot annos bella gero.* Idem in eodem:

---

§. 245. **ὀλίγον πρότερον καὶ ὀλίγῳ πρότερον.** Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. **πρόσθεν ὀλίγον καὶ μικρῷ πρόσθεν.** Nihili haec esse, ultro apparet.

Πλάτων Μένωνι. Cap. XII. ab init. Hic Platonis et sequens Isocratis locus non reperiuntur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Haec potius leguntur: **μετὰ μικρὸν ἦλθεν. μικρῷ ὕστερον.**

Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. Cap. 18. ed. Spohn. **κατὰ τὸν τρόπον.** Sic e Cod. MS. Monac. edidi pro vulg. **κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον.** Cf. ea, quae doctissimus Panegyrici editor ad l. l. annotavit. Post **πρότερον** additum est in libris Isocratis editis **διῆλθον,** neque id abesse recte posse videtur.

Cicero in I. Invectiv. Cap. 8. Falsum numerum II. qui editiones ad unam omnes occupavit, sustuli ego, verumque reposui.

ὀλίγῳ ὕστερον καὶ ὀλίγον ὕστερον. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. nisi quod tres illae priores *et* pro **καὶ** exhibent. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. **μικρῷ πρόσθεν ἦλθεν.**

Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ. Cap. II. *Horatius.* Serm. I. 2. vs. 120. Pont. MS. Monac. **multo** pro **pluris.** **Post paulum** pro **post paulo** e conj. dedi.

§. 246. *Attici,* **ὀλίγας ἡμέρας** *pro* **ἐν ὀλίγαις ἡμέραις.** Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Erph. Ven. 2. **ολιγαο ημεραο ολην την νυκτα φροντιζω.** Edd. Asc. Erph. **ὅλην την νύκτα φροντίζω.**

Similiter nos. Haec auctoritate MS. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Aristophanis loco praefixi, cum in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. post hunc locum posita legantur.

Aristophanes **Γήρᾳ.** Pro iis, quae ego ex Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. dedi, leguntur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Tu faciem illius noctem non amplius unam falle dolo. Idem in III. Aeneidos: *Tres adeo incertos coeca caligine soles erramus pelago, totidem sine sidere noctes.* Ὀλίγου εἰς χιλίους· ἀντὶ τοῦ· παρ' ὀλίγον χιλίους. Nos, *paulo minus mile.* Θουκυδίδης Δ. Ἱππῆς δὲ, οἱ πάντες ἠκολούθουν Μακεδόνων ξὺν Χαλκιδεῦσιν ὀλίγου εἰς χιλίους.

Ὀλίγου δεῖ καὶ ὀλίγου δεῖν, ἀντὶ τοῦ· σχεδόν. Te- 247
rentius in Andria: *Sosia adesdum, paucis te volo.* Ὀλύμπια καὶ Ὀλύμπιοις ἐνίκα. Juvenalis in III. *Fidibus promittere.* Et Terentius in Eunucho: *Fidibus scire.* Attici, ὄμνυμι τοὺς θεούς. Similiter nos. Virgilius in VI. *Di cujus jurare timent et fallere numen.* Idem in eodem: *Maria aspera juro.* Nec mirum, cum etiam passivum habeat. Unde Lucanus in V. *Et laetae jurantur aves bubone sinistro.* Ὅμηρος Ἰλιάδος

---

haec: τοσοῖσδε ἐνιαυτοῖς πράττω. ἀντὶ τοῦ διὰ τοσῶνδε. Ed. Asc. omisit Aristophanis nomen.

Virgilius in I. Locus ad taedium usque inculcatus. vs. 47. *Idem in eodem.* vs. 636. *Idem in III. Aen.* vs. 203.

ὀλίγου εἰς χιλίους — χιλίους. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ὀλίγον δ' οὗτος μεγιαῖς ἐπῆρχε.*

Θουκυδίδης Δ. κεφ. ρκδ'. Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

§. 247. *Ὀλίγου δεῖ καὶ ὀλίγου δεῖν ἀντὶ τοῦ σχεδόν.* Cod. MS. Monac. omisit *εἰς χιλίους — καὶ ὀλίγου.* Oculi deceptus esse videtur. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. *ὀλίγοιο δεῖ φελῦθε καὶ ὀλίγων.*

Terentius in Andria. Act. I. vs. 1.

Ὀλύμπια καὶ Ὀλυμπίοις ἐνίκα. Ita Putschius, quem ego secutus sum, cum Cod. MS. Monac. eadem praestet. Edd. priores omnes *χορδαῖς ὑποσχόμενος.*

Terent. in Eun. I, 2, 5?.

Attici, ὄμνυμι τοὺς θεούς. Ita Putschius cum Edd. Ven. 2. Erph. Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *ὀμοῖμαι σοι τοὺς θεοὺς καὶ τῷ γὰρ ὄμνυτε*

Virg. in VI. vs. 324. *Idem in eodem.* vs. 351.

Ὅμηρος Ἰλιάδος Α. vs. 273. *Idem Ἰλιάδος Ξ.* vs. 271. 275. Cod. MS. Monac. *Στυγὸς ἄατον.* In sequenti versu, quem omiserunt Edd. Asc. Bas. Colon., auctoritate MS. Monac. scripsi *μὶν* pro *μήν*. Menandri locos dedi ego ex ed. Putsch. Homeri et Menandri versus Graeci absunt ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Nomina tamen auctorum notata sunt. In priori Menandri loco scripsi pro *Μένανδρος Πλοκίῳ* ita: *Μένανδρος Πλοκίῳ.* Nam e Misogyno haec deprompta esse puto, non e Glycera, quod Putschius censuit. Cf. §. 252. Pro *ἢ μὴν ποιήσειν* Edd. Ald. Colon. *εἰ μὴ ἔλθοις θήσειν* praestant.

A. Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. Idem Ἰλιάδος Ξ. Ἄγρει νῦν μοι ὅμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ, ἦ μέν μοι δώσειν Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων. Μένανδρος: Γλυκέρα, τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη, ὀμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις. *Idem in Misogyno:* Ὄμνυμί σοι τὸν
248 Ἥλιον, ἦ μὲν ποιήσειν σοι γραφὴν κακώσεως. Terentius in Phormione: *En umquam injuriarum audivisti mihi scriptam dicam?* Et Lucanus in VI. *Effera damnarat nimiae pietatis Erichto.* Attici, ὅμοια τοῖς καὶ τῶν. Thucydides Z. Τὸ γὰρ γένος τῶν Θρᾳκῶν ὅμοια τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ, ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ, φονικώτατόν ἐστι. Virgilius in Bucolico: *Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi stultus ego huic nostrae similem.* Terentius in Eunucho: *Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.*

249 Attici, ὅμοιός ἐστι λόγος καὶ πρότερον. Πλάτων Κρίτωνι· Ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, οὗτός τε ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν, ἔμοιγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι καὶ πρότερον· ἀντὶ τοῦ· οἷος πρότερον. Simile est illud Virgilianum: *O socii, neque enim ignari sumus ante malorum:* id est, *illorum, quae pertulimus mala.* Et nota, quod ex hujuscemodi structura Graeca frequenter Latini *ac* et *atque* in significatione similitudinis accipiunt, ut, *si-*

---

§. 248. *Terentius in Phormione.* Act. II. Sc. 2. vs. 15. *Lucanus in VI.* vs. 508.

ὅμοια τοῖς καὶ τῶν. Ita Putschius. Edd. Ald. Bas. Colon. ὅμοιος τῷδε καὶ τοῦδε. Edd. Erph. Asc. rel. ὅμοιος γενησῃ θεῷ.

Thucydides Z. Κεφ. κθ'. *Virgilius in Buc.* Ecl. I. 20. *Terentius in Eunucho.* Act. III. Sc. 2. vs. 33.

§. 249. ὅμοιος ἐστὶ λόγος καὶ πρότερον. Auctoritate Cod. MS. Monac. omisi, quae in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. his subjiciuntur: ἀντὶ τοῦ οἷος καὶ πρότερον. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. τῶν πρὶν πραγμάτων εἰδήμων.

Πλάτων Κρίτωνι. Cap. VIII. s. fin. Pro ἀνόμοιος auctoritate Cod. MS. Monac. edidi ὅμοιος. Pro καὶ πρότερος idem liber scribi jussit καὶ πρότερον item οἷος πρότερον pro οἷος πρότερος. Notandum praeterea, hunc librum post δοκεῖ exhibere hos apices: εστι sive ετι. Platonis locus frustra requiritur in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt.

Virgilius in I. Aen. vs. 198. *Simile est illud Virgilianum.* Ita Cod. MS. Monac. pro vulg. *Virgilius.*

Virgilius in III. Aen. vs. 236. Pro *secundo* e Cod. MS. Monac. reposui III.

milis est haec oratio atque ante. Virgilius in III. Ae-
neidos: *Haud secus ac jussi faciunt.* Terentius in An-
dria: *Ita tum discedo ab illo, ut qui se negat filiam
daturum:* id est, *ut ab hujuscemodi homine, qualis est,
qui filiam negat. Facio atque ante feci*, pro, *sicut an-
te feci.* Attici, ὃν τρόπον, καὶ ᾧ τρόπῳ, καὶ ἐξ οὗ τρό- 250
που, καὶ καθ' ὃν τρόπον. Nos, *quemadmodum*, et, *quo
modo.* Ὄνασθαι τοῦδε καὶ τόδε καὶ ἀπὸ τοῦδε. Πλά-
των Χαρμίδῃ: Ὑπὲρ δὲ σοῦ, ἦν δὲ ἐγὼ, ὦ Χαρμίδη, πά-
νυ ἀγανακτῶ, εἰ σὺ, τοιοῦτος ὢν τὴν ἰδέαν καὶ πρὸς τού-
τῳ τὴν ψυχὴν σωφρονέστατος, μηδὲν ὀνήσῃ ἀπὸ ταύτης τῆς
σωφροσύνης. Virgilius in VII. *Fruiturque deorum col-
loquio.* Juvenalis in I. *Exul ab octava Marius bibit et
fruitur Dis iratis: at tu, victrix provincia, ploras.* Si- 251
militer *potior illius rei* et *illa re* et *illam rem.* Cice-
ro in II. Invectivarum: *Rerum potiri volunt.* Teren-
tius in Adelphis: *Ille alter sine labore patria potitur
commoda.* Idem in eodem: *Miseriam omnem ego capio,
hic potitur gaudia.* Salustius in Jugurtino: *Priusquam
legatos conveniret, Adherbalis potiretur.* Virgilius in I.
Egressi optata Troes potiuntur arena. Illi, ὁσημέραι καὶ
ὅσαι ἡμέραι. Ὑπερίδης Δηλιακῷ· Ἐνταυθὶ θύεται τῷ Ἀ-
πόλλωνι ὁσημέραι, καὶ μερὶς αὐτῷ καὶ δεῖπνον παρατίθεται.
Hinc Romani, *cotidie* vel *quotidie*, pro, *quot dies*; et

Terentius in Andria. Act. I. Sc. 1. vs. 121. *negat filiam* e Cod. Monac. Edd. Ven. 1. 2. Asc. reposui ego pro *filiam neget.*

§. 250. *ante feci* pro *feci ante* dedi ego e Cod. MS. Monac.

Ὃν τρόπον κ. τ. λ. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. *ὥσπερ, πῶς, ποίῳ τρόπῳ, ποῖον καὶ τίνα τρόπον.*

Πλάτων Χαρμίδῃ. Cap. 51. init. MS. Monac. *ονησει.*

Virgilius in VII. vs. 90. *Juvenalis in I.* Sat. I. vss. 49. 50.

§. 251. *Cic. in II. Invectiv.* Cap. 9. *Terentius in Adelphis.* Act. V. Sc. 4. (2.) vs. 17. *Idem in eodem.* V. 4. (2.) 22. Post *omnem* inserui *ego* e Cod. Monac.

Salustius in Jug. Cap. 25. §. 10. ed. Cort. *Virg. in I.* vs. 172. Cf. de constructione verbi *potiri* §. 189.

Hyperidis locus abest ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. In Edd. Ald. Bas. Colon. desunt *Ἀπόλλωνι καὶ μερὶς αὐτῷ καὶ δεῖπνον παρατίθεται.* Pro *Δηλιακῷ* exhibet MS. Monac. *Δηλιακοῦ.*

cotidie vel quotidie. Ita MS. Monac. Vulgo: *quotidie vel cottidie.* Pro *erunt anni* MS. Monac. *deunt anni.*

quotannis, pro, *quotquot erunt anni.* Attici, ὅσῳ χρόνῳ. *Μένανδρος Μισογύνῃ·* *Χαῖρ', ὦ Γλυκέρα, καὶ*
252 *σύ· πολλοστῷ χρόνῳ ὁρῶ σε.* Nos, *longo tempore.* Ὀσφραίνομαι τοῦδε καὶ τόδε. *Εὔπολις Αἰξίν·* *Προσένεγκέ μοι ἐγγὺς τὸ στόμα, ὀσφραίνεσθαι τὸ σόν.* Nos quoque *olfacio illam rem.* Terentius in Adelphis: *Sinerem illum ac non sex totis mensibus prius olfecissem, quam ille quidquam coeperet?* *Odoror* quoque accusativo conjungitur. Lucanus in VII. *Tabemque cruentae caedis odorati Pholoën liquere leones.* Attici, ὅταν ἔλθῃ, de futuro dicunt. Isaeus etiam de praeterito: Ὅταν ἔλθῃ ἔσωθεν παρ' ἐμοὶ κατάγεσθαι. Et iterum: Ὅταν ἔλθω, παρ' ἐκείνῳ κατηγόμην. Antiquiores tamen ὅτε ἔλθοι de praeterito dicunt. *Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Διογένους·* *Καὶ πρωῒ Διογένει δὲ οἰκειοτάτῳ πάντων ἀνθρώπων ἐχρώμεθα, καὶ ἕως γε ὑγίαινεν, ἐξ ἀγροῦ ὅτε*
253 *ἔλθοι, παρ' ἡμῖν διῃτᾶτο.* In hujuscemodi sensu Roma-

Μένανδρος Μισογύνῃ. In Fabula Menandri ***Μισογύνης*** Glycerae secundae partes fuisse videntur. Igitur non sunt diversae fabulae ***Μισογύνης*** et ***Γλυκέρα.*** Cf. ea, quae ad §. 247. dicta sunt. Hic locus abest ab omnibus editionibus, quibus usus sum, Putschiana excepta. Ex hac ego hunc locum recepi, eumque dedi ita, ut ibi legitur, cum e Codice Monac. nulla esset notata lectionis varietas.

§. 252. ***ὀσφραίνομαι τοῦδε καὶ τόδε.*** Haec dedit Putschius, quem ego secutus sum, nisi quod ***ὀσφραίνομαι*** reposui pro ***ὀσφραίνω,*** quod ille habet. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. ***ὀσφραίνῃ τι καὶ ὀσφραίνομαι τοῦ ψύχους,*** quae non temere quis absurda dicat.

Εὔπολις Αἰξίν. Hunc locum ex ed. Putsch. transscripsi. Nam abest ab Edd., quotquot vidi, omnibus. In Cod. MS. Monac. desiderantur ea, quae inde a *Nos longo tempore* usque ad finem Eupolidis loci supra leguntur.

Terentius in Adelphis. Act. III. Sc. 3. vs. 43. (sive Sc. 4. vss. 33. 34.). Scripsi *coeperet* pro *coeperit.* Hanc enim formam exhibent Edd. Asc. Ven. 2. Ed. Erph. *coeperat.* Reliquae omnes *coeperit.* *Faërnus* ad locum Terentii laudatum haec annotavit: *In aliquibus libris Terentii et Donati scriptum est coeperet: et ita in hunc modum Priscianus citat.* Cf. Terentium cum notis integris Donati, Eugraphii, Faërni rel. Amst. et Lugd. Bat. CIↃIↃCLXXXVI.

Lucanus in VII. vss. 826. 27. Cod. MS. Mon. *motumque cadavere celum* pro *tabemque cruentae caedis.*

Attici, ὅταν ἔλθῃ. Ita Putsch. Reliquae edd. ***λέγοιμ' ἄν.***

ni solent non solum praeteritis imperfectis, sed etiam perfectis uti pro praesentibus vel futuris, tam subjunctivis, quam indicativis. Virgilius in I. Aeneidos: *Certe hinc Romanos olim, volventibus annis, hinc fore ductores revocato sanguine Teucri, qui mare, qui terras omni ditione tenerent, pollicitus: tenerent* ἀντὶ τοῦ καθίξοιεν. Idem in eodem: *Quum venit, aulaeis jam se regina superbis aurea composuit sponda.* Cicero Verrinarum primo: *Non enim illud peto, quod soleo, cum vehementius contendi, impetrare, reus ut absolvatur.* Et Terentius in Eunucho: *Quae vera audivi, taceo et contineo optime: audivi* pro *audiam* vel *audivero.* Idem in Andria: *Sed siquid tibi narrare occepi, continuo dari tibi verba censes: occepi* pro *occipiam* vel *occeperim.*
Attici, ὅτι κάλλιστος, pro, ὡς κάλλιστος. *Πλάτων Ἀλ-* 254
κιβιάδῃ· Προστέτακται ἐπιμελεῖσθαι τοῦ γενομένου παιδὸς, καὶ ὅπως ὅτι κάλλιστος ἔσται μηχανᾶσθαι, ἀναπλάτ-

---

Isaeus. Edd. Ald. Bas. Colon. Ven. 2. Erph. Iunt. Asc. λέξοιμ' ἄν.

Ὅταν ἔλθῃ ἴσωθεν παρ' ἐμοὶ κατάγεσθαι. Putsch. παρ' ἐκεῖνον. Receptam lectionem hausi e Cod. MS. Monac. Idem liber in sequentibus παρ' ἐκείνῳ scribi jussit pro παρ' ἐκεῖνον.

ὅτε ἔλθοι. Edd. antiquiores ἀρξαίμην *de futuro.* Ego Putschium secutus sum, cum Cod. MS. Monac. cum hoc consentiret.

Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Διογένους. Hunc locum ignorant omnes edd. praeter Putsch. Post Διογένει inserui δὲ e Cod. MS. Monac.

§. 253. *Virgilius in I. Aen. vs. 235. revocato sanguine* pro *revocato a sanguine* reposui. Miror in Ed. Asc. post *Romani solent* esse lacunam, quamvis nihil desit.

ἀντὶ τοῦ καθίξοιεν. Ita Edd. omnes. Cod. MS. Monac. κατέχοιεν, omissis ἀντὶ τοῦ. Haec tamen lectio minus esse commoda videtur.

Idem in eodem. I, 697. *Cicero Verrinar. I.* Vulgo: *Invectivarum*, quod falsum est. Divinatio in Caec. Cap. 7.

Terentius in Eun. Act. I. Sc. 2. vs. 25. *Idem in Andria.* Act. III. Sc. 2. vss. 24. 25.

§. 254. *ὅτι κάλλιστος.* Ita Cod. MS. Monac. Putschius edidit κάλλιστος, omissa voce ὅτι. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. ὅτι πλεῖστον δύνασαι. Sequens locus Platonis abest ab his editionibus omnibus.

Πλάτων Ἀλκιβιάδῃ. Ubi haec legantur nescio. MS. Monac. pro ὅπως ὅτι κάλλιστος exhibet ὅπως καὶ ὅτι κάλλιστος.

τοντας τὰ μέλη τοῦ παιδὸς καὶ κατορθοῦντας. Similiter Nostri. Terentius in Eunucho: *Munus nostrum ornato verbis, quod poteris; et istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito: quod poteris,* pro, *ut poteris, quantum poteris.* Ὁτιὴ λέγεις με, pro, εἰς ἐμέ. Ἀριστοφάνης Βοηθοῖς· *Μισῶ σε, ὁτιὴ λέγεις μετὰ αἰσχρά.* Huic simile est illud Terentianum in Andria: *Quid me fiet,* pro, *in me.* Attici, ὅτι μάλιστα. Πλάτων Χαρμίδῃ· *Εἰ δ' οὖν, ὦ φίλε, ὅτι μάλιστα μηδὲν ἐλάττους αἱ ἡσύχιοι τῶν σφοδρῶν τε καὶ ταχειῶν πράξεων τυγχάνουσι καλλίους οὖσαι.*
255 Nostri *cum maxime* pro ἐπὶ μάλιστα frequenter ponunt. Plato in eodem: *Οὐδὲ ταύτῃ σωφροσύνη ἂν εἴη μᾶλλόν τι τὸ ἡσυχῇ πράττειν, ἢ τὸ σφόδρα τε καὶ ταχέως, οὐ τὸ ἐν βαδισμῷ, οὐ τὸ ἐν λέξει, οὔτε ἄλλοθι οὐδαμοῦ.* Similiter Virgilius in I. Aeneidos: *Quam Juno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo.* Attici οὖν accipiunt *παραπληρωματικόν.* Πλάτων Τιμαίῳ· *Ὁ δὲ γέρων, σφόδρα γὰρ οὖν μέμνημαι.* Nostri quoque frequenter *ergo* repletivi loco accipiunt. Terentius in

---

Terentius in Eunucho. Act. II. Sc. 1. vss. 9. 10. *quod poteris — quod poteris — quod poteris* ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. recepi pro *quoad — quoad — quoad —*, quod in Edd. Ald. Bas. Colon. Putschiana quoque reperitur, quo nihil falsius ne cogitari quidem potest. *Istum aemulum* pro *illum aemulum* dedi e Cod. MS. Mon.

Ὁτιὴ λέγεις με. Haec Putschius, quem secutus sum, dedit pro *τί μοι γένοιτο.* Aristophanis locus abest ab omnibus edd. praeter Putsch.

Terentius in Andria. Act. IV. Sc. 2. vs. 26. Pro *fiat* in Terentii libris editis legitur *fiet.*

Πλάτων Χαρμίδῃ. Cap. 17.

§. 255. *Nostri cum maxime — ponunt.* Haec in Edd. omnibus ante illum Platonis locum leguntur. Auctoritate Cod. MS. Monac. huc ego ea transposui. Quod quam commode factum sit, nemo non videt. *Plato in eodem.* Cap. 17. *οὐ τὸ — οὐ τό.* Putschius *οὔτε — οὔτε.* Ex Platone adducuntur in Edd. antiquis haec: *σχεδὸν δὲ τὶ πάντων μάλιστα.* In his etiam editionibus illud inepte positum est, quod, cum unus tantum Platonis locus allegatus reperiatur, scriptum legitur, *Plato in eodem*, ita ut nescias, ex quo libro deprompta sint. Hoc tamen probat sententiam supra propositam, quod nomina auctorum Graece scripta haud raro a librariis imperitis silentio transmissa, Latinis vero literis prolata, servata sint. Quam ob causam retinui ego *Plato in eodem*, quamvis supra *Πλάτων* scriptum sit.

Similiter. MS. Monac. *Simile. Virg. in I. Aen.* vs. 16.

Andria: *Mihine? Tibi ergo!* Οὐδὲ τόδε ἐποίησεν, οὐδὲ τόδε οὐκ ἐποίησεν, pro eodem ponunt Attici, ex supervacuo duplicantes abnegationem. Terentius in Phormione: *Non, non sic futurum.* Lucanus in primo: *Aut hic errat, ait, nulla sine lege per aevum mundus.* Terentius in Eunucho: *Nihil minus:* pro *minime.* Τὸν αὐτὸν τρόπον. Πλάτων Εὐθυδήμῳ· Καὶ οἵ γε στρατηγοὶ, ἔφη, τὸν αὐτὸν τρόπον. Δημοσθένης ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῶν· Μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι· ἀντὶ τοῦ· ὅνπερ. Terentius in Andria: *Quid vos, quo pacto hic? satin' recte? Nosne? sic ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet.* Idem in Eunucho: *Nunc ego eam, mi Phaedria, multae sunt causae, quamobrem cupio abducere.* Frequentissimae ta- 256
men sunt hujuscemodi figurae, quibus adverbia nominibus, vel participiis, vel pronominibus redduntur, et maxime localia. Virgilius: *Arma virumque cano, genus unde Latinum:* pro, *ex quo.* Ὥστε τόδε τι ποιῆσαι καὶ ὥστε τόδε τι ἐποίησαν. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀγορατοῦ

Πλάτων Τιμαίῳ. p. 21. b. ed. Steph. *Ὁ δὲ* scripsi pro *Ἤδη.* Hic locus desideratur in Edd. ante Putschium. *Terentius in Andria.* Act. V. Sc. 2. vs. 9.

οὐδὲ τόδε ἐποίησεν, οὐδὲ τόδε οὐκ ἐποίησεν. Edd. antiquae *οὐδεὶς λέγει τοῦτο, λέγει τοῦτο οὐδείς.* Recte sic, si Diis placet! *Terent. in Phorm.* Act. I. Sc. ult. vs. 73. Duplicavi ego *non.* Nam, altero omisso, nervus probandi inciditur.

Lucanus in primo. vs. 642. In Lucano legitur *ulla* pro *nulla.* *Terentius in Eun.* Act. III. Sc. 1. vs. 45.

Πλάτων Εὐθυδήμῳ. Cap. XX. *Δημοσθένης ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῶν.* Est Olynth. *A.* (*Γ.* ed. Rüdiger.) Cap. V. §. 5.

Terentius in Andria. Act. IV. Sc. 5. vss. 9. 10. E MS. Monac. reposui *sic ut quimus* pro *ut quimus.* *Idem in Eunucho.* Act. I. Sc. 2. vs. 94.

§. 256. *Virgilii* locus notissimus.

Ὥστε τόδε τι ποιῆσαι κ. τ. λ. Putschius edidit: *Οὐχ οὕτως ἦσαν ἀνόητοι, ὥστε τόδε τι ποιῆσαι καὶ ὥστε τόδε τι ἐποίησαν.* Priora abesse posse, imo recte abesse, sponte apparet. Haec et sequentem Lysiae locum frustra quaeras in Edd. reliquis omnibus.

Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀγορατοῦ ἐνδείξεως. Fragm.

Post hunc locum leguntur in Ed. Putsch. haec: Attici *ὡς δεηθείησαν, καὶ τοῦτο εἶπον, ὡς δεηθῶσιν, ut rogaverunt* (sic!). Eadem post Virgilii locum: *Arma — ex quo,* exhibentur ab Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. Hoc equidem non miror, illud autem non assequor, quomodo Putschius, cum antea posuerit *ὥστε — ἐποίησαν,* haec relinquere potuerit. Absunt etiam ab Cod. MS. Monac.

ἐνδείξεως· Οὐ γὰρ δήπου οὕτως ἐκεῖνοι ἀνόητοι ἦσαν καὶ ἄφιλοι, ὥστε περὶ τηλικούτων πραγμάτων πράττοντες Ἀγοράτον, ὡς πιστὸν καὶ εὔνουν δοῦλον καὶ ἐκ δούλων ὄντα, παρεκάλεσαν. Talis junctura frequens est apud nos, quotiens *ut*, pro causali conjunctione positum, praeterito subjunctivi copulatur, vel etiam praesenti, vel futuro, quando loco τοῦ ὅτι, id est, *quod* ponitur. Cicero in VII. Verrinarum: *Primum ut judiciis, qui decem laudatores dare non potest, honestius ei nullum dare, quam illum, quasi legitimum numerum consuetu-*
257 *dinis non explere.* Attici, οὐχ ἥκιστα. Romani: *non minus non parum nihilominus.* Illi, οὐκ ἀδυνατώτατος. Cicero Verrinarum I. *Ad hominem non inertissimum.*

---

futuro dedi ego pro *futuri* e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt.

Cicero in VII. Verrin. Est Lib. V. Actionis II. Cap. 22. Reliqui ego VII., cum Priscianus hos libros diversis numeris distinxerit. Supra quidem, Lib. VII. Cap. 6. §. 24. (Vol. I. p. 303.) *tertium* librum Act. II. dixit VII. Ibi vero scribendum fortasse erat V. Pro *honestius ei daret — expleret* secundum MS. Monac. edidi *honestius ei dare — explere.* Fateor tamen, hac lectione recepta, cur hic potissimum locus in medium allatus sit, valde fieri dubium.

§. 257. *Attici*, οὐχ ἥκιστα. Ita Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. οὐ μὴν οὐκ ἐλάττον. Edd. Ald. Bas. Colon. οὐ μὴν οὐχ ἥκιστα.

Illi, οὐκ ἀδυνατώτατος. Ita Putsch. quem ego secutus sum. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. τὴν ἡγεμονίαν οὐκ ἀπρακτοτάτῳ ἀνδρὶ παρέδωκαν.

Cicero Verrin. I. Divinat. in Caec. Cap. 21.

Virgilius in III. vs. 236. *Idem in IV.* vs. 149. Putschius edidit: *Idem in eodem: Non sequior.* Haec non e conjectura, sed ex errore dedit. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *segnior.* Numerum libri emendavi.

Θουκυδίδης ἐν ἀρχῇ (Cap. 8. init.). Addidi ego ἐν ἀρχῇ. In Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Iunt., omisso Thucydidis nomine, legitur ἐν ἀρχῇ *in principio.* In Cod. MS. Monac. Θουκυδίδης *in principio.* Hoc ex interpretatione ortum puto. Thucydidis locum unus Putschius reddidit. Post hunc locum leguntur in ed. Putsch. haec: ἐν ἀρχῇ· οὐδεὶς Σωκράτους ἧττον ἀμαθὴς ἐγένετο, quae ego auctoritate Cod. MS. Monac. omisi, quamvis in editionibus etiam Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. reperiantur. In his vero libris Thucydidis loco supplendo inserviunt.

Terentius in Eunucho. Act. II. Sc. 1. vs. 21.

Attici, οὐχ ἧττον, pro *similiter* et pro *magis*. Nostri quoque, *non minus*, *non secus*. Virgilius in III. *Non secus ac jussi faciunt*. Idem in IV. *Non segnior*: pro *similis*. Θουκυδίδης ἐν ἀρχῇ· Καὶ οὐχ ἧττον λῃσταὶ ἦσαν· ἀντὶ τοῦ· καὶ μᾶλλον ἐλῄστευον. Terentius in Eunucho: *Nemo fuit minus ineptus*: pro, *magis prudens*. Illi, οὐδαμῶς οὐ, τοπικόν. Nos, *nusquam*. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κλεόστρατον· Οὐδὲ εἴτις εἰςποιητὸς πάθοι, οὐκ ἀποστερεῖ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῶν χρημάτων. Abundat altera abnegatio. Similiter οὐδεὶς ὅστις οὐ. Πλάτων ἐν προτέρῳ Ἱππίᾳ· Ὅτι, φήσομεν, καταγελῷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅστις οὐ, εἰ φαῖμεν. μὴ ἡδὺ εἶναι φαγεῖν. Terentius in Eunucho: *Nemo quisquam*. Οὐ-

---

πάθοι οὐκ. Haec dedi e Cod. MS. Mon. Putschius: πάθος οὐδείς.

Similiter οὐδεὶς ὅστις οὐ. Totum locum Putschius ita reddidit: *Similiter* οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν. Πλάτων ἐν προτέρῳ Ἱππαρχικῷ· οὐδὲ εἷς ὅστις οὐ. Πλάτων Ἱππίᾳ· Ὅτι, φήσομεν, καταγελῷ ἂν ἡμῶν οὐδὲ εἷς ὅστις οὐ, εἰ φαίμεν μὴ ἡδὺ εἶναι φαγεῖν. Haec minus commoda sunt. Primum enim offendit geminatum exemplum: οὐδὲ εἷς ὅστις οὐ. Deinde Priscianus, ubi ex eodem scriptore duos locos affert, non solet nomen auctoris iterare, sed potius ponere: idem vel ὁ αὐτός. Denique quid sibi volunt haec: ἐν τῷ προτέρῳ Ἱππαρχικῷ? Tum nemo facile dixerit, quo consilio ea data sint: οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν. Haec igitur omisi. Deinde vero ἐν προτέρῳ Ἱππίᾳ e conj. reposui. Item pro οὐδὲ εἷς restitui οὐδεὶς et pro formula haec habeo, qua Prisc. usum demonstrare voluerit Graecorum. Vellem, notasset Riglerus, quomodo haec omnia in Codice legantur. Editiones antiquissimae parum lucis afferunt. In Ed. Asc. post locum Terentii, *Nemo fuit minus ineptus, pro magis prudens*, leguntur haec: *Illi*, οὐδὲ ποτέ με ἀπολείψειν φη. *nos nunquam*. ἢ μὴ οὐχὶ γίνεται. *Nostri quoque frequenter duplici abnegatione utuntur pro simplici*. (Lacuna.) *ut nihilominus pro non et recuso ne faciam pro recuso facere*. ἀπαγορεύω μὴ λέγω καὶ ἀπαγορεύω λέγειν. *In sequentibus vero* οὐχ ὄλεθ με Ζεύς· ἢ παλλάς με κατέπληξεν. *Haec autem figura vel* cum ea consentiunt Edd. Iunt. Ven. 2. Edd. Ald. Bas. Colon. *Illi* οὐδαμῶν (Lacuna) *nos nunquam* (Lacuna) *Terentius in Eunucho: Nemo quisquam, abundat quisquam*. οὐδέποτε *tam in praeterito, quam in futuro ponunt, quemodo et nos nunquam*. μὴ οὐχὶ γίνεται. *Nostri quoque frequenter duplici abnegatione utuntur pro simplici, ut nihilominus pro non et recuso ne faciam pro recuso facere*. Ἀπαγορεύω μὴ λέγω καὶ ἀπαγορεύω λέγειν. *In sequentibus*

δέποτε tam in praeterito quam futuro, quomodo et nos
258 *nunquam.* Aristophanes Ἐκκλησιαζούσαις· *Τί δῆτ' ἐπὶ στοίχου 'στὶν οὕτως; οὔτι μὴ Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴν πέμπετε;* Nostri quoque frequenter duplici abnegatione utuntur pro simplici: ut *nihilominus* pro *non.* Attici, *ἀπαγορεύω μὴ λέγω, καὶ ἀπαγορεύω λέγειν.* Nos: *recuso ne faciam,* pro, *recuso facere.* Illi, *οὐχ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' οὐδὲ τόδε· καί· οὐχὶ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ τόδε.* Ἰσοκράτης Πλαταϊκῷ· *Πολὺ δὲ μάλιστα ἀγανακτοῦμεν, ὅτι τοσούτου δέομεν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὥστε εἰρήνης [οὔσης] καὶ συνθηκῶν γεγενημένων οὐχ ὅπως τῆς κοινῆς ἐλευθερίας μετέχομεν, ἀλλ'*

---

vero οὐκ ὄλεσε με ζεὺς ἢ παλλάς με κατέφλεξε. Haec autem figura etc. Omissi ergo sunt in his edd. omnibus loci Lysiae, Platonis, Isocratis et Aristophanis; reliqua vero ita turbata, ut sana esse non possint. Ego pro facultate mea in integrum haec restituere studui. Hippiae locus reperitur in ed. Steph. p. 299. a.

Nemo quisquam. Addunt edd.: *abundat quisquam.* Ignorat illa Cod. MS. Mon. *Terentius in Eunucho.* Respici puto aut III, 5, 1. aut II, 3, 82.

§. 258. *Aristophanes Ἐκκλησιαζούσαις.* vss. 787. 88. E conjectura dedi *στοίχου* pro *στίχου*, *οὕτως* pro *οὗτος*, *πομπὴν* pro *πομπή.*

Attici, ἀπαγορεύω μὴ λέγω καὶ ἀπαγορεύω λέγειν. Haec ego transposui. In Edd. vett. ut dictum leguntur post formulam: *recuso ne faciam pro recuso facere.* In Ed. Putsch. post alterum Isocratis locum, qui paulo infra exhibetur, posita conspiciuntur. Quod quam incommode factum sit, ultro in oculos incurrit.

Illi, οὐχ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' οὐδὲ τόδε· καί· οὐχ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ τόδε. Postrema inde a voce *καὶ* inserui ego. Primum enim alter Isocratis locus docet, non solum priorem formulam sed etiam alteram a Prisciano scriptam esse. Deinde in Cod. MS. Monac. pro *ἀλλ' οὐδὲ τόδε* legitur: *ἀλλὰ τόδε καὶ τόδε.* Librarius igitur oculis aberravit a priore formula ad alteram, et in priore omisit oscitantia *οὐδέ.* Haec vero altera formula totidem verbis perscripta exstat in Cod., cum infra „*hic enim e contrario que atque et pro nec posuit,*" in hoc Cod. haec leguntur: *Hic enim et contrario et rursus ΟΥΧΩΠΟC ΤΟdeΥΚ·e ΤΙΙΝΗΤΟ ΑΛΛΑ τοδε. h̄s. quem atque et pro nec posuit.* Hoc quidem loco importunissima Graeca sunt; at vero, si, ut nos fecimus, priori formulae, interposita *καὶ*, subnectuntur, tum recte habent. Caeterum notandum est, superiora et sequentes Isocratis locos bis in Cod. Mon. scriptos reperiri:

οὐδὲ δουλείας μετρίας τυχεῖν ἠξιώθημεν. In sequentibus:
*Καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἐπ' αὐτοὺς στρατευσάντων, δι'
ὑμᾶς σωθέντες, οὐχ ὅπως τούτων χάριν ἀπέδοσαν, ἀλλ'
ἐπειδὴ διελύσασθε τὸν πόλεμον, ἀπολιπόντες ὑμᾶς εἰς τὴν
Λακεδαιμονίων συμμαχίαν εἰσῆλθον.* Haec autem figura
solet fieri vel abundante abnegatione vel deficiente et
communi subaudienda. Virgilius in III. Aeneidos:
*Non me tibi Troja externum tulit, aut cruor hic de
stipite manat*: pro *neque cruor*. Idem in IX. *Non hic
Atridae, nec fandi fictor Ulixes.* Bene dixisset tamen
pro *nec* ponens vel *et* aut *nec non*. Lucanus in IV. 259
Quippe ubi non sonipes, motus clangore tubarum, saxa

---

primum quidem supra ante verba e Lysiae oratione ad Cleostratum adducta; iterum vero hoc, quem nunc tractamus, loco.

Ἰσοκράτης Πλαταϊκῷ. Cap. 5. ed. Lang. p. 530. ed. Wolf. (Ips. 160.). *τυχεῖν δέομεν τῶν ἴσων.* Cod. Mon. *ὁΤι οι-ΤΩ ν deoMeNΩN ΤΩΝιοων.*

εἰρήνης [οὔσης]. Addidi ex edd. Isocratis *οὔσης*, uncis tamen appositis ab iis, quae in libris manuscriptis leguntur, hanc vocem secrevi.

In sequentibus. Ita Cod. Mon. Putschius *ἐν τοῖς ἑξῆς.* Non nego, haec praestare.

ἐπ' αὐτούς. Cod. MS. Mon. *eiCΤΝΑC.*

δι' ὑμᾶς σωθέντες. MS. *dΤΝΑCCΩΘΕΝΤΕC.* Libri Isocratis editi addunt post *σωθέντες* vocem *δὲ*, quae abest ab ed. Putsch. et Cod. Mon.

Virg. in III. vs. 42. *Idem in IX.* vs. 602. *nec fandi* e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. edidi pro *ne fandi*, quod Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. exhibent. *Bene dixisset tamen pro nec ponens vel et aut nec non etiam.* Haec dedi partim ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Iunt. Cod. Monac. partim e conjectura. MS. Mon. *bene dixisse jam pro.* Edd. vett. *b. dixisset tamen ne pro nec ponemus vel aut nec non etiam.* Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *ne dixit sed tamen pro nec ponens vel et aut nec non etiam et*, quae mihi corruptissima esse videntur.

§. 259. *Lucanus in IV.* vs. 750. seqq. MS. Monac. *spargetque — subrigat.* *Idem in eodem.* vs. 785. Inter hos Lucani locos inserta sunt in Edd. Erph. Ven. 2. Asc. Iunt. haec: *Hic enim e contrio. Et rursus οὔτ' ἐκεῖνος ἐποίησεν. ο τος τε. Isque atque et pro nec posuit: et ad omnia non in principio positum a communi accipitur. Idem in eodem vel.* Haec turbata et corrupta esse, vel me non monente, quisque sponte intelligit. In Edd. Ald. Bas. Colon.

quatit pulsu, rigidos vexantia frenos ora tenens spargitque jubas et subrigit artus, incertoque pedum pugnat non stare tumultu. Hic enim e contrario *que* atque *et* pro *nec* posuit; et ad omnia, *non* in principio positum a communi accipitur. Idem in eodem: *Fluvios non ille cruoris membrorumque videt lapsus.* Δημοσθένης κατὰ Αἰσχίνου περὶ τῆς παραπρεσβείας: *Μηδὲν λελοιπότα μοχθηρίας.* Salustius in Catilinario: *Postquam victo-*
260 *riam adepti sunt, nihil reliqui victis facere.* Illi, ὀφεί-
λει μοι τόκον ὁ δεῖνα, καὶ ὀφείλει τόδε ποιῆσαι. Et nos: *debet mihi ille usuram*, et, *debet illam rem facere.* Nam infinitis verborum tam illi quam nos frequenter utimur loco nominum: et illi quidem pro omni casu, nos autem pro nominativo vel accusativo, ut Persius: *Sed pulcrum est digito monstrari et dicier: hic est!* Idem: *Euge tuum et belle.* Lucanus in IV. *Victurosque Dei celant, ut vivere durent, felix esse mori.* Loco enim genitivi vel dativi vel ablativi et accusativi cum praepositione gerundiis vel supinis utimur, de quibus de verbo tractantes, sufficienter do-
261 cuimus. Attici, παραβάλλομαι τούτῳ καὶ πρὸς τοῦτον.

οὔτ' ἐκεῖνος ἐποίησεν οὗτος τε ponuntur post *accipitur.* Lectionem Cod. Mon. supra ad §. 258. commemoravi.

Δημοσθένης — παραπρεσβείας. Addidi ego e Cod. MS. Mon. περὶ τῆς παραπρεσβείας. Idem liber μηδὲ pro μηδὲν, quod Putschius dedit. *Salustius in Catilin.* Cap. 11. E libro manuscripto Monac. dedi *adepti sunt* pro *sunt adepti* et *victis facere* pro *fecere victis.*

§. 260. *ὀφείλει μοι τόκον ὁ δεῖνα, καὶ ὀφείλει τόδε ποιῆσαι.* Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Asc. Ven. 2. Erph. Iunt. *ὀφείλω σοι δάνειον καὶ ὀφείλω λέγειν τἀληθές.*

Persius. Sat. I. vs. 28. *Idem.* In eadem vs. 49. *Lucanus in IV.* vs. 519.

§. 261. *παραβάλλομαι τούτῳ καὶ πρὸς τοῦτον.* Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. At vero Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. *συγκρίνω ἀριστοτέλη πλάτωνα καὶ μετὰ τοῦ πλάτωνος.*

Demosthenes pro Ctesiphonte. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. II. p. 1282. l. 10. coll. 1485. l. 17. Editiones antiquissimae Graeca hujus loci omiserunt.

Cicero pro Dejot. Cap. 11. Scripsi ego *comparo* pro *confero*, quod editiones tuentur. Qua emendatione nihil mihi videtur certius esse, cum praecesserit *comparo tibi illum et tecum.*

Philipp. III. Orr. Gr. ed. Reisk. Vol. I. p. 129. l. 8. *Philipp. IV.* ib. p. 152. l. 19. In his locis citandis secutus

Demosthenes pro Ctesiphonte: *Πρὸς ἐκείνους καὶ παραβάλλειν εἶναι.* Romani quoque *comparo tibi illum,* et *tecum.* Cicero pro Dejotaro: *Etsi inique Castorem cum domino comparo.* *Πανταχοῦ* tam *in loco* quam *per omnes partes* significat. Demosthenes Philippicarum III. *Τοὺς ταῦτα διδάξοντας ἐκπέμπωμεν πρέσβεις πανταχοῦ: ad locum.* Et Philippicarum IV. *Οὐ τυραννίδων ἢ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες κεκρατήκασι πανταχοῦ:* quod est *in loco.* Nos *omnifariam* quidem pro *per omnes partes* ponimus, *ubique* autem *in loco,* et *undique de loco,* et quoque *ad locum.* *Πάντα τὸν χρόνον καὶ παντὶ τῷ χρόνῳ* 262
καὶ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ πράττει. Similiter nos. Virgilius in IX. *Omne aevum ferro teritur.* Illi, *παύω τόνδε λυπούμενον καὶ λυπεῖσθαι καὶ μὴ ποιεῖν τόδε.* Nostri, *compesco illum insanientem,* et, *insanire,* et, *ne insaniat.* *Παρὰ* apud illos et genitivo et dativo et accusativo adjungitur: et apud nos *praeter* accusativo conjungitur, et ablativo tum, cum pro *sine* accipitur, ut Sallustius in Catilinario: *Praeter rerum capitalium condemnatis,* pro *sine condemnatis.* Et *tenus* tam ablativo quam genitivo. Virgilius in III. *Pube tenus, postrema*

---

ego sum Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. quae omnes hos locos in medium attulerunt. Putschius discessit ab his: *Demosthenes Philippicarum IV. Καὶ κύκλῳ καὶ πανταχῇ μέλλοντας ἡμᾶς. καὶ καθήμενοι περιστοιχίζεται πανταχοῦ. Ad locum. Demosthenes πρὸς Ἀριστοκράτην: καὶ πανταχοῦ ἢ ἄλλως οἴχεται. Idem in Philippicis: τῆς ἐκείνων προαιρέσεως οἱ τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες κεκρατήκασιν πανταχοῦ.* Mihi quidem duo loci sufficere videntur. *pro per omnes partes.* E Cod. Mon. addidi *partes.*

πράττει. Putschius *πράττειν.* Illud MS. Mon. praestat. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Bas. Colon. Bas. *ἡ ἡλικία τοῖς πάθεσι τρίβεται.*

Virg. in IX. vs. 609.

παύω — τόδε. Ita Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Bas. Colon. Ald. *ἐπέχω σὲ μαινόμενον καὶ μαίνεσθαι καὶ ἐπέχω σε ἵνα μὴ μαίνῃ.*

Nostri. Omisi *et* ante *Nostri* secundum Cod. Mon. *Salustius in Catilin.* Cap. 36. §. 2. ed. Cort. *Virgilius in III.* vs. [illegible] Virgo, IV. *pistris* pro *pistrix* [illegible] Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Ante hunc locum omisi *pube tenus,* quod rectius abesse videtur. *Idem in III. Georg.* vs. 55.

immani corpore pistris. Idem in III. Georgicon: *Et crurum tenus a mento palearia pendent*, secundum
263 Graecos dixit. Attici, παρεσκευάζοντο ὡς ποιήσοντες τόδε καὶ ποιῆσαι τόδε. Similiter Nostri. Salustius in Catilinario: *Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus expeditus in fuga sequeretur.* Hinc videtur etiam illud: *Dignus patriis qui laetior esset imperiis, et cui pater haud Mezentius esset.* Παραχωρῶ σοι τοῦδε καὶ τόδε. Latinorum quoque auctores, *concedo tibi illius rei et illam rem.* Lucanus in I. *Tibi numine ab omni cedetur jurisque*
264 *tui natura relinquet, quis Deus esse velis.* Attici, παραιτεῖσθαι σύγγνώμην. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων B. Σὺ μὲν οὖν, ὦ παῖ, ἂν σωφρονῇς, τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκας τῆς μητρός. Livius LVII. ab urbe condita: *Qui Pompejum*

---

§. 263. **παρεσκευάζοντο τόδε ὡς ποιήσοντες καὶ ποιῆσαι τόδε.** Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. **τέθνηκεν. Ἀριστοφάνης ᾧ τινι πατρὶς αθῆναι ἦσαν.**

Salustius in Catilin. Cap. 57. §. 4. Edd. omnes *expeditos.* Hanc lectionem falſam esse, neque regulae a Prisciano propositae congruere, patet. Scripsi igitur *expeditus.* Sequens locus Virgilii est, Aen. VII. vss. 653. 54. In ed. Putsch. post *Mezentius esset* legitur: *Virgil. in VII.* Abest a Cod. Mon. *in VII.* Equidem haec omnia delevi, cum Priscianus nunquam loci notationem postponere soleat. **παραχωρῶ σοι τοῖδε καὶ τόδε.** Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. **συγχωρῶ σοι τοῦ ἁμαρτήματος καὶ τὸ ἁμάρτημα.**

Lucanus in I. vss. 50. 51.

§. 264. **παραιτεῖσθαι συγγνώμην.** Ita Putschius. Edd. Ald. Bas. Ven. 2. Erph. Asc. Colon. Iunt. *φρονεῖ.* Xenophontis verba desunt in his Edd. Pro **σωφρονήσεις** edidi ego **σωφρονῇς.** Pro **παραιτήσῃ** Cod. Mon. **παραιτησει,** quod receptam lectionem tueri videtur. Reperitur hic locus in Mem. II, 2. §. 14.

Livius LVII. ab urbe cond. Putschius CVII. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. XXVI. Utrumque falsmm. Cod. MS. Mon. LIII. Puto tamen, LVII verum esse numerum, aut LIV. *Aristophanes Ποιήσει.* Brunckii auctoritate scripsi **Ποιήσει** pro **Ποιήχει,** quod Putschius dedit. Fragmentum, quod Brunckius corruptissimum appellat, descripsi ex edit. Putsch. Pro **ἐας ἵνα εἶ** e Cod. MS. Mon. dedi **ἔασον εἶναι.** Nam hic liber exhibet haec: eACINEINAI. Vellem, notasset Riglerus apices singulos hujus loci; e quibus fortasse ad sanandum fragmentum medicinae aliquid

morbum excusasse ferunt, ne, cum interesset deditioni, animos Numantinorum irritaret. Attici, παρά σε pro παρά σοι. Quomodo et nos *apud te.* Aristophanes Ποιήσει· Γυναῖκα δὲ ζητοῦντες, ἕνα δ᾽ οἶκον, νυνὶ ἔασον εἶναι παρὰ σέ. Illi, παντὸς μᾶλλον. Πλάτων Πολιτικῷ· Σκοπῶ- 265
μεν δὴ προσχόντες τὸν νοῦν εὖ μάλα, πότερον παντὸς μᾶλλον αὐτῶν ἔχει διαφοράν. Virgilius in I. *Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo.* Περὶ apud illos et praeponitur et postponitur et diversas habet significationes: quomodo et apud nos *de* et *prae* et *pro* et pleraeque praepositiones. Herodotus Historiarum primo: Παιδὸς περὶ τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε. Virgilius in IV. *Te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni odere.* Terentius in Andria: *I prae, sequor:* pro *praei.* Attici, περιορᾶν αὐτὰς 266
καὶ αὐτῶν. Nostri, *despicio, contemno, sperno* ad accu-

---

peti posset. Reliquae edd. *Aristophanes.* παρ᾽ ἐμοὶ οὐκ ἐς κόρακας πλοῦτος παρά σοι.

§. 265. *Illi,* παντὸς μᾶλλον. Haec ego e Cod. MS. Mon. inserui. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. φέρεται ἀλεξάνδρου πέρι. Putschius Platonis locum annexit Aristophanis fragmento.

Πλάτων Πολιτικῷ (Steph. Vol. II. p. 306.) (Ed. Bekk. Vol. IV. p. 279.) Σκοπῶμεν δή. Haec e Platonis libris editis reposui pro σκοποῦμεν δὲ, cum error facillimus esset. προσχόντες τὸν νοῦν restitui e Cod. Mon. pro πρὸς ὅλον τὸν νοῦν. Ita enim liber ille praestantissimus ΠΡΟΣΧΟΝΤΑΣΤΟΝ. Eiusdem libri auctoritate reposui εὖ μάλα pro εὖ μᾶλλον; πότερον pro πρότερον e Platonis libris restitui. Reliqua intacta reliqui, quamvis falsa sint. Ita enim legitur totus locus in Edd. Platonis: Σκοπῶμεν δὴ προσχόντες τὸν νοῦν εὖ μάλα, πότερον ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο ἢ παντὸς μᾶλλον αὐτῶν ἔχον διαφορὰν τοῖς ξυγγενέσιν ἐστί.

Virg. in I. vss. 15. 16. MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. *fertur terris.* Hunc verborum ordinem restitui e Cod. MS. Mon. *Herodotus Historiarum primo.* Cap. 36. *Virgilius in IV.* vs. 320. *Terentius in Andria.* Act. I. Sc. 1. vs. ult.

§. 266. περιορᾶν αὐτὰς καὶ αὐτῶν. Ita Putschius. Reliquae Edd. περιόπτομαί σε, καταφρονῶ σοῦ. *Μένανδρος Ἐπικλήρῳ.* Abest hic locus ab omnibus edd. praeter Putsch. Menandri Ἐπίκληρος adducitur in Lex. Seguer. Imm. Bekkeri p. 81. l. 1. sibique. *credor tibi* reposui ego e MS. Mon. Putschius: *credo tibi et credor a te.* πειρᾶσαι ταύτην καὶ ταύτης. Ita Putschius, quem ego secutus sum. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. πειρῶμαι τῶν παθῶν καὶ πειρῶ τήνδε.

sativum solum. Illi, πεπίστευμαί σοι καὶ ὑπὸ σοῦ. Μένανδρος Ἐπικλήρῳ· Οὔπω σοι πεπίστευμαι. Nos quoque *credor tibi* et *credor a te.* Attici, πειρᾶσαι ταύτην καὶ ταύτης. Θουκυδίδης Δ. Βουλόμενος μὲν τῷ λόγῳ, καὶ ἅμα, εἰ δύναιτο, ἔργῳ τῆς Νισαίας πειράσαι. Aristophanes Ἱππεῦσι· Πολλῶν γὰρ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. Latini ad accusativum solum. Virgilius in II. *Aut terebrare cavas uteri et tentare latebras. Expertus* tamen et *illam rem* et *illius rei.* Virgilius in X. *Sexcentos illi dederat Populonia mater expertos: ast Ilva trecentos.* Sed magis nomen est.

XXVI Attici, περὶ τόσους καὶ περὶ τόσοις. Θεόπομπος
267 Φιλιππικῶν Θ. Τὸ μὲν μῆκος περὶ τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους. Lycurgus ἐν τῷ περὶ Ἱερείας· Ὡς περὶ εἴκοσιν ἀνθρώπους. Hinc Nostri, *viginti passus,* et, *viginti passus aberat.* Attici, περὶ πολλοῦ καὶ πλείστου ἡγεῖσθαι. Terentius similiter in Andria: *Sive haec te solum semper fecit maximi.* Illi, πεποιηκὼς δείξω· ἀντὶ τοῦ· πεποιηκότα ἐμαυτὸν δείξω. Huic simile Virgilius in II. *Sensit medios illapsus in hostes:* pro *illapsum se esse.*

Θουκυδίδης Δ. Κεφ. ὀ. καὶ ἅμα εἰ δύναιτο. Haec ego e libris Thucydidis dedi. Putsch. *ΚΑΙΝΑ ΤΙ ΔΥΝΑΤΙ.* MS. Mon. *ΚΑΙ ΑΝΑ ΤΙ ΔΥΝΑ ΤΑΙ.* Mox **πειράσαι** e MS. Mon. reposui pro **πειρᾶσθαι**, quod Putschius dedit. Ita enim liber ille manuscriptus: *ΠΙΡΑΙCΑΙ.*

Aristophanes Ἱππεῦσι. vs. 517. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. hunc versum (Plut. 150.) exhibent: **ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ.**

Virgilius in II. vs. 38. *Virgilius in X.* vss. 172. 73. Correxi ego numerum. Nam vulgo legitur XI.

§. 267. *Attici,* **περὶ τόσους καὶ περὶ τόσοις.** Ita Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. **ἀπέχει στάδιον τῆς πόλεως καὶ σταδίῳ. Θεόπομπος κ. τ. λ.** Hic locus desideratur in reliquis omnibus edd. praeter Putsch.

Lycurgus **ἐν τῷ περὶ Ἱερείας.** Pro **ὢν περὶ,** quod Putschius posuit, MS. Mon. *ΩCΠΕΡ.* Scripsi igitur **ὡς περί.** Graeca desunt in Edd. excepta Putsch.

Attici, **περὶ πολλοῦ καὶ πλείστου ἡγεῖσθαι.** Secutus in his ego sum Putschium, nisi quod e Cod. MS. Mon. addidi **ἡγεῖσθαι.** Cod. *ΗΓΕΙCΘΑΙ.* Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. **πεποίηκά σε ἀεὶ καλῶς καὶ δέδωκά σοι ἀεί.** *Terentius in Andria.* Act. I. Sc. 5. vs. 58.

Illi, **πεποιηκὼς δείξω.** Putschius: **ἡγεῖσθαι πεποιηκὼς δείξω.** Illud **ἡγεῖσθαι** ferri non potest. Secutus ego sum auctoritatem Cod. MS. Mon. omittentis hanc vocem. Haud du-

Illi, περίφοβός ἐστιν πρῶτος ποιήσας καὶ ποιῆσαι. *Δείναρχος κατὰ Τιμάρχου*· Περίφοβος ἦν πρὸς ὑμᾶς 268
εἰσελθεῖν. Similiter nos, *trepidus est ad faciendum* et *trepidus est facere*. Virgilius in Bucolico: *Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo, tu calamos inflare leves, ego dicere versus*: pro *boni ad calamos inflandos* et *ad dicendos versus*. Attici, περιβαλεῖν ἐκεῖνον συμφορᾷ καὶ περιβαλεῖν ἐκείνῳ συμφοράν. Et Nostri, *circumdare illum casibus*, et, *circumdare illi casus*, quomodo, *tot volvere casus* et *tot volvi casibus*. Virgilius in primo: *Quidve dolens regina Deûm tot volvere casus*. Idem in eodem: *Argentum Pariusve lapis circumdatur auro*. Similiter *induo te veste* et *induo tibi vestem*. Virgilius in XI. *Harum unam juveni supremum moestus honorem induit*. Idem in X. *An sese mucrone ob tantum dedecus amens induat?* Πῆ ἡ πῶς 269
apud Graecos, infinitum gravatur, interrogativum circumflectitur. Similiter apud nos *qua* et *quo*. Attici, πιστεύω ταῦτα καὶ τούτοις. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ*

---

bie sphalmate graphico in priore formula περὶ πολλοῦ καὶ πλείστου ἡγεῖσθαι omissa in hanc translata est apud Putsch. Quae sequuntur, ἀντὶ τοῦ — δείξω, addidi ego ex eodem libro manuscripto: *ΑΝΤΙ ΤΟΥ ΠεΠΟΙΗΚΟΤΑ εΝ ΑΥΤΟΝ ΔεΙΞΩ*. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. ἔγνω δὴ τότε ἠδικημένος καὶ ἑαυτὸν ἀδικεῖσθαι.

Virgilius in II. vs. [illegible].

§. 268. *Illi*, περίφοβός ἐστι πρῶτος ποιήσας καὶ ποιῆσαι. Ita Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. δειλός ἐν τοῖς πρακτέοις ἐστὶ καὶ πράττειν. Ed. Asc. δειλός.

Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. Hunc locum unus exhibet Putschius.

Virgilius in Buc. Ecl. V. init.

Attici, περιβαλεῖν ἐκεῖνον συμφορᾷ καὶ περιβαλεῖν ἐκείνῳ συμφοράν. Haec ego protuli e Cod. MS. Mon. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. ἀμπέχεται τριβώνιον ἐκεῖνος, κακλόω ἀλφίτοις τὴν κάρδοπον. Vel propter diversa verba damnanda illa censeo.

Virgilius in I. vs. 9. *Idem in eodem.* vs. 593.

Idem in XI. vs. 77. *Idem in X.* vs. 682.

§. 269. Πῆ ἡ πῶς. Πῆ dedi ego e Cod. Mon. pro ποι, quod Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. exhibent. Scribendae fortasse erant hae voces sine accentu.

πιστεύω ταῦτα καὶ τούτοις. Ita Putschius, quem ego secutus sum. Edd. reliquae πίστευσόν μοι τοῦτο ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ.

Αἰσχίνου· *Οὔτε πιστεύειν ἐβουλήθη πάθη, ἃ οὗτος ἀπήγγελλεν.* Sed hoc synemptosis esse videtur: ad verbum enim sequens accusativo usus est: dativo autem et accusativo simul frequenter jungitur *credo* verbum. Terentius in Adelphis: *Quid credas aut cui credas?*
270 Idem in Andria: *Credon' tibi hoc nunc?* Attici, *πλείω ἡμέρας τρεῖς καὶ πλείω ἡμερῶν τριῶν.* Nos quoque, *plus tres dies* et *plus tribus diebus.* *Πλάτων Ἐπιταφίῳ·* *Καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω τρεῖς.* Similiter *πλείους ἑνὸς καὶ πλείους εἷς.* *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος·* *Εἶπον εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως.* *Δημοσθένης πρὸς Εὐβουλίδην Ἐφέσει·* *Οὐ πλείους ἢ τριάκοντα.* Nostri quoque hac constructione ad omnes casus utuntur. Terentius in Eunucho: *Non plus triduum.* Virgilius in primo: *Noctem non amplius unam falle dolo.* Lucanus in VII. *Plus est quam vita salusque, quod per-*

Putschius *ἀπήγγειλεν.* MS. Mon. *απηγγελλεν.*

Terentius in Adelphis. Act. III. Sc. 2. vs. 32. ***Idem in Andria.*** Act. III. Sc. 2. vs. 17.

§. 270. *Attici, πλείω ἡμέρας τρεῖς καὶ πλείω ἡμερῶν τριῶν.* Edd. antiquae omnes, *πλέον τριῶν ἐτῶν καὶ τρία ἔτη τοῦτο ἐγίνετο.* In sequentibus omisit Putschius (typothetae est error!) *tribus*, quod ego restitui. Sequens Platonis locus desideratur in Edd. excepta Putsch. Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon.: Plato in Timaeo: *εἴδη δὲ πλέον ἑνὸς ἔχων.*

Πλάτων Ἐπιταφίῳ. Legitur in Menexeno haud ita longe ab initio. Putschius omisit *ἢ* post *πλείω*, neque ego id reponere ausus sum, cum a Prisciano ipso omissum esse videatur.

Similiter πλείους ἑνὸς καὶ πλείους εἷς. Haec dedit Putschius. Reliqui editores: Similiter quoque *πλέον ἡμερῶν τριάκοντα καὶ πλέον ἢ τριάκοντα ἡμέρας.*

πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι. Ita scripsi pro iis, quae Putschius dedit, *πλείους ἀνεστραμμένοι — εἷς.* At vero ex hoc loco sumptus est usus *πλείους ἑνός;* ergo etiam ita scribendum erat.

Δημοσθένης πρὸς Εὐβουλίδην Ἐφέσει. *Ἐφέσει* dedi ego pro *Ἐφομείφῃ*, quod Putschius somno, videtur, gravis in textum recepit. Cod. MS. Mon. *εΦεCεIOΥ.* Deinde scripsi *οὐ πλείους τριάκοντα.* Putschius *πλείους ἕνα.* At vero haec non leguntur in hac oratione. Ter et quater perlegi eam, nec quidquam inveni, quod simile esset illis, quae Putsch. recepit. *Οὐ* aperte exhibet MS. Mon. una cum *Ἐφέσει*, ut videre licet ex apicibus istis, quos modo notavi. Pergit vero hic liber ita: *ΠΛεΙΟΥC ΗΑ.* Novis-

it. Cicero in Frumentaria: *Pluris dimidio.* *Πλήν.* 271
Hoc Attici construunt cum omni casu absque vocativo, quomodo et Nostri *nisi* et *duntaxat:* ut, *nisi ille dicat, nisi illius jussu, nisi illi congrue, nisi illum doceam, nisi illo praesente.* *Ποῖ* Graeci frequenter *in locum,* *ποῦ in loco.* Homerus tamen: *Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαί.* Romani *quo* ad locum, *ubi* in loco. Attici, *πολὺ μᾶλλον, καὶ πολλῷ μᾶλλον, καὶ πολὺ μάλιστα.* Nostri ad ablativum, *multo magis* et *multo maxime.* *Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ· Πολὺ δὴ ἥδιστος παῖς.* Salustius in Catilinario: *Ea tempestate mihi imperium Populi Romani multo maxime miserabile visum est.*
Attici *πόλεμον πολεμήσαντες· καὶ· στρατεύσαντες τὸν πόλε-* 272
μον. *Θουκυδίδης Α. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐνταῦθα τὸν ἱερὸν καλούμενον πόλεμον ἐστράτευσαν.* Similiter Nostri *servitutem serviunt,* et Terentius: *Cantilenam eandem canis.* Illi, *πολλοῦ χρόνου, καὶ χρόνῳ πολλῷ, καὶ χρόνον πολὺν,*

---

sima litera *Λ* significat numerum, *λ'* scilicet; non temere igitur scripsi *τριάκοντα.* Nec quemquam male habeat illud, quod supra posui Putschium secutus, *πλείοις εἰς.* Nam *τριάκοντα* hoc quidem loco est nominativus: sequitur enim *ἦσαν.* Absunt hi duo loci ab Edd. reliquis. *Terentius in Eun.* Act. I. Sc. 2. vs. 104. Ibi legitur *non plus biduum.* *Virg. in I.* vs. 683. *Lucanus in VII.* vss. 639. 40. Scripsi *perit* pro *periit.*

§. 271. *Πλήν.* Putschius: *ἀλλαχῇ πλήν.* Auctoritate Cod. MS. Mon. omisi *ἀλλαχῇ.* Reliquae Edd. *ὡς εἰ μή.*

Homerus. Υ. Iliad. vs. 83.

Attici, πολὺ μᾶλλον, καὶ πολλῷ μᾶλλον, καὶ πολὺ μάλιστα. Miro scilicet acumine hoc loco usus est Putschius: *πολὺ μᾶλλον καὶ μᾶλλον καὶ μάλα καὶ τὸ πολὺ μάλιστα.* Vir egregius egregie est deceptus. Equidem Cod. MS. Mon. secutus sum. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *πολὺ μᾶλλον καὶ πολλῷ.* Rectius istae, quam Putschius.

Salustius in Catilin. Cap. 36.

§. 272. *πόλεμον πολεμήσαντες καὶ στρατεύσαντες τὸν πόλεμον:* Haec ego dedi e Cod. Mon. Putschius: *πόλεμον ἐπολέμησαν.* *Similiter μάχην ἐμάχοντο.* Edd. antiquae: *ζῶ ζωὴν ἀθλίαν,* similiter *δουλεύω δουλείαν.* Illud *Similiter* hic ferri non potest. Mallem tamen exhiberet Cod. — *ἐπολέμησαν — ἐστράτευσαν.*

Θουκυδίδης Α. Κεφ. ριβ' s. fin. Pro *ἐπόρθησαν,* quod Putschius dedit, reposui ego e Cod. MS. Mon. *ἐστράτευσαν.*

servitutem serviunt. Praefixum his *Similiter* auct. Cod. MS. Mon. Ejusdem libri et Edd. antiqq. auctoritate delevi *vel servitute,* quod Putschius Prisciano obtrusit.

καὶ χρόνος πολὺς τόδε οὐκ ἐγένετο. Πλάτων περὶ ψυχῆς· *Οὔτε τις ξένος ἀφίχθη χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν.* Romani, *multum tempus*, et, *multo tempore.* Virgilius in VI. *Nec plura his! Ille admirans venerabile donum fatalis virgae longo post tempore visum.* Terentius in Eunucho: *Illum liquet mihi dejerare his mensibus sex septem non vidisse proximis.* Virgilius in primo: *Jovisque et soror et conjunx una cum gente tot annos bella gero.* Illi, *πολεμεῖ μοι καὶ πολεμεῖ πρός με.* Nos quoque, *pugnat mihi* et *pugnat ad me*, (similiter *certat* et hujusc modi alia) et *mecum.* Virgilius: *Una cum gente tot*
273 *annos bella gero.* Illi, *ποιήσασθαι πρόνοιαν τῆς πόλεως καὶ περὶ τῆς πόλεως.* Nostri quoque, faciens curam urbis et super urbe. Attici, *πορεύομαι πρὸς περίπατον καὶ εἰς περίπατον.* Et Nostri *eo ad urbem* et *in urbem.* Virgilius in secundo: *Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus venerat.* Idem in Bucolico: *Quo te, Moeri, pedes, an quo via ducit in urbem? Πολλοῦ σε δεῖ.* Nos *egeo* verbum tam genitivo quam ablativo conjungimus: *egeo illius rei* et *illa re.* Illi *ποῖ* ad locum: et nos *quo.* Illi,

---

Terentius. Phorm. Act. III. Sc. 2. vs. 10.

Illi. πολὺν χρόνον — ἐγένετο. Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. *πολλὺν χρόνον καὶ διὰ πολλοῦ.*

Πλάτων περὶ ψυχῆς. Cap. 1. (Steph. p. 57. a.). Pro *ἀφῖκται*, quod Heindorfium etiam male habuit, (vide eum ad l. l.) reposui e Cod. MS. Mon. *ἀφίχθη.* Cod. omisit *συχνοῦ.*

Virg in VI. vss. 408 seqq. *Terentius in Eun.* Act. II. Sc. 3. vss. 39. 40. Auctoritate Cod. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. delevi *vel* post *sex.* *Virg. in I.* vs. 46.

Illi, πολεμεῖ μοι καὶ πολεμεῖ πρός με Ita Putschius, quem ego secutus sum. Edd. antiquae *μάχομαί σοι.*

§. 273. *ποιήσασθαι πρόνοιαν τῆς πόλεως καὶ περὶ τῆς πόλεως.* Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. *φροντίζω τῆς πόλεως καὶ ἐπὶ τῇ πόλει.*

Attici, πορεύομαι πρὸς περίπατον καὶ εἰς περίπατον. Addidi ego e Cod. MS. Mon. *καὶ εἰς περίπατον.* Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Colon. Bas. *ἐπεισβαίνω εἰς τὴν θάλασσαν.*

eo ad urbem. Ita Cod. MS. Mon. Edd. omnes: *adeo urbem*, quod ferri nullo pacto potest.

Virg. in II. vs. 342. *Idem in Buc.* Ecl. IX.

πολλοῦ σε δεῖ. Ita Putschius, quem ego secutus sum. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *δέομαι χρημάτων.*

egeo pro *egei* e conjectura posui propter sequentem formulam.

Illi, Πυθοῖ — ἐνταυθοῖ. Sic Putschius. Edd. Ven. 2. Erph.

Πυθοῖ, Ἰσθμοῖ, Μεγαροῖ, οἴκοι, ἐνταυθοῖ. Pro his nos genitivis, si primae sint vel secundae nomina urbium; sin tertiae, ablativis utimur, et in semper pluralibus, ut *Romae, Tyri, Carthagine, Athenis.* Attici πότερα et singulari et plurali numero adjungunt. *Πλάτων Πολιτείας Α. Πότερα ἐκεῖνο δοκεῖ σοι μιμεῖσθαι, ἢ τὰ τῶν δημιουργῶν.* Nos vero *utrum* utrique numero adjungimus: *utrum bonae sunt hae res, an illa.* Attici πονηρὸς 274
τὴν τέχνην. *Φρύνιχος Γραυσίν· Ἴδοις αἰτίαν ἔχει πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.* Virgilius in I. *Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.* *Πλάτων Ἐπιταφίῳ· Ἀεὶ σὺ προσπαίζεις, ὦ Σώκρατες, τοὺς ῥήτορας.* Terentius in Eunucho: *Forte habui scortum: coepit ad id illudere et me irridere.* Virgilius tamen in secundo: *Certantque illudere capto.* Similiter *arrideo tibi* pro *irrideo.* Terentius in Eunucho: *Sed his ultro arrideo.* Attici, *προορᾶσθαι τούτων καὶ ταῦτα. Θουκυδίδης Α. Ἀξιῶ προειδομένους αὐτῶν. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ἃ ἐγὼ προορώμενος.* Virgilius in I. *Alto prospiciens.* Idem in VI. *Prospexi Italiam summa sublimis ab unda.*

Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *Ἀθήνηθι καὶ ἐν Ἀθήναις.* Ad *ἐνταυθοῖ* addit MS. Mon. *eNTiTΘOI.* Legendum fortasse: *ἐνταυθί.*

πότερα. Edd. antiquae *πότερον.* Sequentem Platonis locum eruere ego non potui.

an illa. Ita recte Cod. MS. Mon. Perperam vulgo, *an illae.*

§. 274. *Attici, πονηρὸς τὴν τέχνην.* Haec dedi, Putschium secutus. In alia omnia abeunt Edd. antiquae: *γυμνὸς τῇ κεφαλῇ ἐπεσείβαινεν.*

Φρύνιχος Γραυσίν. Putschius: — *γραύσω.* Equidem expressi apices, quos e Cod. Mon. Riglerus notavit: *γραγσι.* Pherecratis, ejusdem nominis, fabula commemoratur in Lex. Seguer. Imm. Bekkeri p. 447. l. 29. Igitur scribend. *Φερεκράτης. Ἴδοις αἰτίαν ἔχει πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.* Haec ego dedi e MS. Mon. Putschius ita: *ἴδοις ἂν ἐκεῖνον ἢ πονηρὸς εἶν ἀργοῦ τέχνην.*

Virgilius in primo. vs. 320.

Πλάτων Ἐπιταφίῳ. Menexenus p. 235. (Steph.) haud ita longe ab initio dialogi.

Terentius in Eun. III, 1, 34. *Virg. in II.* 64.

Ter. in Eun. Act. II. Sc. 2. vs. 19.

Attici, προορᾶσθαι τούτων καὶ ταῦτα. Putschius *προορῶνται.* Edd. Ven. 2. Asc. Erph. Iunt. Ald. Bas. Colon. *προσεῖρων τοῦτον οἷος ἴσαιτο.*

Θουκυδίδης Α. Putschius, omisso Thucydidis nomine, haec pro-

Terentius in Heautontimorumeno: *Quicquid ego hujus*
275 *feci, tibi prospexi et stultitiae tuae.* Attici, προέχοντες τούτων καὶ τούτοις, καὶ πολλῇ πάντων. *Πλάτων Περιαλγεῖ·* Ἀλλ' ἡττῶντες οὐκ ἀνδρείως πολλῇ πάντων προέχοντες. Terentius in Andria: *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.* Ξενοφῶν Ἀναβάσεως τρίτῳ· Ἐν μόνον προέχοντες ἱππεῖς ἡμᾶς. Nos quoque, *praesto tibi et te.* Virgilius in XI. *Ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem.* Terentius in Eunucho: *Dii immortales, homini homo quid praestat, stulto intelligens quid?* Illi dicunt, προσήκοντες τούτων καὶ τούτοις, ἀντὶ τοῦ συγγενεῖς. Nos, *cognati*, vel *affines*, vel *fratres*, vel *amici*, vel
276 *inimici horum et his.* Sic et omnia similia. Illi, προς-

---

tulit: *εοοιο μηδ' ἄξιον προσιδεῖν αὐτοῖς.* In his nihil equidem sanum inesse video. Primum enim quid sibi vult illa farra o vocalium *εοοιο*? Deinde quid illud *προσιδεῖν αὐτοῖς*? Dativo hic locus non est. Denique nec activum ferri potest. Non contemnendam igitur medicinam attulit MS. Mon., cujus ope et auxilio hunc locum sanavi. Is liber praestantissimus ita: *ΘΟΤdιdeCdAξιω ΠΡοειdΟCΙΝ ΑΥΤΟΗ.* Legenda igitur sunt priora ita, ut ego edidi. De ultimis dubitari potest. At vero aut Priscianus sui non compos erat, dum haec scribebat, si scilicet *προσιδόσιν* legendum est, aut librarius erravit. Malo tamen librarium erroris argui, quam Priscianum. *αὐτῶν* vero scribi oportere, tam est certum, quam quod certissimum. Legitur hic locus in Lib. IV. Cap. LXIV. (*Κεφ. ξδ'*) haud longe ab initio.

Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Cap. 9. p. 90. ed. Harles. *ἃ ἐγὼ προορώμενος.* Ita liber Monacensis, tum sententia loci citati, denique ipsum Prisciani consilium legi imperant. Putschius: *ἄσω προπόμενος, ἐάσω προορώμενος.* Integras duorum Codicum lectiones videtur exhibere, optionemque lectori, utram malit, relinquere. Cod. MS. Mon. *ΑCΓΩ Προορώμενος.*

De sequentibus locis cf. §. 207.

§. 275. *προέχοντες τούτων καὶ τούτοις καὶ πολὺ πάντων.* *πολὺ* scripsi pro *πᾶσιν ἤ*, quas voces ed. Putsch. exhibet. Reliquae Edd. *πλείονες δὴ πάντες τοῦτο λέγουσιν ἄνθρωποι.*

Πλάτων Περιαλγεῖ. Hic locus inter molestissimos fuit. Totum fere perlustravi Platonem, ut reperirem hunc locum. Frustra. Cum vero taedio laboris difficillimi excitata esset audacia, intellexi, apices, quos e Codice Mon. notavit Riggleri diligentia, permittere, ut Platoni Comico adscriberetur. Cum enim Codex iste exhibeat *ΠεΡΙΛΛΤεΙ* pro *περὶ ἄλλης*, quod Putschius dedit, intellexi, verba sequentia e fabula, *Περιαλγὴς* inscripta, desumpta esse. Igitur posui *Περιαλ-*

ἥκει τούτοις ὁ κλῆρος καὶ τοῦ κλήρου. Frequenter et Nostri hujuscemodi utuntur figuris, ut genitivos ponant pro nominativis. Cicero in I. Verrinarum: *Ita mihi deos velim propitios, ut, cum illius mihi temporis venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam corpore perhorresco.* Idem in VII. *Cum mihi Tyndaritani illius venit in mentem, quum Segestani, tum jura simul civitatum atque officia considero.* Attici, προσήκει μοι τόδε. Terentius in Eunucho: *Et adeo ad te attinere hanc omnem rem.* Προσήκων κατὰ γένος αὐτῷ καὶ προσήκων αὐτῷ γένει· προσήκων τῷ πράγματι καὶ τοῦ πράγματος. Nostri frequentius *attines ad illum* et *illi.* Attici, προϊέμενος τούτων 277

γεῖ. Quae tamen sequuntur, e Lindemanni doctissimi emendatione reposui. Quo certius vero appareat, quomodo in Cod. Mon legantur, addam integram Rigleri notam: „*Καὶ πολλ (rasam esse hoc loco literam, apparet) η παντων. πλατων περι αΛΤει αΛΛεΤΟΥΝεCΔΟΥΚαΝΔΡΙΩC ΠΟΛΛΝ πάντων προέχοντες.*" Haec Riglerus. Putschius: *Πλάτων· περὶ πάσης ἄλλης οὖν ἔοικ' ἀνδρείας πολλῷ πάντων προέχοντες.* Abest hic locus ab Edd. rel.

Terentius in Andria. I, 1, 28.

Ξενοφῶν Ἀναβάσεως τρίτῳ. Cap. II. §. 19. Reliqui ego *ἓν μόνον προέχοντες* non ignorans, in Xenophontis libris editis legi *ἑνὶ μόνῳ προέχουσιν.* Cf. Heind. ad Phaedonem §. 117. p. 199. (Berol. 1810.)

Virgilius in XI. (Vulgo XII.) vs. 438.

Terentius in Eunucho. Act. II. Sc. 2. vs. 1. *homini homo* pro *homo homini* dedi e Cod. MS. Mon. Ejusdem libri auctoritate omisi *interest* post *quid.*

§. 276. *Cic. in I. Verrin.* Divin. in Caec. Cap. 15. *toto ante corpore* omisi ego auctoritate Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. et Cod. MS. Mon. *Idem in VII.* Pro VIII. edidi auctoritate Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. VII. Est Lib. V. Cap. 47. Ineptum *cum* ante *jura* mutavi in *tum* secundum Cod. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

Προσήκων κατὰ γένος αὐτῷ καὶ προσήκων αὐτῷ γένει. Haec ego dedi e Cod. MS. Mon. Putschius vitiose sic: *προσήκων κατὰ γένος καὶ τῷ γένει καὶ προσήκων αὐτῷ γένει.* Haec et proxime sequentia absunt ab Edd. antiquioribus, in quibus *Nostri frequentius* et rel. subnexa sunt loco illi Terentiano, cui praefixa haec leguntur: *προσήκει μοι πολυπραγμονεῖν τοῦτο.*

§. 277. *προϊέμενος τούτων καὶ ταῦτα.* Sic Putsch. quem ego secutus sum. Edd. antiquae: *ἀγαπῶν τοῦ παρθένου καὶ ἀγαπῶν παρθένον.*

καὶ ταῦτα. Romani quoque *fugitans*, *amans*, *patiens*, et multa similia tam genitivo quam accusativo adjungunt: sed accusativo conjuncta, participia; genitivo, nomina sunt. Plato in Lyside: *Ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ταῦτα πράως ἔχω, πρὸς δὲ τὴν φίλων κτῆσιν πάνυ ἐρωτικῶς*: pro *πράως* dixit, id est *clementer*, pro *non nimium.* Hinc Salustius in Jugurtino: *Sed is rumor clemens erat*, pro, *non nimius.* *Δημοσθένης κατὰ Αἰσχίνου· Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ δικαίως προσέρχονται.* *Θουκυδίδης· Προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ.* Terentius in Andria: *Adeon' ad eum?* Virgilius in X. *Regem adit et regi memorat nomenque genusque.* Idem in Georgicorum III. *Adit oppida pastor.* Aristomenes *Βοηθοῖς· Ἐπειδὴ τοὺς πρυτάνεις προσήλθομεν.* Terentius in Phormione:
278 *Adi magistratus.* *Προσεύχομαι αὐτὸν καὶ αὐτῷ.* *Ἡρόδοτος Α. Προσηύχοντό γε τὴν ἄνθρωπον.* Virgilius in V. *Superosque precati Trinacrii Teucrique viri.* Terentius in Andria: *Huic supplicabo, amorem huic narrabo meum.* Attici, *προσφωνεῖν τοῦτον καὶ τούτοις.* *Ἰσοκράτης Παραινέσει· Ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν*

Plato in Lyside. p. 211. e. (Steph.) **πράως.** Hoc pro **ἠπίως** restitui e Cod. MS. Mon.

Salustius in Iug. Cap. 22. §. 1. ed. Cort.

Δημοσθένης κατὰ Αἰσχίνου. Equidem hunc locum investigare non potui, etsi non dubito, eum in oratione de falsa legatione legi. Taedium, quod locos citatos requirendi labor creat, fide majus est. Emendavi hunc locum Cod. MS. Mon. auxilio egregie adjutus. Putschius exhibet: *OCI-PPOTAKONTEIA.* Hoc mutavi ego in **ὅσοι πρὸς τὰ κοινά**, quas voces liber manuscriptus subministravit. Quod enim *OCI* praestat, non temere pro **ὅσοι** positum accepi.

Θουκυδίδης Δ. Κεφ. ρκά. (121.) Putschius: *ὡς ΑΕΑΕΝ ΓΗΗ.* Assentior ego Dukero, haec verba deplorata appellanti. Cod. MS. Mon. *ὡC ΑεΑΗΤΗΝ.* Scribendum esse videtur **ὡς εἰς ἀθλητήν.**

Terentius in Andria. II, 1, 15. *Virg. in X.* 149. *Idem in Georg. III.* vs. 402.

Aristomenes Βοηθοῖς. Hanc fabulam Aristophani, a Prisciano etiam, plerumque tribui, constat. Hoc vero loco *Aristomeni* vel, ut in Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon., *Chrestomeni* sive *Chresthomeni.* Quapropter Brunckius in Emendand. Add. ad Fragm. p. 164. *Aristomenis* nomen, suppresso Aristophanis nomine, ubique recipiendum esse censet. Equidem nihil mutare debui, nec quidquam mutandum esse puto. Pro *οἵ γ' ἤδη*, quae in ed. Putsch. leguntur, reposui e Cod. MS. Mon. ***Ἐπειδή.***

τοὺς ἀπαντῶντας. Virgilius in sexto: *Extremum fato quod te alloquor hoc est.* Idem in secundo: *Affaturque Deos et sanctum sidus adorat.* Attici, προσηνέχθησαν ἡμῖν καὶ πρὸς ἡμᾶς. Romani quoque, *oblati sunt nobis et ad nos.* Attici, πρὸς ποδῶν καὶ πρὸς κεφαλῆς. Nam πρὸς praepositio tam accusativo, quam genitivo conjungitur, sed in diversa significatione, quod nos in multis facimus praepositionibus, ut, *in*, *super*, *subter*, de quibus sufficienter Donatus docet. *Praeter* autem, quando loco *sine* accipitur, ablativo conjungitur, ut Salustius in Catilinario: *Praeter rerum capitalium condemnatis*: nam alias accusativum sequitur. *Tenus* quoque, quod 279 apud Graecos adverbium est, sicut et *sine* et multa alia, quae a Nostris inter praepositiones ponuntur, tam ablativo quam genitivo sociantur secundum Graecos. Virgilius in III. *Pube tenus, postrema immani corpore pistrix.* Idem Georgicon III. *Et crurum tenus a mento palearia pendent.* Idem in X. *Cui laterum tenus hispida nanti frons hominem praefert.* Hoc autem, ut ostendimus, secundum Graecos. Nam apud nos nulla

---

Terentius in Phorm. Act. II. Sc. 3. vs. 56.

§. 278. *προσεύχομαι αὐτὸν καὶ αὐτῷ.* Edd. Ven. 2. Ald. Asc. *ἱκετεύω, λίσσομαί σε πρὸς θεῶν.* Haec, quae absunt a Cod. Mon., dedit etiam Putschius, quanquam et illa. Illa tamen importunissime posuit ante locum Terentianum, itaque disjunxit ea, quae arctissime inter se conjuncta sunt. Addit deinde *Ἡρόδοτος Α. προσηύχοντό γε τὴν ἄνθρωπον.* Pro προσηύχοντο in formula reposui *προσεύχομαι.*

Virgilius in V. vs. 529. *Ter. in Andria.* II, 1, 12.

Attici, προσφωνεῖν τοῦτον καὶ τούτοις. Ita edidi e Cod. Mon. Putschius: *τούτοις καὶ τοῦτο.* Idem omisit *Attici*, quod Cod. tuetur. Edd. antiquae: *προσκαίω σε καὶ προσίφη τοῦτον.*

Ἰσοκράτης Παραινέσει (πρὸς Δημόνικον). p. 6. ed. Lang. E conj. posui *Παραινέσει* pro *Παραινέσεσι*, quod Putschius recepit. Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Ald. Bas. Iunt. Colon. *Virg. in VI.* vs. 466. *Idem in II.* vs. 700.

Attici, προσηνέχθησαν ἡμῖν καὶ πρὸς ἡμᾶς. Haec leguntur in ed. Putsch. Edd. vett. Ven. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. sic: *Attici τῷ βασιλεῖ δεδεμένοι προσηνέχθησαν.*

Attici, πρὸς ποδῶν καὶ πρὸς κεφαλῆς. Ita Putschius. Edd. Ven 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. *προσλαμβάνω σὲ καὶ προσλαμβάνω σοῦ.* Ed. Asc. *προλαμβάνω σὲ καὶ προλαμβάνω σοῦ.* Eadem mox *πρὸ* loco *πρός.* Eadem inserit *et* ante *subter.*

§. 279. *Virgilius in III.* vs. 427. *Idem Georg. III.* vs. 53. *Idem in X.* vs. 210.

praepositio, nec adverbium praepositivum casualium nisi accusativo vel ablativo conjungitur.

XXVII
280 *Ἀττικοὶ, προεσκέψαντο τούτων καὶ ταῦτα.* Ἀντιφῶν Ὀλιγαρχικῷ· *Καίτοι οὐκ ἂν τῆς μὲν τῶν ἄλλων πολιτῶν ταλαιπωρίας προεσκέψαντο, τῆς δὲ σωτηρίας αὐτῶν ἐχυρᾶς οὐκ ἐνεθυμήθησαν.* Simile Cicero Verrinarum primo: *Cum illius temporis mihi venit in mentem.* Illi, *προςγελᾷ με καὶ προςγελᾷ μοι.* Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος· *Ὁ μὲν Ἀμύντας προςγελῶν τοῖς Φωκικοῖς ξένοις.* Terentius in Eunucho: *His ego non paro me ut rideant, sed his ultro arrideo.* Idem in Adelphis: *Rideo hunc.* Idem in eadem: *Nulli laedere os, arridere omnibus.* Idem in Eunucho: *Coepit ad id alludere et me irridere.* Attici, *προκρίνας τούτους καλλίστους εἶναι τῶν λόγων.* Nostri quoque hujuscemodi locutionibus utuntur, ut, *praepono hunc optimum esse amicorum.* Illi, *προσοικοῦσι τόπους καὶ τόποις.* Θουκυδίδης· *Προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος.* Nostri quoque, *accolunt fluvium et fluvio.*
281 *Προσέβλεψα αὐτόν.* Πλάτων Πολιτείας Α. *Νῦν δὲ, ἡνίκα ἤρξατο ἐξαγριαίνεσθαι, προσέβλεψα αὐτόν.* Sic

---

§. 280. *προεσκέψαντο — ταῦτα.* Edd. praeter Putsch. *εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν.*

Cicero Verrin. I. Est Divinat. in Caec. 15.

Illi, προςγελᾷ με — μοι. Ita Putsch. Reliqui: *ἐπὶ τούτοις γελᾶν καὶ ἐπιγελᾶν σοὶ, σέ. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος.* Cod. Mon. pro *ὁ μὲν Ἀμύντας* exhibet: *ΟΝΤΝΠΑΝΤΑC.* De locis sequentibus cf. supra §. 274.

Attici, προκρίνας — τῶν λόγων. Sic Putschius. Reliqui: *προκρίνω σε ἄριστον εἶναι πάντων τῶν ἐμῶν ἑταίρων.*

Illi, προσοικοῦσι — τόποις. Haec dedi Putschius. Reliqui: *λατρεύουσι τὴν κτίσιν, οἰκοῦσι τὴν μεσοποταμίαν.*

Θουκυδίδης Α. Κεφ. κδ. Pro *αὐτὸν*, quod Putschius exhibet, dedi ego e Cod. Mon. *δὲ αὐτήν.*

§. 281. *Προσέβλεψα αὐτόν.* Reliqui: *ἀποβλέπων καὶ ἐπιβλέπω τὸν βουνόν.*

Πλάτων Πολιτείας Α. p. 336. e. (Ed. Steph.). *ἤρξατο.* Putschius: *ἀνήρξατο.* Cod. Mon. *ειρξατο.* *Virgilius Aen. I.* vs. 393. Addidi ego e Cod. Mon. *adspice*, quod quomodo Putschius omittere potuerit, equidem non assequor.

Attici, πρὸς τὰ κέντρα μὴ λακτιζέτω. Reliqui: *ἐναντίον θεοῦ καὶ ἐναντίον σοῦ.*

Ter. in Phorm. Act. I. Sc. 2. vs. 28. *Namque* pro *nam quae* dedi ego ex Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

προσκαθεζόμενοι. Ita Cod. Mon. Putschius: *προσκαθέζομαι.*

Nostri. Cicero in Verrinis: *Et adspexit me illis quidem oculis.* Virgilius Aeneidos primo: *Adspice bissenos laetantes agmine cicnos.* Attici, πρὸς τὰ κέντρα μὴ λακτιζέτω. Terentius Phormione: *Namque inscitia est, adversus stimulum calces.* Προσκαθεζόμενοι τὴν πόλιν. Θουκυδίδης· Προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν. Iuvenalis in IV. *Spectent juvenes, quos clamor et audax sponsio, quos cultae decet assedisse puellae.* Illi, πρῶτον μὲν, ἔπειτα δὲ, vel δεύτερον δὲ, vel νῦν δέ. Nostri vero, *primo* vel *primum quidem, deinde vero,* vel *post vero,* vel *nunc vero,* vel *secundo* aut *secundum vero.* Attici, 282
πρόσεχε τὸν νοῦν τούτῳ καὶ πρὸς τοῦτον. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Προσέχετε τὸν νοῦν ἀναγινωσκομένοις τοῖς νόμοις. Et προσέσχε πρὸς τόνδε τὸν τόπον ἢ τοῦτον, ἀντὶ τοῦ· καθώρμισεν. Ἡρόδοτος Α. Καὶ φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσχόντας ἁρπάσαι τοῦ βασιλῆος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. Terentius in Andria: *Nunc quam rem vitio dent, quaeso, animum advortite.* Idem in Eunucho: *Advorti hercle animum.* Virgilius in VI. *Coeruleam advertit puppim, ripaeque propinquat.* Attici, προσβάλλει μοι καὶ προσβάλλει με. Virgilius in

---

Θουκυδίδης *Α. Κεφ. ξά.* In libris Thuc. editis legitur προσκαθεζόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν Πύδναν. *Iuvenalis in IV.* Sat. XI. vss. 199. 200.

Illi, πρῶτον μέν. Putschius: πρότερον μέν. Receptam lectionem tuetur Cod. MS. Mon. Edd. antiquae: πρῶτον μὲν οὖν, δεύτερον δὲ, εἶτα μὲν, ἔπειτα δέ.

§. 282. πρόσεχε τὸν νοῦν τούτῳ καὶ πρὸς τοῦτον. Ita Putschius, quem ego secutus sum. Reliqui: συστρέψω τὴν διάνοιαν καὶ ἀναπολῶ τὸν νοῦν.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. E Cod. MS. Mon. adscivi ego ἐν τῷ. Deinde ejusdem libri auctoritate restitui ἀναγινωσκομένοις pro ἀναγινωσκόμενοι. Mox προσέσχε πρὸς τόνδε τὸν τόπον e Cod. Mon. reposui pro προσέσχε τόπον τόνδε, ut Putschius edidit.

Ἡρόδοτος *Α.* Cap. 2. Cod. MS. Mon. pro καθώρμισε καθορμισο, pro φασὶ ΦΙCΙΗΣC, pro ἐς Τύρον ΕΙC ΤΥΡΟΝ, et deinde: ΤΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC ΤΗΝ ΘΙΚΑΤΗΡΑ ΕΙΡΩΠΗΝ. Reddidi igitur Εὐρώπην.

Terent. in Andria Prol. 8. *Idem in Eun.* III, 1, 7.

Virgilius in VI. vs. 410.

προσβάλλει μοι καὶ προσβάλλει με. Ita Putschius. Reliqui: ἐπερειδόμενος τῇ βακτηρίᾳ ἐπιβαίνει ὁ ἀσθενῶν. *Virgilius in XII.* vs. 303. Expunxi XI. et restitui XII.

XII. *Impressoque genu nitens terrae applicat ipsum.* Attici, πρὸς μέρος καὶ ἐν μέρει. Nostri quoque, *ad partem*, et, *in parte*, et, *ex parte*. Illi, πρᾶγμα ποιεῖσθαι ἀντὶ τοῦ μέγα ἡγεῖσθαι. Terentius in Andria:
283 *Id sibi negotium credidit solum dari.* Προσεπίπτετο τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τὰ γόνατα αὐτοῦ καὶ αὐτῷ. Huic simile est illud Virgilianum: *Dixerat et genua amplexus genibusque volutans haerebat.* Δημοσθένης περὶ τῆς Παραπρεσβείας· *Τοῖς δὲ πρὸς ὑμᾶς ζώουσιν.* Hoc est quod dicimus, *secundum voluntatem vestram* et *secundum vos*. Lucanus in octavo: *Secundum Aemathiam lis tanta datur.* Attici, προμηθοῦμαι τοῦδε καὶ τόδε. Πλάτων Κρίτωνι· *Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες· ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθῇ.* Ἡρόδοτος θ. *Προμηθεόμενος τὸν ἀδελφόν.* Quomodo et apud nos *consulo* et *provideo, prospicio* tam dativo quam accusativo conjunguntur, sed dativo providentiam significant. Illi, πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς Ἀθηναῖός ἐστι. Nos,
284 *a patre* et *a matre Atheniensis est.* Attici, πρὸς τῷ διαιτητῇ· ἀντὶ τοῦ, παρὰ τῷ διαιτητῇ. Romani, *apud arbitrum*; et, *ad Trojam* tamen pro *apud Trojam*. Vir-

---

πρὸς μέρος καὶ ἐν μέρει. Putschium secutus haec dedi. Reliqui libri: **ἐν μέρει, πρὸς μέρος, καὶ ἐκ μέρους. πρᾶγμα ποιεῖσθαι ἀντὶ τοῦ μέγα ἡγεῖσθαι.** Recte sic Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. **τοῦτο μόνον διδόσθαι οἱ ἐνόμισεν ἔργον.** *Terentius in Andria*. Prol. 2. *negotium*. Hoc ego reposui ex Edd. Ven. 1. 2. Edd. Asc. Ald. *negotĩ*. Putschius: *negotii*. Cod. Mon. *negotio*. ἔργον demonstrat, *negotium* legendum esse.

§. 283. **προσεπίπτετο τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τὰ γόνατα αὐτοῦ καὶ αὐτῷ.** Haec absunt ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Bas. Ald. Colon. **τὰ γόνατα** pro **τὸ γόνυ** dedi ego e Cod. Mon., qui *ΓΟΝΑ* exhibet. Itemque **καὶ αὐτῷ** pro **ἢ αὐτῷ**.

Virgilianum. Vulgo, ***Virgilii in II. Aen.*** Illud exhibet MS. Mon. Edd. Asc. Ven. 1. 2. Erph. *Aen. III.* vs. 607.

Δημοσθένης - ζώουσιν. Ita Putschius, cujus vestigia pressi. *Lucanus in VIII.* vss. 231. 32. Pro *septimo* scripsi *octavo*.

προμηθοῦμαι τοῦδε καὶ τόδε. Putschius: **τῷδε**, quod falsum esse patet, et Cod. MS. Mon. testatur. Edd. antiquae: **βουλεύομαι, προβλέπω σὲ καὶ σοὶ καὶ προνοῶ.**

Πλάτων Κρίτωνι. Cap. IV. Pro **προμηθῇ** Putschius **προμηθεῖ.**

Ἡρόδοτος θ. Lib. IX. Cap. 108. MS. Mon. **ἀδελφὸν** pro **ἀδελφεόν.**

Illi, πρὸς πατρὸς — ἐστί. Sic Putschius. Edd. antiquae: **πάτροθεν καὶ μήτροθεν βάρβαρός ἐστι, καὶ ἔκ τε πατρὸς καὶ μητρὸς βάρβαρος.**

gilius in primo: *Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.* Attici, πυνθάνομαι ὄντα. Ξενοφῶν ἐν Ζ. Παιδείας· Ὅπου ἂν αὐτὸν πυνθάνοιτο ὄντα. Frequentissime Nostri quoque participia pro infinitis, ut, *audio interfectum, mortuum, caesum*, et similia, in quibus omnibus subauditur *esse*. Iuvenalis: *Perituros audio multos.* Illi, σεμνύνεται τὸ πρᾶγμα καὶ ἐπὶ τῷ πράγματι. Salustius in Catilinario: *Ea populus laetari et merito dicere fieri.* Attici, στέφεται τῷδε καὶ τόδε. Et Romani *coronatur illam rem* et *illa re*, quomodo etiam *induitur*. Horatius: *Coronari Olympia.* Virgilius in VII. *Induit albos cum vitta crines.* Idem in X. *An sese mucrone ob tantum dedecus amens induat.*

Σὺν praepositio apud illos frequenter abundat et XXVIII
deficit. Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Καὶ 285
πρὸς ἐκείνους ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν τὸν συνζῶντα μεθ' ὑμῶν. Et Nostri *convenit mecum, tecum.* Aristophanes autem Ἱππεῦσιν· Κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν αὐταῖς διαβολαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί. Deest enim σύν. Ὅμηρος· Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε

---

§. 284. *πρὸς τῷ διαιτητῇ κ. τ. λ.* Edd. antiquae: *πρὸς σοῦ λαμβάνω τόδε ἀντὶ τοῦ παρὰ σοῦ.*

Virg. in I. vs. 24. In sequenti Xenophontis loco exhibet MS. Mon. *πυνθάνονται* pro *πυνθάνοιτο.*

Illi, σεμνύνεται κ. τ. λ. Adjeci ego e Cod. Mon. *illi.* Edd. antiqu. *ὅ τε λέγειν περιώττειν γεωργέ.*

Salustius in Catilin. De hoc loco supra dixi. Hic quoque MS. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. Ald. *et* pro *ea* exhibent.

Pro *στέφεται τῷδε καὶ τόδε* Edd. antiquae: *στεφανοῦται κοτίνου στεφάνῳ καὶ στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ quomodo etiam induitur.* Haec ego adjeci e Cod. Mon. *Horatius.* Epp. I, 1. vs. 50. *Virg. in VII.* vs. 417. *Idem in X.* vs. 682.

§. 285. *Σύν.* Hanc vocem adjeci ego e Cod. MS. Mon. *deficit.* His addit Ed. Asc. *συναποθανοῦμαι σὺν σοί.*

Demosthenes. Or. ed. Reisk. Vol. I. p. 330. l. 2. Cod. MS. *συνζῶντα* pro *συζῶντα.* Putschius *ἡμῶν* pro *ὑμῶν*, quod Cod. Mon. pom [illegible].

Aristophanes Ἱππεῦσιν. vss. 2. 3. MS. Mon. *αὐτοῖς διαβολαῖς* pro *αὐταῖς βουλαῖς.* Edd. antiquae hunc e aut locum e Pluto: *ἵπεια, ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτραχηλισθῇ πεσών.* *Deest enim κατά.*

Ὅμηρος. Hic locus supra tractatus est. Edd. antiquae: Homerus *ἀμφότερον ἀντὶ κατὰ ἀμφότερον.* *Virg. in IX.* vs. 815.

θαλάσσῃ. Nostri quoque utraque figura utuntur. Virgilius in IX. *Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis in fluvium dedit.* Deest *cum.* Attici, συγγνώμης οὐκ ἔστιν οὗτος, id est *nemini dat veniam.* Demosthenes ἐν τῇ παραγραφῇ τῇ πρὸς Πανταίνετον· Μισεῖσθαι μέντοι τινὰς ἂν εἰκότως ὑφ' ὑμῶν, οἳ τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι μήτε συγγνώμης μήτ' ἄλλου τινὸς εἰσὶν, ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος. Salustius in Iugurtino: *Homines veteris prosapiae, multarum imaginum, nullius*
285 *stipendii.* Frequentius tamen in hujuscemodi sensu Romani ablativo utuntur. Terentius in Andria: *Ibi unam aspicio adolescentulam forma — bona fortassis — ac vultu, Sosia, adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.* Cicero in Philippicis contra Antonium: *Tu nec solvendo eras,* id est, *solvere debita non poteras.* Illi, σύνοιδα ἐμαυτῷ τόδε πεποιηκότι καὶ τόδε ποιῶν. Ἰσοκράτης Φιλιππικῷ· Ἄλλως τε ὅταν καὶ μηδὲν σαυτῷ συνοίδῃς ἐξαμαρτάνων. Nostri quoque inveniuntur hac forma saepe usi: *conscius mihi sum benefacienti,* et *benefaciens,* quomodo dicimus, *nomen est mihi Iulus* et *Iuli* et *Iulo* et *Iulum.* Virgilius in II. *Sensit me-*

συγγνώμης οὐκ ἔστιν οὗτος. Ita Putschius. Edd. rel. μέμνημαι, σύγγνωθι, *id est memini, da veniam.* E falsa lectione *memini* pro *nemini da* orta est falsa interpretatio Graeca. Negari tamen non potest, Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc. recte tueri *nemini dat.* Hanc vocem recepi ego e Cod. Mon.

Demosthenes πρὸς Πανταίνετον. Haud ita longe a fine. MS. Mon. τινα καν εἰκότως pro τινὰς ἂν, quod retinui.

Salustius in Jug. Cap. 85. MS. Mon. recte mihi videtur omisisse *veteris prosapiae,* quod glossema haud dubie est.

§. 286. *Terentius in Andria.* Locus Scenae primae notissimus, quo decies jam usus est Priscianus. *fortassis* reponi Cod. MS. Mon. jussit. *Cicero in Philipp.* II. Cap. 2.

Illi, σύνοιδα ἐμαυτῷ κ. τ. λ. Ita Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. συμφωνῶ ἐμαυτῷ εὐδαιμονοῦντι καὶ εὐδαιμονῶν.

Ἰσοκράτης Φιλιππικῷ. Pro Φιλίππῳ dedi ego Φιλιππικῷ. Nam Cod. Mon. praestat Φιλιππικῶν. Vitiose hunc locum Putschius ita protulit: Ἀλλ' ὁπόταν κάμησθε καὶ αὐτῷ σύνοιδεν ὁ ἐξαμαρτάνων. Perperam interpretatus est ea, quae in Codice scripta invenerat. Equidem emendatum dedi locum. Legitur ἐν τῷ λόγῳ πρὸς Φιλ. Cap. 35. p. 142. ed. Lang.

§. 287. *Illi,* συλήσας — δεκάτας. Edd. antiquae: κλέψας τῶν θεῶν

dios illapsus in hostes. Illi, συλήσας τοὺς θεοὺς τὰς δεκάτας καὶ τῶν θεῶν τὰς δεκάτας. Et Nostri, *Depilatus Deos decumas* et *Deorum decumas.* Attici, συνίημι τῶν λόγων καὶ τοὺς λόγους. Πλάτων Ἴωνι· Οὐ γὰρ ἂν γένοιτο ἀγαθὸς ῥαψῳδὸς, εἰ μὴ συνίῃ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. Nostri accusativo, *intelligo, sentio illam rem.* Ἡρόδοτος· Συνέγνω τὴν ἁμαρτάδα. Similiter Latini, *ignoscit culpam.* Ἡ συχνὸς καὶ ὁ συχνός. Et magis foemininum ipse foetus est; quomodo apud nos *hic et haec stirps* et *finis, silex*, et multa similia. Herodotus in III. Οὗτος μὲν ἀνόσιον μόρον τετελεύτηκεν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ οἰκειοτάτων: id est, *obiit vel mortuus est a suis.* 287
Ταυτὸν τῷδε ἔστιν καὶ ταυτὸν ὅπερ τόδε καὶ τόδε ἔστι. 288
Nostri quoque, *Idem huic illud est*, et, *idem quod hoc illud est.* Juvenalis in V. *Implet et ad moechos dat eisdem ferre cinaedis.* Τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης· Κατὰ πάντα τρόπον τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς· ἀντὶ τοῦ· καταπεπόνηκεν ἡμᾶς. Quomodo et Latini saepe eadem verba diversis proferunt significationibus, ut, *ruo* absolutum et activum. Virgilius in VII. *Ruit omnis in urbem pasto-*

τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς θεούς. συνίημι — λόγους. Edd. antiquae: αἰσθάνομαι ὀδμῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ τραπέζῃ. Asc. addit καλῆς ad ὀδμῆς.

Πλάτων Ἴωνι. Cap. 1. Pro ἀγαθὸς legitur in Platone ποτέ. Abest hic locus ab Edd. praeter Putsch.

Ἡρόδοτος. Hic locus desideratur in Edd. antiquis. Huic vero praeposuerunt haec: ἀγνοεῖ τὴν ἁμαρτίαν. Verba, quae ex Herodoto citantur, corrupta sunt, Prisciani, procul dubio, culpa. Respici puto Lib. I. Cap. 167. Ibi haec leguntur: βουλόμενοι ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. Reliqui tamen ego vulgatam lectionem, cum a Codice nulla mutandi ratio oblata sit.

§. 288. ταυτὸν τῷδε ἔστιν κ. τ. λ. Ita Putschius. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Colon. Ald. Bas. ταυτὸ τοῦτο, τοῦτ' ἔστιν ἐκεῖνο.

Juvenalis in V. Sat. XIV. vs. 30. Pro II. restitui V.

Τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς. Pro eo, quod Putschius dedit, τεταλαιπωρήκει, perfectum reposui e Cod. Mon.

Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης. Cap. 9. ed. Lang. Putschius ἅττα πάντας τρόπους. E Cod. Mon. restitui: κατὰ πάντα τρόπον. Langius edidit: καὶ πάντα τρόπον. Putschius τεταλαιπωρήκει. Perfectum dedi e Cod. Mon. Item καταπεπόνηκεν pro καταπεπονήκει. *Virgilius in VII.* vs. 573. *urbem* dedi pro *urbe*, quod falsum esse, grammaticae leges docent. *Idem in I. vs. 85. Juvenalis in IV.* Sat. XI, 54. 55.

rum ex acie numerus. Hic enim est absolutum. In primo autem active protulit: *Incubuere mari totusque a sedibus imis una Eurusque Notusque ruunt.* Similiter *moror* tam absoluta, quam activa significatione ponitur. Virgilius in I. *Hunc Phoenissa tenet Dido blandisque moratur vocibus.* Juvenalis in IV. *Morantur pauci ridiculum et fugientem ex urbe pudorem.* Hic in activa significatione. Virgilius in IV. *Quid moror? An mea Pygmalion dum moenia frater destruit?*

XXIX Illi, τεκμήριον τοῦδε καὶ τῷδε. *Πλάτων Ἐπιτα-*
289 *φίῳ· Μέγα δὲ τεκμήριον τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι ἥδε ἔτεκεν*
ἡ γῆ τοὺς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέρους προγόνους. Similiter
nos dicimus: *argumentum hujus rei* et *huic rei est*
illud: quomodo dicimus: *pater hujus est* et *huic ille.*
Virgilius in VIII. *Huic monstro Vulcanus erat pater.*
Attici, τέως, ἕως: quomodo et Nostri: *interea dum.*
Aristophanes *Εἰρήνῃ· Μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων*
τέως, ἕως σεαυτὸν διαλάθῃς διαῤῥαγείς. Virgilius in III.
Georgicon: *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,*
singula dum capti circumvectamur amore. Idem in

Virgilius in IV. vs. 385. 86. *destruit* pro *destruat* poni jusserunt Cod. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Erph. Asc.

§. 289. *τεκμήριον τοῦδε καὶ τῷδε.* Ita Putschius, quem ego secutus sum, nisi quod *δὲ* post *τεκμήριον* omisi. Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *υἱός μου ἐστὶ καὶ ἔστι μοι υἱὸς καλός.*

Πλάτων Ἐπιταφίῳ. p. 237. Steph. *Μέγα δὲ τεκμήριον τούτῳ τῷ.* Haec omisit Cod. Mon. Male! Idem liber *ὅτε* pro *ὅτι.* Idem omisit *τε.* Pro *προγόνους* exhibet idem liber *ΠΛΩΤΩΝΩΥC.* Abest hic locus ab Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon.

Virgilius in VIII. vs. 198. Pro IX. dedi VIII.

Aristophanes Εἰρήνῃ. vs. 32. 33. *μηδέποτε* pro *μήποτε* reposui e Cod. Mon. Cod. MS. Mon. *ΔΙΑΛΑΘΕΙC ΔΙΑΡΡΑΤΗC.* Itaque reposui *διαλάθῃς* pro *λάθῃς.* Abest hic locus ab Edd. antiquis.

Virg. in III. Georg. vs. 204. *Idem in eodem.* vs. 63. *superest* pro *superat* poni jussit Cod. Mon. *τέως, ἕως.* Sic recte Putschius. Edd. antiquae *ἐν τοσούτῳ δέ.*

conjunctum cum τέως. Edd. veteres: — *ἄν. μέχρι τοσούτου.* Adjeci ego e Cod. Mon. *μέχρι,* quod omisit Putschius. Edd. veteres: *μέχρις, ἄν. per se autem — vel ἕως.* Haec non leguntur in Edd. veteribus.

ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν τοσούτῳ. Auctoritate Cod. Mon. dedi eg *ἐν τοσούτῳ* pro *ἐπὶ τοσούτου,* quod Putschius recepit.

eodem: *Interea superest gregibus dum laeta juventus.* Notandum ergo, quod, quomodo apud Graecos ἕως conjunctum cum τέως significat μέχρι τοσούτου, per se autem μέχρι τινὸς, vel ἐν τῷ μεταξὺ, vel ἐν τοσούτῳ: sic et apud nos *interea* ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν τοσούτῳ vel ἕως. Est etiam ubi pro *tamen* invenitur positum. Virgilius in primo Georgicon: *Nec nulta interea est inaratae gratia terrae: interea* posuit pro *tamen.* Τελευ- 290
τᾶν τὸν βίον. *Πλάτων Κρίτωνι*· Καὶ ἀνάγκη δὴ εἰςαίριον ἔσται, ὦ Σώκρατες, τὸν βίον σε τελευτᾶν. *Vitam finire*, id est, *mortem obire.* Attici, τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἢ νυκτὶ ἐγένετο, καὶ τῆς ἡμέρας ἢ νυκτὸς, καὶ παρὰ τήνδε τὴν ἡμέραν ἢ νύκτα, καὶ κατὰ τήνδε τὴν ἡμέραν ἢ νύκτα, καὶ τήνδε ἡμέραν ἢ νύκτα. Virgilius in I. *Noctem non amplius unam fallo dolo.* Idem in III. *Noctem illam tecti silvis immania monstra perferimus.* Attici, θεοῖς τὰ ἱερεῖα τὰ ἐπινίκια ἔθυεν. Huic simile est Virgilianum: *Ictum jam foedus*, pro *foederis hostia.* Illi, τῆς ὑστεραίας καὶ τῆς προτεραίας ἡμέρας, καὶ τῇ προτέρᾳ. Nos *pridie* adverbialiter dicimus et *postridie* et *priore die* et *nocte*: tamen et *posteriore* et *postero* et *superiore.*

Virgilius in I. Georg. vs. 83.

§. 290. τὸν βίον τελευτᾶν. Recte haec protulit Putschius. Edd. veteres: τὸν βίον ἐκτελέσαι. Sequens Platonis locus non legitur in Edd. veteribus.

Πλάτων Κρίτωνι. Cap. 1. s. fin. εἰσαίριον edidi ego pro εἰς αἴριον. Omisi etiam ἐν ante Κρίτωνι.

Attici, τῇδε τῇ ἡμέρᾳ — ἢ νύκτα. Ita hunc locum emendatum dedi e Cod. Mon. Putschius haec in textum recepit: τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἢ νυκτὶ ὅλῃ ἐγένετο, καὶ τῆς ἡμέρας ἢ νυκτὸς καὶ παρὰ τὴν ὅλην τὴν ἡμέραν ἢ νύκτα τῆνδε ἢ ἡμέρας ἢ νυκτὸς καὶ τὴν ἡμέραν ἢ νύκτα. Omisi ergo ὅλῃ et ὅλην, quae otiosa esse patet. Deinde vero etiam pro ἢ ἡμέρας ἢ νυκτὸς, quae vitiosissime posita sunt, cum in antecedentibus jam commemorata sint, restitui κατὰ τήνδε τὴν ἡμέραν ἢ νύκτα. Edd. vett. ὅλην τὴν νύκτα φροντίζω.

Virgilius in I. 683. *Idem in III.* vs. 583.

θεοῖς τὰ ἱερεῖα τὰ ἐπινίκια ἔθυεν. Pro ἱερὰ, quod Putschius dedit, reposui ego ἱερεῖα e Cod. Mon. qui ita habet: *ΙΗΤCΤεΡΑΙΑ.* In his etiam *T* pro *I* positum esse nemo non videt. Edd. veteres: ἠχεῖ ὁ υἱὸς τῆς πέτρας. Non invideo, si cui haec placeant. *Virgilianum.* XII, 314.

Illi, τῆς ὑστεραίας — προτέρᾳ. Edd. veteres: νυκτὸς ἦλθε καὶ νύκτωρ, τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τῇ προτέρᾳ. Addendum fortasse est his, quae ex ed. Putschiana dedi, ὑστεραίᾳ.

priore pro *priori* dedi ego ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Erph. et Cod. Mon. nondum correcto.

Cicero in I. Invectivarum: *Quid proxima, quid superiore nocte egeris.* Illi, τηλικαύτην, ἡλίκην καὶ οἵην. Ἰσοκράτης Ἀρχιδάμῳ· Τήνδε ἐν τῷ παρόντι τηλικαύτην γεγο-
291 νυῖαν, ὅσην οὐδεὶς πώποτε ἔσεσθαι προσεδόκησεν. Huic simile Iuvenalis in III. *Hunc qualem nequeo monstrare et sentio tantum*, pro *talem, qualem.* Et sciendum, quod frequenter hujuscemodi pronomina, id est demonstrativa, et infinita nomina loco infinitorum qualitatis vel quantitatis inveniuntur apud auctores. Demosthenes κατὰ Αἰσχίνου· Τὴν ἄλλως ἐνταῦθα. Virgilius secundo: *Dis aliter visum.* Illi, καλὴ νὴ τὴν Κόραν. Salustius in Catilinario: *Pro Deum atque hominum fidem, victoria nobis in manu est.* Nos multis verbis tam activae quam passivae vocis similiter in una eademque significatione utimur: *mereo* et *mereor*, *populo* et *populor*, *nutrio* et *nutrior*, *bello* et *bellor.* Virgilius in II. Georgicon: *Hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam*, pro *nutrito.* Idem in XI. *Bellantur Amazones armis.* Illi, τινὲς μὲν, τινὲς δέ. Pro quo Nostri dicunt: *quidam boni, quidam mali, alii boni, alii mali*, et *hi boni* et *illi mali.*

XXX Attici, τί μοι τοῦτο καὶ τί μοι τούτῳ. Terentius in
292 Adelphis: *Sed quid ista, Aeschine, nostra aut quid no-*

Cicero in I. Invectiv. Cap. 1.

Illi, τηλικαύτην, ἡλίκην καὶ οἵην. Haec ego reposui e Cod. Mon. Putschius ita: τήνδε καὶ ἡλίκην καὶ ὅσην. Perperam omisit τηλικαύτην, quod locus proxime sequens docet. Edd. veteres: τοιοῦτος ὁ ναὸς ὁ σὸς ὁ πειραιεύς.

Ἰσοκράτης Ἀρχιδάμῳ. Cap. 43. ed. Lang. γεγονυῖαν pro γεγενημένην poni jussit Codex Mon. Ita hic liber: ΓεΓΟΝΙΙΑΝ. Desideratur hic locus in Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon.

§. 291. *Juvenalis in III.* Sat. VII. vs. 56.

id est demonstrativa. Addidi *id est* et omisi *vel redditiva*: utrumque auctoritate MS. Mon. Item mox *vel quantitatis* scripsi pro *et qu.* *Virgilius secundo.* vs. 428.

Καλὴ νὴ τὴν Κόραν. Sic Putschius, quem secutus sum. Edd. veteres: νὴ τὴν δήμητρα, ἡμῖν ἐστὶν ἐν ταῖς χερσὶ τὰ 'μά.

Salustius in Catilin. Cap. 20. §. 2. ed. Cort.

Illi, τιμῶ καὶ τιμῶμαι τὸ ἀδίκημα. Edd. veteres: βιάζεταί με καὶ βιάζει με, ποιοῦμαι τόδε τι καὶ ποιῶ. Edd. Ald. Bas. Colon. χιάζεται — βιάζοι.

Virgilius in II. vs. 425. *Idem in XI.* vs. 660. Auctoritate Cod. Mon. omisi *pictis*.

Illi, τινὲς μὲν, τινὲς δέ. Haec dedit Putschius, a quo non

bis cum illis? Juvenalis in tertio: *Quo mihi te solitum falsas signare tabellas?* Plato ἐν Σωκράτους Ἀπολογίᾳ· *Εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον.* Nostri in utraque significatione accusativo utuntur. Virgilius in IV. *Ulta virum poenas inimico a fratre recepi.* Idem in secundo: *Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Vindico* quoque in utraque significatione invenitur, tam pro laeso quam contra laedentem accipiendum; unde *vindicta* non solum poena, sed etiam liberatio accipitur. Persius: *Vindicta postquam meus a praetore recessi.* Unde et assertio tam a servitute in libertatem, quam a libertate in servitutem trahi significat, quod apud Livium in multis legimus locis. Attici, *τίνα πόθεν ἔλεγες καὶ πόθεν ἔλεγες.* Simile 293
Terentianum in Adelphis: *Aperite aliquis actutum ostium.* Attici τὶ e supervacuo adjiciunt. *Plato* ἐν Συμποσίῳ· *Ἐᾶτε αὐτόν· ἔθος γάρ τι τοῦτο ἔχει.* Terentius Andria: *Subtristis visus est esse aliquid.* Πλάτων Ἐπιταφίῳ· *Τίνος ἀγαθόν;* pro *cujus causa.* Cicero Philippicarum secundo: *Illud Cassianum cui bono?* id est, *cujus gratia,* aut, *ad cujus bonum?* Attici, *τοῦ πλείονος ἔστιν οὗτος· ἀντὶ τοῦ· πρὸς μόνῳ τῷ κέρδει ἐστίν.*

---

esse discedendum censui. Edd. vet. *οἱ μὲν ἕλληνες οἱ δὲ βάρβαροι οἱ μὲν ἀγαθοὶ οἱ δὲ κακοὶ τούτων.*

et illi mali. E Cod. Mon. reposui *et illi* pro *et hi.*

§. 292. *τί μοι — τούτῳ.* E Cod. Mon. dedi ego *τούτῳ* pro *τούτων.* Edd. veteres: *τί ἡμῖν καὶ σοὶ ὦ ἑταῖρε.*

Terentius in Adelphis. Act. IV. Sc. 5. vss. 43. 44.

Juvenalis in III. Sat. VIII. vs. 142.

Plato Apol. Cap. 16.

Virg. in IV. vs. 656. *Idem in II.* vs. 670. *Persius.* Sat. V. vs. 85.

§. 293. *τίνα πόθεν ἔλεγες κ. τ. λ.* Cod. MS. Mon. *τ. π.* NacacτeC. — *κ. π.* NacacTeC. Edd. vett. *ἀκούετε ἡμῶν, λάβετε τὶς τοῦτο.*

Terentius in Adelphis. IV, 4, 25.

Attici τὶ rel. In his consentiunt Edd. omnes. *Plato ἐν Συμποσίῳ.* p. 175. b. (Steph.). *αὐτόν* et *ἔθος* dedi e libris Platonis editis. Graecae voces absunt ab Edd. vett.

Terentius Andria. Act. II. Sc. 2. vs. 16.

Attici, τίνος ἀγαθόν. Edd. vett. *ὅτου χάριν καὶ τῷ ἦλθες δεῦρο.*

Cic. Phil. II. Cap. 14.

Attici, τοῦ πλείονος — κέρδει ἐστίν. Edd. veteres Graeca omiserunt.

Frequentissime hac figura utuntur Nostri. Salustius in Iugurtino: *Homines veteris prosapiae, multarum*
294 *imaginum ac nullius stipendii.* *Τοῦ ἀντὶ τοῦ· ἕνεκα τοῦ.* *Θουκυδίδης ἐν τῷ Προοιμίῳ· Καὶ τὰς αἰτίας συνέγραψα τοῦ μή τινα ζητῆσαί ποτε, ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. Ἀντὶ τοῦ· ἕνεκα τοῦ μή· ἢ ὑπὲρ τοῦ μή· ἢ ὥστε μὴ ζητῆσαί τινα. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ἆρα μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῖν δοκῶ; ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι.* Pro hac constructione, id est, pro articulo genitivi quod conjungunt Graeci cum verbo infinito, nos gerundiis in *di* utimur, addentes tamen *causa* vel *gratia*, ut *discendi causa Virgilium lego, accusandi causa et defendendi in forum procedo.* *Ἰσοκράτης ἐν Πλαταϊκῷ· Ἔτι δὲ τοιούτων δεησόμενοι πάρεσμεν. Καί· τοιαῦτα δεησόμενοι.*
295 Nostri, *egeo illius rei* et *illam rem* et *illa re*, et *sup-*

Salustius in Iugurtino. Cap. 85.

§. 294. *τοῦ ἀντὶ τοῦ· ἕνεκα τοῦ.* Edd. vett. *τοῦ ποιεῖν, του φαγεῖν, τοῦ λαβεῖν, τοῦ λέγειν.*

Θουκυδίδης ἐν Προοιμίῳ. Κεφ. κβʹ. Quae post *κατέστη* in ed. Putschiana sequuntur, aenigmata sunt, quae nemo, nisi sagacissimus, facile explicet. Nec ego, lubenter fateor, explicuissem, nisi Cod. Mon. in his tenebris facem praetulisset. Nam, quamvis ne hic quidem liber hoc loco expediendi difficultate omni careat, tamen haec verba ita refert, ut dubius esse non possis, quomodo legenda sint. Ita ille:
ΑΝΓΙΤΟΥ eNeKaNTOY ΜΗΗ ΥΠeΡ ΤΟΥΜeΝ
ἀντὶ τοῦ ἕνεκα τοῦ μὴ ἢ ὑπὲρ τοῦ μὴ ἢ
Reliqua patent.

Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Κεφ. λά. (31.) Pro *ἆρά γε* edidi e Cod. MS. Mon. *ἆρα*, omissa particula *γε*. Deinde ejusdem libri auctoritate expunxi *ἂν* post *ἀναλῶσαι*. Edd. vett. hunc laudant Demosthenis locum: *τὸ γὰρ πράττειν τοῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐστι.*

Ἰσοκράτης Πλαταϊκῷ. Cap. 1. ed. Lang. *Καί· τοιαῦτα δεησόμενοι.* Sic e Cod. Mon. Hicce enim liber duas priores voces luculentissime scriptas refert, ultimam ita: *deΗCOMeNOΥ.* Putschius: *καὶ τοιάδε ΝΙΟΗΜΟΙ.* Addit haec Priscianus, ut, cum accusativo etiam verbum illud conjungi, demonstret. Huic quidem loco praefixerunt Edd. vett. haec: *δεῖται χρημάτων ὁ δεῖνα καὶ δεῖται τροφῆς.*

§. 295. *Ter. in Andr.* II, 1, 12. *Cic. pro Roscio.* Cap. 14.

Δημοσθένης Φιλ. Δ. Est Olynth. *Α.* Cap. 6. ed. Rüdiger. Orr. Gr. ed. Reisk. p. 13. l. 20. *ὅνπερ.* Reliqui ego hanc

plico tibi et *quaeso te.* Terentius in Andria: *Huic supplicabo, amorem huic narrabo meum.* Cicero pro Roscio: *Nam, per Deos immortales, quid est, quod in hac causa defensionis indigeat?* Demosthenes Philippicarum IV. *Μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις [τόκοις] μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες.* Et Nostri frequenter hac figura utuntur: *quemadmodum dicis, sic facio,* pro, *ut dicis, sic facio.* *Ἐπ' ἐμοὶ* et ad accusativum *ἐπ' ἐκεῖνον.* *Ξενοφῶν Παιδείας Δ. Καὶ νῦν τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ εἴκω, καὶ τόδε εἰ ποιῶ, σέσωσμαι. Λυσίας κατὰ Ἀγοράτου Ἐνδείξεως· Καὶ τό γε ἐπ' ἐκεῖνον ἐσώθης.* Cicero pro Ligario: *Atque in hoc quidem cum mendacio si vis gloriari, per me licet.* *Πλάτων Κρίτωνι· Τὸ σὸν μέρος:* quod plerique dicunt *τὸ ὅσον ἐπὶ σοί.* [Attici,] *τοσούτου διήνεγκεν, ὅσῳ. Καὶ τοσοῦτον διήνεγ-* 296

---

vocem, quamvis fieri potest, ut in Codd. *ὥσπερ* scriptum legatur. [*τόκοις*] e libris Dem. editis additum uncis inclusi. *ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες.* Putschius: *ἐπὶ λείσιο ΛΗΜΕΝΕΡΔΗΖΜΙΚΟΤΕΙ.* Meliora dat Cod. Mon. *eTT ΠοΛαCI ΦΑΤΟΜeΝePPA ΤΙΛΑe ΚΟΤeC.* Illud *ΠΟΛΑCI* per *πολλῷ* interpretatus recte mihi esse videor, cum *CI* pro *Ω* et *Α* pro *Λ* a librario scriptum esse probabile, ne dicam certum, sit. Edd. vett. hunc exhibent Demosthenis (*Philipp. IV.*) locum: *ὥσπερ τοῖς πεζοῖς τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους.*

ἐπ' ἐμοὶ — ἐπ' ἐκεῖνον. Putschius: *Ξενοφῶν Παιδείας Δ. Καὶ νῦν τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ οἶκοι. καὶ τόδε εἰ ποιῶ οἴσωσμαι αἰσίως.* ad accusativum: *κατ' εἰορά του ἐνδείξεως καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἀσώθης.* Pro *αἰσίως* scripsi ergo *Λυσίας·* pro *κατ' εἰορά του* reposui *κατὰ Ἀγοράτου,* et pro *ἐπ' ἐκεῖνον τόγε ἀσώθης* restitui e Cod. *καὶ τόγε ἐπ' ἐκεῖνον ἐσώθης.* Cod. MS. Mon. *ἐπ' εμοι CΙΚΩΙ και τοδε ει ΠΩ ΙCeCΩeΜΑΙ ΛΥCΙΑC — ΚΑΤΑ ΑΓΟΡΑ ΤΟΥ — ΚΑΙ ΤΟγε επ εκειvον eΓΩΤΗC.* Edd. vett. *διὰ τὰς ἁμαρτίας — διὰ σὲ οὐδεὶς ἡμῶν βούλεται εὐφημεῖν.*

Cic. *pro Ligario.* cap. 8. Non satis diligenter hic locus redditus est.

Πλάτων Κρίτωνι· Τὸ σὸν μέρος. Quae Putschius addit, *ὅταν τύχωσι τοῦτο πράξωσι,* omisi ego. Fateor, me non intelligere, quid sibi velint. Nec in Critone, quod scio, leguntur. Denique nexum turbant.

τὸ ὅσον ἐπί σοι. Haec auctoritate Codicis Mon., qui *τοσσον επι* exhibet, dedi. Reliqua, quae Putschius adiecit, *τὸ σὸν τὸ ἐν σοὶ τὸ σοί,* liber ille eximius ignorat. Ergo omisi.

§. 296. [*Attici,*] *τοσούτου διήνεγκεν, ὅσῳ. Καὶ τοσοῦτον διήνεγκεν,*

κεν, ὅσον κρεῖττον ἐστί. *Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης·* *Τοσούτῳ δὲ μακαριώτεροι τυγχάνουσιν ὄντες τῶν βίᾳ τὰς τυραννίδας κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναντες τὰς μεγίστας δόξας παρὰ τῶν συμπολιτευομένων λαμβάνωσιν.* Et Romani, *tantum quantum*, et *tanto quanto differt, distat, interest, praestat.* *Τοσοῦτον καὶ τοσούτου ἐδέησεν ἀκόντων τι ποιεῖν τῶν πολιτῶν.* Similiter Latini: *Tantum et tanto abfuit invitis civibus aliquid facere.* Cicero pro M. Marcello: *Tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quae*
297 *cogitas, nondum jeceris.* Illi, *τόσων ἐτῶν καὶ τόσοις ἔτεσιν καὶ τόσα ἔτη.* *Ὁ δὲ Αἰσχίνης ἐν Ἀλκιβιάδῃ·* *Ὁ δ᾽ Ἐρασίστρατος γεγονὼς ἤδη πεντήκοντα ἔτη.* Terentius in Eunucho: *Ille alter venit ad nos annos natus sedecim.* Illi, *τόδε μὲν, τόδε δὲ, καί· τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ.* Cicero pro Dejotaro: *Cum in omnibus causis gravioribus, C. Caesar, initio dicendi commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus vel aetas mea postulare: tum in hac causa ita multa me perturbant.* *Τοίνυν* apud illos supponitur, *τοιγαροῦν* praeponitur. Apud nos autem et *igitur* et *ergo* tam praeponiuntur, quam supponuntur. Attici, *τούτῳ τῷ χρόνῳ τόδε γίνεται, καὶ τού-*

ὅσον κρεῖττον ἐστί. Haec dedi ego e Cod. Mon. Putschius hunc locum e Codicibus expedire non valuit. Ita ille: *Attici* *** ***ἐκείνῳ τοῦτο λοιδορεῖν ἐνόμιζον ὅσον κρεῖττον ἐστί.*** Nemini, puto, placere haec possunt. Cod. MS. Mon. ita:

eΠICOITΩOΥ TOΥ dINeΓKeNOCΩKAI
ἐπὶ σοὶ τοσούτου διήνεγκεν ὅσῳ. Καὶ
TOCOΥTON dIHN ΓKeN OCON KPITTON eCTI
τοσοῦτον διήνεγκεν ὅσον κρεῖττον ἐστί.

Quae ab initio posita sunt, ***ἐπὶ σοὶ,*** ad antecedentia pertinent. Codex igitur ignorat *Attici*, quam vocem ego ex ed. Putschiana servavi, uncis tamen inclusi. Nec Editiones veteres receptae lectioni adversantur, imo favent: ***τοσοῦτο διοίσεις τούτου τ᾽ ἀνδρὸς ὅσῳ.*** Praeter ea vero, quae ego ex Cod. Mon. in textum recepi, leguntur in illo libro hae literae: *NANNePTINaIKOC.* Putschius haec expressit: *AINεPHAIKυΣ.*

Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης. Cap. 47. ed. Lang. ***δόξας*** pro ***δωρεὰς*** auctoritate Cod. Mon. edidi. ***λαμβάνωσιν*** reposui e Cod. Mon. pro ***ἀναλαμβάνωσιν***, quod Putschius dedit. ***τοσοῦτον καὶ τοσούτου ἐδέησεν κ. τ. λ.*** Edd. veteres: ***τοσοῦτον ἄπειμι τοῦ κακουργεῖν καὶ τοσούτῳ ἄπεστι τοῦ δίκαιος εἶναι.***

Cic. pro M. Marc. Cap. 8.

του τοῦ χρόνου, καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Omnia haec et apud Nostros invenis. Virgilius in IX. *Nocte super media tuti sub matribus agni palatum exercent.* Cicero in I. Verrinarum: *Ut, cum illius temporis mihi venit in mentem.* Idem de Signis: *Venit enim mihi fani,*
loci, regionis illius in mentem. Attici, τὸ περὶ ὄρθρον, 298
τὸ παρὰ πάντων μερῶν, τὸ παραχρῆμα, τὸ αὐτίκα. Nostri quoque adverbiis est quando casualia adjungunt, ut Persius: *Euge tuum belle: nam belle hoc excute totum.* Idem: *Hesternum cras abiit.* Virgilius: *Mane novum, et sponte sua.* Et Lucanus in primo: *Tu satis ad vires Romana in carmina dandas.* Attici, τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τούτου τοῦ τρόπου ποιοῦμεν τόδε. Salustius in Catilinario: *Cum domos atque villas videas in modum urbium exaedificatas.* Θουκυδίδης *Δευτέρα*· Ἕως μὲν τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. Illi, τρίτην ἡμέραν καὶ τρίτῃ ἡμέρᾳ τόδε ἔπραττον, pro *nudiustertius.* Hinc Romani *tertium* et *tertio Kalendas* vel *Nonas* vel *Idus*, vel *Kalendarum, Nonarum, Iduum*, pro, *tertio ante Kalendas* vel *Nonas* vel *Idus.* Cicero Invectivarum I. *Meministine me ante diem XII. Kalendarum Novembrium dicere in senatu, fore in armis*

---

§. 297. *Illi*, τόσων ἐτῶν κ. τ. λ. τόσα ἔτη e conj. adjeci. Edd. vett. οὗτος μὲν γεννηθεὶς ἔτη εἴκοσι τάδε ἐποίει.

Αἰσχίνης ἐν Ἀλκιβιάδῃ. Fragm. Ὁ δ' Ἐρασίστρατος. At Cod. Mon. ΟδεΡαστα αν Τροπων. Haec e Cod. Mon. ita dedi, ut a Riglero notata sunt. Putschius: οἱ δ' ἐρασταὶ ἀνθρώπων γεγονὼς ἔτη ΠΕΝΤΕΚΟΚΑΙΤΗ. Ego reposui: γεγονὼς ἤδη πεντήκοντα ἔτη. Cod. Mon. γειδνωσοιδη πεντηκοναιτη. Abest hic locus ab Edd. vett.

Illi, τόδε μὲν — τοῦτο δέ. Edd. vett. ἐπαινῶ σὲ ποτὲ μὲν διὰ τὸ φιλότιμον εἶναι, ποτὲ δὲ καὶ διὰ τὸ γενναιότατον φαίνεσθαι.
Cicero pro Dejot. init.
τοίνυν — τοιγαροῦν. Edd. vett. ἄρα — τοίνυν.

Attici, τούτῳ τῷ χρόνῳ — χρόνον. Edd. vett. *Attici* *** τῶν πρώην ἀγαθῶν, ἦλθέ μοι εἰς νοῦν.

Virg. in IX. vs. 61. 62. *Cicero in Verrin. I.* Est Divinatio in Caec. Cap. 13.

§. 298. *Attici*, τὸ περὶ ὄρθρον — αὐτίκα. Edd. vett. σήμερον ἡμέρα, αὔριον, ἠοῖ πρωὶ τοῦτο νῦν ὁ θάνατος ἅλις.

Persius. Sat. I. vs. 49. *Idem.* V. vs. 68. Locus non integer redditus.

Lucanus in I. vs. 66. *Salustius in Cat.* Cap. 12. §. 3.

Cicero Invectiv. I. Cap. 3.

certo die, qui dies futurus esset ante diem VI. Kalendarum Novembrium: pro, *in diem sextum Kalendarum Novembrium. Ante* frequentius tamen accusativo adjungitur, et per ellipsim praepositionis. Attici, ὑπακούοντες αὐτοῖς καὶ αὐτῶν. Δημοσθένης Φιλιππικῶν III. Ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς ὁ βασιλεύς. Et pro Ctesiphonte: Ἑτοίμως ὑπηκούσατε τῷ Φιλίππῳ. Hinc Romani, *obedio tibi* et *ausculto tibi.* Salustius in Catilinario: *Quae natura prona atque ventri obedientia finxit:* pro *obaudientia.* Terentius in Andria: *Pamphilumne adjutem, an auscultem seni.* Attici, ὑπήκοοι ἦσαν αὐτοῖς καὶ αὐτῶν. Ξενοφῶν Παιδείας Δ. Διὸ καὶ ὑπήκοοι τῶν Ἀσσυρίων ἦσαν. Hinc Romani dicunt, *audiens tibi sum.* Attici ὑπὲρ pro περὶ accipiunt, sicut et nos *super* pro *de.* Demosthenes Philippicarum IV. Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο, Ἀθηναῖοι, σκοπεῖν. Et post pauca: Ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ ὧν εἰρήκασι οὗτοι πρότερον. Virgilius in primo: *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.*

299

XXXI Attici, ὑπερέχει τοῦδε καὶ τόνδε. Πλάτων περὶ ψυ-

300

---

§. 299. *Attici,* ὑπακούοντες αὐτοῖς καὶ αὐτῶν. Edd. vett. πείθομαί σοι, ὑπακούω σοῦ, ὑποτάσσομαί σοι. Cod. Mon. omisit αὐτοῖς.

Demosth. Phil. III. Est Olynth. III. Cap. 8. (II. ed. Rüd.) Cf. Anecd. Graeca Imm. Bekkeri Vol. I. p. 176. Ὑπακούω: ἀντὶ τοῦ ὑποτάσσομαι, δοτικῇ. Ὀλυνθιακῶν τρίτῳ· ὑπήκουσε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, ὥσπέρ ἐστι προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησιν.

Et pro Ctesiphonte. Περὶ τοῦ Στεφάνου. Κεφ. ζ΄. Ἑτοίμως ὑπηκούσατε τῷ Φιλίππῳ. Putschius: Εἰ δῆμος ὑπηκούσατο τῷ Φιλίππῳ. Equidem secutus sum Cod. Mon. haec exhibentem: εΤΟΙΜΟCΕ ΠΗΚΟΥΚΑΤΕ rel.

Salustius in Catilin. Cap. 1. *Terent. in Andria.* Act. I. Sc. 3. vs. 4. ὑπήκοοι ἦσαν rel. Edd. vett. πειθόμενος τῷ πατρὶ, εἰμὶ σοὶ ὑπήκοος. Ξενοφῶν Παιδείας Δ. Κεφ. β΄.

Attici ὑπὲρ *pro* περὶ *acc.* Edd. vett. πρὸς σοῦ ἀντὶ παρὰ σοῦ.

Demosthenes Phil. IV. Est Phil. I. init. Hoc quidem loco Philippica prima numeratur quarta, supra autem §. 295. eodem numero distinguitur Olynthiaca prima. Εἰ μὲν περὶ. E Cod. Mon. adjeci ego μὲν, quod et in editis Demosth. libris legitur. Ἀθηναῖοι σκοπεῖν. Libri Dem. editi: ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι λέγειν.

Et post pauca: eodem capite. ὑπὲρ ὧν. Rüdigerus edidit περὶ ὧν. Male. Nam non solum Demosthenis libri manu scripti, sed hic etiam Prisciani locus demonstrant, ὑπὲρ

χῆς· *Καὶ τὸ δίπηχυ πυχιαίου μεῖζον εἶναι, διὰ τὸ ἡμίσει αὐτοῦ ὑπερέχειν.* Hinc Romani: *dimidio superat.* Unde Iuvenalis in V. *Pares, quod vendere possis pluris dimidio.* Similiter *praestat* pro *superat.* Virgilius in XI. *Ibo animis contra vel magnum praestet Achillem.* Idem in primo: *Gradiensque deas supereminet omnes.* Illi, ὑπερορῶ τοῦδε καὶ τόνδε. *Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους· Τοσοῦτον ὑπερεῖδεν ἅπαντα.* Romani ad accusativum: *despicio* et *contemno* et *aspernor illum.* Attici, ὑποβλέπει με καὶ ὑποβλέπει μοι. Cicero pro Milone: *Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum, cum omnibus omnia minabatur.* Virgilius in primo: *Et alto prospiciens summa placidum caput extulit unda.* Illi, ὑπὸ σοῦ καὶ ὑπὸ σοὶ καὶ ὑπὸ σέ. *Δημοσθένης Φιλιππικῶν Α. Μικρὰ τῶν πρότερον [ποτὲ] ῥηθέντων ὑπ' ἐμοῦ μνημονεύσαντας.* Herodotus in I. *Ἐστρατεύοντο δὲ ὑπὸ συρίγγων καὶ πηκτίδων καὶ αὐλῶν.* Demosthenes Philippicis: *Τῶν μὲν Ἑλλήνων οἱ μὲν ὑφ' ὑμῖν, οἱ δὲ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις ἦσαν.* Hero- 301
dotus: *Ὑπὸ τὸν νηὸν κατά.* Hinc et *sub* apud nos accusativo et ablativo adjungitur. Genitivo enim praepositio apud

---

legendum esse. οὗτοι πρότερον. Putschius: οἱ τῶν προτέρων. Error facilis fuit. Nam Codices ita: *ΟΥΤΟΥ ΠΡΩΤΕΡΩΝ* vel *ΟΙΤΟΙΠΡΟΤΕΡΟΝ.*

Virg. in primo. vs. 750

§. 300. ὑπερέχει τοῦδε καὶ τόνδε. Edd vett. ἡμίσει. *Πλάτων περὶ ψυχῆς.* Cap. 45. μεῖζον εἶναι διὰ τό. Putschius: μεῖζον εἴη ἅμα τῷ. Cod. Mon. *eINAIdia TO.* Recte ergo ea, quae in textum recepi, habent.

Iuvenalis in V. Sat. XIV. vss. 200. 201.

Virgilius in XI. vs. 438. *Idem in I.* vs. 501.

Illi, ὑπερορῶ τοῦδε καὶ τόνδε. Edd. vett. περιόπτομαι τὸν ἀσθενοῦντα, ἀποδοκιμάζω τόδε τι.

Attici, ὑποβλέπει με καὶ ὑποβλέπει μοι. Edd. vett. προσβλέπειν, ἀφορᾷν, ἐπιβλέπειν τόδε.

Illi, ὑπὸ σοῦ — ὑπὸ σέ. Edd. vett. ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὑπὸ δένδρῳ, ὑπὸ τὸν στρατηγόν.

Δημοσθένης Φιλιππ. Α. Περὶ Εἰρήνης. Κεφ. β. Μικρὰ τῶν. Putsch. μάλιστα. Cod. Mon. *ΜΙΚΡΟ ΤΩΝ.* Hunc librum secutus sum. Imman. Bekkeri Anecd. Gr. Vol. I. p. 156. *Μνημονεύω γενικῇ. ἐκ τοῦ περὶ τῆς Εἰρήνης· „μικρὰ τῶν πρότερόν ποτε μνημονευθέντων ὑπ' ἐμοῦ μνημονεύσαντας."* Uncis inclusi ποτὲ e libris Dem. editis additum. *Herodotus in I.* Cap. 7. *Demosthenes Phil.* Hunc Demosthenis et sequentem Herodoti locum investigare non potui. In Demosthenis loco dedi e Cod. Mon. *Τῶν μὲν Ἑλλήνων* pro *τῶν δὲ Ἑλλήνων*, quod Putschius posuit.

Latinos praeponi non potest separatim. Virgilius in II. *Postesque sub ipsis nituntur gradibus.* Idem in VIII. *Sub te tolerare magistro militiam. Sub oculis* quoque dicimus pro *ante oculos.* Attici, *ὑπομένομεν τόνδε τοῦτο ποιεῖν, καὶ τοῦτο ποιοῦντα, καὶ τοῦτο ποιοῦντος.* Sic et nos: *patimur illum hoc facere et hoc facientem et hoc faciente.* Illi *ὑπόγυον* dicunt, quod paulo ante vel mox fuit. Ex hoc Romani *e vestigio* dixerunt, vel quod stans aliquis in eodem vestigio facit, unde *statim* quoque dicitur; vel quantum tempus est in uno vestigio faciendo, quod est brevissimum. Cicero in primo Verrinarum: *E vestigio, quasi quodam Circeo poculo, factus est Verres. Red-*
302 *iit ad se atque ad mores suos.* Illi *ὑπὲρ τόνδε καὶ ὑπὲρ τοῦδε τοῦ τόπου ἑωρᾶτο* et similia dicunt. Sic Virgilius in VI. *Geminae super arbore sidunt.* Et idem: *Fronde super viridi sunt nobis mitia poma.* Idem in primo Aeneidos: *Fronde super aethera notus.* Attici, *ὑστέραν καὶ ὑστεραίαν καὶ προτέραν καὶ προτεραίαν,* non addentes *diem.* Hoc et Nostri est quando faciunt. Demosthenes pro Ctesiphonte: *Καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος.* Idem in Philippicis: *Ὑφ' ἑαυτὸν ποιούμενος.* Et Nostri: *Sub imperio* et *sub imperium suum facit gentes.* Attici, *ὑφίστατο αὐτόν.* Et Latini: *Sustinebat illum.* Illi, *ὑπολαμβάνω* pro *respondeo.* Plato in Protagora: *Πολλοὶ οὖν*

---

§. 301. *Virg. in II.* 443. *Idem in VIII.* 515.

Attici, ὑπομένομεν — ποιοῦντος. Edd. vett. *ἀνέχομαί σε λοιδορεῖν καὶ λοιδοροῦντα καὶ λοιδοροῦντος.*

Illi ὑπόγυον. Hoc ego dedi e Cod. Mon. qui ita habet: *ΥΠΟΙΥΟΝ.* Putschius *ἄρτι* pro *πρώην.* Edd. Ald. Bas. Colon. *ἄρτι* vel *πρώην.* Ed. Asc. *ἄρτι ἢ πρώην.*

Cic. in I. Verrin. Divin. Cap. 17. Hic locus parum diligenter redditus est.

§. 302. *Illi, ὑπὲρ τόνδε καὶ ὑπὲρ τοῦδε τοῦ τόπου.* E Cod. MS. Mon. adjeci *ὑπὲρ τόνδε. Virg. in VI.* vs. 203. *Idem.* Ecl. I, 81. *Idem in I. Aen.* 379.

Demosthenes pro Ctes. Cap. 22. Binis his Demosthenis locis scriptum legitur *ὑφ' ἑαυτῷ.* Equidem priori loco restitui *ὑφ' ἑαυτῷ,* altero reliqui *ὑφ' ἑαυτόν.*

Attici, ὑφίστατο αὐτόν. Edd. vett. *ὑπομένω καὶ ὑποφέρω.*

Illi, ὑπολαμβάνω pro respondeo. Plato rel. Edd. vett. *Illi ὑπολαμβάνω* pro respondeo: *ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη τάδε ἤγουν ἀπολογούμενος. Plato in Prot.* Cap. 29. ed. Heind. *ὁποτέρως* scripsi pro *ὁπότερος. ἐξιέναι* dedi e Cod. Mon. (*eHIeNAI*) pro *ἐντεύξεσθαι.*

§. 303. *Virg. in VI.* vs. 737.

αὐτοῦ ὑπέλαβον τῶν παρακαθημένων, ὁποτέρως βούλοιτο οὗτος,
διεξιέναι. Hinc Virgilius in VI. *Suscipit Anchises atque* 303
ordine singula pandit: pro *respondet ad interrogationem*
Aeneae. Φαίη λέγων. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς· Εἴγε
Κιλικίας αἷμα ἐξολοίμην, φαίη λέγων. Iuveniuntur et Nostri
abundantia utentes, ut, *loquere dicens* et *stude prope-*
rans et similia. Attici, φαίνεται ζηλῶν τούσδε καὶ ἐζηλω-
κέναι τούσδε. Αἰσχίνης Ἀσπασίᾳ· Φαίνει γὰρ ἐζηλωκέ-
ναι τοὺς ἐν τῷ δικαστηρίῳ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ ἄλλων
ἀγωνιζομένους. Hac figura frequentissime Romani quo-
que utuntur, ut infinita verba pro participiis ponant.
Terentius in Adelphis: *Video sapere in loco, amare inter*
se. Φεῦ σοῦ. Latini pleramque accusativo utuntur in
hujuscemodi constructionibus: *Pro Deûm fidem*. Teren-
tius in Phormione: *Pro Deûm immortalium fidem, negat*
Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho! Et ad nomi-
nativum tamen solet proferri, ut idem in Adelphis:
Pro, Dii immortales facinus indignum! Geta quid nar-
ras! Attici, φθόνον μοι συνάγω. Et nos: *invidiam mihi* 304
collegi. Φιλοτιμοῦμαι τοῦτο καὶ τούτῳ. Iuvenalis in pri-
mo: *Ardenti sese indulsisse tribuno*. Attici, φορεῖν
ἐσθῆτα ἢ στέφανον ἢ βακτηρίαν. Virgilius in VII. de *tiara*
et *sceptro*: *Hoc Priami gestamen erat, cum jura vocatis*
more daret populis. Idem in primo: *Virginibus Tyriis*

Attici. φαίνεται ζηλῶν κ. τ. λ. Edd. vett. ὁρῶ ἡμᾶς μεταμέλλεσθαι καὶ μεταμελλομένους.

Αἰσχίνης Ἀσπασίᾳ. Cod. Mon. *ACITACIe*. Melius Putsch. *ΑΣΠΑCΙΕ*. Miror, Putschium, virum eruditum, haec explicare non potuisse. Fidenter ego scripsi Ἀσπασίᾳ. Desumpta sunt e dialogo dep. *Aspasia*.

Ter. in Adelphis. V, 3, 41. Locus negligentissime redditus.

Terentius in Phorm. II, 3, 4. 5. *Idem in Adelphis*. Act. III. Sc. 5. vs. 1. *Quid narras* pro *quod narras* dedi ego e Cod. Mon.

§. 304. φθόνον μοι συνάγω. Edd. vett. συλλέγει φθόνον ὁ βάσκανος.

φιλοτιμοῦμαι τοῦτο καὶ τούτῳ. Edd. vett. ἐπιτρέπω σοι χαίρειν καὶ χρήματα.

Iuvenalis in I. Sat. II. vs. 165. *Ardenti* pro *audenti* recepi e Cod. Mon.

Attici, φορεῖν — βακτηρίαν. Edd. vett. ἔχω σκῆπτρον καὶ φέρω, κομίζω τάδε.

Virg. in VII. 246. *Idem in I*. 336. *Idem in eodem*. 653.

mos est gestare pharetram. Idem in eodem: *Praeterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim, maxima natarum Priami.* Illi, φρόνησις ἐστί μου τοῦδε καὶ περὶ τοῦδε. Et
305 nos: *est nobis prudentia illius rei*, et, *de illa re.* Attici, φροντίζει τῶνδε καὶ τάδε καὶ περὶ τῶνδε. *Μένανδρος Μισογύνῃ·* Ἀλλ' οὐ τὰ βίου 'νοσίως δεῖ φροντίσαι. Sic nos ad accusativum: *curo illam rem.* Illi, χάριν ἔχω σοι καὶ οἶδά σοι. *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου τῆς Τριηραρχίας·* Οὐχὶ τοῖς ποιοῦσιν, ἃ δεῖ, χάριν ὑμᾶς ἔχειν, ἀλλὰ τοῖς φάσκουσιν. Ἰσοκράτης Ἑλένης ἐγκωμίῳ· *Πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς πολλὰ προστάττουσιν.* Terentius in Eunucho: *Magnas vero agere gratias Thais mihi?* Idem in eadem: *Et habetur et refertur, Thais, tibi, ut merita es, gratia.* Attici, χάριν σὴν pro εἰς σὴν χάριν. *Πλάτων Φαίδρῳ·* Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, χωρητέον χάριν σήν. Hinc nos, *vicem tuam doleo* pro *in tuam*, et *septimo Kalendas* pro *ante Kalendas.* Virgilius in primo: *Italiam fato profugus*, pro *in Italiam.* Terentius in Eunucho: *At ille alter venit ad nos natus annos sedecim*, pro ante

---

Illi, φρόνησις — περὶ τοῦδε. Edd. vett. *γνῶσις ἐστὶ τῆς γραμματικῆς.*

§. 305. *φροντίζει τῶνδε καὶ τάδε.* Haec ego dedi e Cod. Mon. Putschius: *φροντίζεσθαι τάδε καὶ τῶνδε καὶ περὶ τῶνδε.* Edd. vett. *φροντίζω τόδε καὶ φροντίζω σοῦ.*

Μένανδρος Μισογύνῃ. 'νοσίως (ἀνοσίως) dedi e conj. pro *ΝΩΝΙCΩΣ*, quod in ed. Putsch. legitur.

Δημοσθένης περὶ Στεφ. τ. Τριηρ. Haud longe ab init. Pessime Putschius traxit *τῆς τριηραρχίας* ad contextam orationem. Hunc locum emendavi ego e Cod. Mon. qui haec exhibet· *ΟΥΧεΙ ΤΟΙC ΠΟΙΟΥCΙΥ αdει χαΡΙΝ ΥΔΙ ΔC eΧeΙΝ ΤΟΙC ΦΑCΚΟΥCΙΝ.* Putschius: *οὐ δεῖ τοῖς ποιοῦσιν ἀλύχαριν ἡμᾶς ἔχειν ἀλλὰ τοῖς ποιῆσαι ἀσκοῦσιν.*

Ἰσοκράτης Ἑλένης ἐγκ. Cap. 25. ed. Lang.
Terent. in Eun. Act. III. Sc. 1. init. *Idem in eadem.* Act. IV. Sc. 6. vs. 12.

Attici, χάριν σὴν pro εἰς σὴν χάριν. Edd. vett. *εἰσάγω δόμους καὶ εἰς δόμους, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω.*

§. 306. *Melius est tamen distinguendum — ab humo.* Haec ego dedi e Cod. Mon. Edd. vett. e Putsch. *Melius tamen distinguendum χαμαὶ humi, χαμόθεν ab humo, χαμᾶζε in humum.* Haec sententia repugnat consilio auctoris. Is enim quaerendum putat de loco Cratini, utrum *χαμόθεν* cum

sedecim. Frequentissima est haec figura apud auctores, 506
in qua praepositio deficit. *Χαμόθεν*, quod est *a loco*,
Cratinus pro *in loco* posuit: *Ὅς τὴν πίτυν ἔκαμπτεν
ἑστὼς, χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης καθέλκων.* Melius est
tamen distinguendum *ἑστώς*; etiam bene a loco accipi-
tur *χαμόθεν*, ab humo. Nos genitivo quidem *in loco*,
ablativo vero *de loco* et accusativo *ad locum* utimur:
humi sum, es, est. Salustius in Iugurtino: *Quae humi
arido atque arenoso gignuntur.* Virgilius tamen *ejectum
litore* dixit, pro, *in litus*; quamvis quidam distinguen-
tes, *ejectum* ad consequens verbum, dicunt, *litore egen-
tem suscepi et regni demens in parte locavi.* *Χορταζόμενοι* 507
τοῦδε καὶ τῶδε. *Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν· Ἦσθε πανη-
μέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκόν.* Simile Virgilius in III.
Georgicon: *Pascuntur vero silvas et summa Lycei.* Idem
in secundo Aeneidos: *Implicat et miseros morsu depasci-
tur artus.* Sic ergo possumus dicere: *Satior illius rei*
et *illam rem.* Terentius in Adelphis: *Sed postquam intus
sum omnium rerum satur.*

ἑστὼς an cum *καθέλκων* construendum sit; meliusque esse dicit construere cum *ἑστὼς*, *stans in humo.*

Salustius in Iug. Cap. 45. 3. ed. Cort.

Virgilius. Aen. IV. vs. 342. Obiter moneat, decipi, qui *litore*, disjungentes ab *ejectum*, trahunt ad *suscepi.* Cf. Caes. de bello Gall. Lib. V. Cap. 10. *in litore ejectas esse* (naves). Poeta ergo, cum omittere liceat praepositionem, et *litore ejectus* pro *in litore ejectus* dicere potuit.

§. 307. *χορταζόμενοι τοῦδε καὶ τῶδε.* Edd. vett. *βόσκεται τὴν ὕλην τὸ πῦρ.*

Virg. in III. Georg. 314. *Idem in II. Aen.* 215. *Ter. in Adelphis.* Act. V. Sc. 1. vs. 3. *Intus sum omnium rerum satur.* Non dubito, quin lector pariter atque editor, ut conviva satur, ab his epulis discedat.

PRISCIANI

GRAMMATICI

DE DUODECIM VERSIBUS AENEIDOS

PRINCIPALIBUS

LIBER.

PRISCIANI GRAMMATICI

DE DUODECIM VERSIBUS AENEIDOS PRINCIPALIBUS

LIBER.

I 1 *Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris.* Versus genere uniformis, specie dactylicus, compositione simplex, nec similis pedibus, depositione terminalis in disyllabum, qui dividitur in caesuras, per cola quidem in novem, per commata vero in duas, semiquinariam et semiseptenariam, per pedes in quinque.
2 Quid est genere uniformis? Quia generalia metra no-

---

§. 1. *Versus genere.* Monac. *versus est genere.* Idem liber manuscriptus inserit *et* post *dactylicus.*

per pedes in quinque. Auctoritate Cod. Mon., Lindemannum secutus, delevi, quae in Edd. his adduntur: *quia dactylus habet tres syllabas.*

§. 2. Recte Lindemannus signa interrogantis et respondentis, M. D. sive Ma. Di. sive *Ma. Δι.* sive *μ. δ.* sustulit. Negari quidem non potest, Quinctilianum (Instit. Orator. Lib. I, 8, 13. ed. Spald.) haec praecipere: „*In praelegendo grammaticus et illa quidem minora praestare debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto versu desideret, et pedum proprietates, quae adeo debent esse notae in carminibus, ut etiam in oratoria compositione desiderentur, deprehendatque, quae barbara, quae impropria, quae contra legem loquendi sunt posita: non ut ex his utique improbentur poëtae — sed ut commoneat artificialium, et memoriam agitet.*“ At vero haec illud tantum demonstrant, ut, in antiquis jam scholis interrogandi et respondendi morem viguisse, appareat. Cf. quae Lindemannus in Notis ad hunc Prisciani locum dixit. *duobus choriambis et pyrrhichio.* Quae post haec in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. sequuntur:

vem sunt: dactylicum, anapaesticum, iambicum, tro-
chaicum, choriambicum, paeonicum, ionicum a ma-
jori, ionicum a minori, antispasticum. Et sunt in qui-
busdam generibus diversae species versuum, ut cho-
riambicum asclepiadeum, ex spondeo et duobus cho-
riambis et pyrrhichio. Similiter alia hujus generis
plurima inveniuntur metra, ut illud Horatianum: *Ly-
dia dic per omnes*, quod habet choriambum et bacchium.
Dactylicum vero uniforme est. Quid est specie dacty- 3
licum? Quia legitimos pedes dactylos et spondeos
accipit, qui in dactylos resolvuntur ratione tempo-
rum. Quid est compositione simplex? Quia sunt ver-
sus ex diversis generibus metrorum compositi, quales
invenies apud Horatium et alios lyricos, mixtos ex
dactylis et iambis, ut est apud Flaccum: *Scribere ver-
siculos amore perculsum gravi.* Est enim penthemime-
ris heroica cum dimetro iambico. Heroicus vero sim-
plex est compositione, id est a pedibus unius speciei
componitur. Quid est nec similis pedibus? Quia licet 4
vel dactylos vel spondeos ponere. Quid est deposi-
tione terminalis in disyllabum? Catalecticos dicunt,
quibus deest in fine aliquid: acatalectos, quibus nihil
deest. Heroicus autem, qui legitimos habet dactylos,

„*choriambicum gliconicum, ex spondeo, choriambo et pyr-
rhichio*", ea auctoritate Edd. Ven. 1. 2. Asc. Mediol. Flor.
delevi. Lindemannus haec in textu reliquit.

plurima. Cod. MS. Monac. *plura.* *Horatianum.* Lib. I.
Carm. 8.

§. 3. *specie dactylicum.* Ita Edd. Ven. 1. 2. Asc. quas ego
secutus sum. Reliquae edd. *dactylicus.*

compositione simplex. Edd. Bas. Colon. Putsch. post *com-
positione* addunt *vel ratione*, quae ego auctoritate Edd.
Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. omisi.

apud Flaccum. Epod. XI, 2. *perculsum.* Ita Edd. Ven. 1. 2.
Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Cod. MS. Monac. Lindeman-
nus Codices Lugdunenses secutus edidit *percussum.* Scire
velim, an in his Codicibus vere legatur *percussum* pro *per-
culsum*, cum Horatii quoque libri plerique referant *percul-
sum.* Lindemannus igitur, cum editores Prisciani ad Ho-
ratii editiones se composuisse insimulat, ipse ad Bentlejum
se conformasse videtur.

Est enim penthemimeris. Post *enim* addunt libri editi *semi-
quinaria*, quam vocem Codd. Lugdunenses et Monacinus
omittunt.

qui trisyllabi sunt, ideo in disyllabum desinere vult, et minuit in fine unam syllabam, ne sit impedimento sequenti versui, quin celeriter incipiat. Praeterea dicuntur hypercatalecti, quibus abundat una vel duae syllabae, ut novenarium Pindaricum, quod, cum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam
5 plus in fine. Horatius: *Silvae laborantes geluque.* Brachycatalecti dicuntur in iambicis et similibus, quibus deest una syllaba vel duae, ut est senarium iambicum Colophonium, ut Horatius: *Mea renidet in domo lacunar.* Per cola divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata similiter. Commata autem sunt, tertia trochaica, semiquinaria, et semiseptenaria: quarta enim, bucolica, magis passio est, sicut semipes, et quarta trochaica, et quae inveniuntur per singulos pedes.
6 Caesurae vero versum et rhythmum leviorem solent perficere, et necesse est vel unam vel duas caesuras in versu inveniri: nam tres rarissime

---

§. 4. *impedimento.* Codd. Lugd. *impedimentum.* MS. Monac. cum vulgata consentit, quam ego retinui.

hypercatalecti. Recte sic Edd. Ald. Bas. Colon. MS. Monac. *Horatius.* Lib. I. Carm. 9. vs. 3.

§. 5. *Colophonium.* Recte sic Putschius, quem cum Lindemanno secutus sum. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *Colophon.* Sequens Horatii locus reperitur in Lib. II. Carm. 18. vs. 2. Pro *renidet* Cod. MS. Monac. e correctione *renitet.*

separat. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *separatur.* Ego auctoritatem Cod. Mon. secutus dedi *separat*, quod Lindem. e scholiasta recepit. In MS. Monac. supra scriptum legitur *alii secernit.*

integras partes orationis. Ante haec legitur in Edd. *in certas.* Auctoritate Cod. MS. Monac. sustuli.

per commata similiter. Lindemannus edidit haec: *per commata secundum rhythmum. Rhythmus enim dicitur verborum modulata compositio sine metri ratione.* Primum notandum est, in his *secundum rhythmum* e coniectura positum esse; deinde vero sequentia in uno tantum Cod. reperiri. Mihi quidem haec prorsus aliena ab auctoris nostri consilio esse videntur. De rhythmo enim nunc non loquitur, sed de caesuris; nec hae sine metri ratione poni dicuntur. Nam caesurae non secundum rhythmum, sed rhythmus secundum caesuras.

tertia trochaica. Lindemannus reliquit vulgatam lectionem *tria* ante *tertia*, quam vocem ipse primus e Codd. recepit. Equidem delevi *tria.*

possunt in eodem versu esse. Nam si semiquinariam habet, tertiam trochaicam habere non potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio, et e contrario, si tertiam trochaicam habet, semiquinariam habere non potest. Per pedes in quinque dividitur hic versus caesuras, quia sex pedes quinque habent interruptiones. Quot figurarum est heroicus versus? Tri- 7
ginta et duarum. Quomodo? Quia quinque dactylos vel spondeos habentes unius sunt figurae. Similiter quatuor dactylos, et unum spondeum habentes, quinque faciunt figuras, et e contrario, ex quatuor spondeis et uno dactylo quinque figurarum est. Unus enim inter quatuor mutans loca quinque facit figuras. Sic et duo spondei inter tres dactylos, et duo dactyli inter tres spondeos mutantes loca, denas faciunt figuras. Habemus igitur tres modos, et primus singulas 8
figuras habet ex quinque similibus. Pone igitur duas figuras. Secundus qui ex quatuor et uno quinas: pone ergo hic decem figuras. Tertius modus est ex duo-

---

§. 6. *versum et rhythmum.* E Cod. MS. Monac. dedi ego *versum* pro *versuum*, quod antiquissimas editiones occupavit, Putschius: *cursum.* Lindemannus, ut interpretamentum, omisit.

in eodem versu esse. Ita pro *inveniri in eodem versu,* Lindem. secutus, e Cod. MS. Monac. dedi.

tertiam trochicam habere non potest — semiquinariam habere non potest. In his Lindemannum secutus sum. Vulgo legitur hic locus ita: *t. t. raro habere potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio, ut Munera clara dedit, dat eidem debita pater, et e contrario — semiquinariam raro habere potest.*

interruptiones. Ed. Asc. pessime, *interpretationes.*

§. 7. *quinque dactylos vel spondeos.* Cur Lindemannus *vel spondeos* omiserit, et e Codice S. deinde intruserit: *et e contrario quinque spondeos habentes unam faciunt figuram,* equidem non perspicio.

§. 8. *qui ex quatuor et uno.* Auctoritate Cod. MS. Monac. cum Lindem. omisi, quae in vulg. libris his adduntur: *dissimili mutante loca. Omnes igitur sunt triginta et duae figurae.* Egregie Lindemannus hoc loco crisin exercuit ea inter scholia rejiciens, quae in Edd. superioribus addita leguntur: *Et ut scias etiam aliam rationem numeri figurarum, in omni metro computa, quot pedes accipiunt singula loca, et multiplica numerum pedum, quos accipiunt loca sequentia. Ut in heroico primus locus accipit duos pedes, hoc est, dactylum et spondeum. Similiter secundus duos: bis duo, quatuor. Tertius simili-*

bus et tribus diversis commutatis, in quo denae inveniuntur figurae. Adde etiam viginti. Omnes igitur sunt triginta et duae figurae.

II *Arma virumque cano, Trojae qui primus ab oris.*
9 Scande versum. *Arma vi, rumque ca, no Tro, jae qui, pri-*
mus ab, oris. Quot habet figuras? Decem. Quare?
Quia constat ex tribus dactylis, et duobus spondeis.
Quot caesuras habet? Duas. Quas? Semiquinariam et
semiseptenariam. Quomodo? *Arma vi, rumque ca, no*
Tro, jae. Quot partes orationis habet? Novem. Ostende.
Arma, virum, quae, cano, Trojae, qui, primus, ab, oris.
Quot nomina? Sex. *Arma, virum, Trojae, qui, primus,*
10 *oris.* Quot verba? Unum, *cano.* Quot praepositiones?
Unam, *ab.* Quot conjunctiones? Unam, *que. Arma*
quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellati-
vum. Cujus speciei? Primitivae. Cujus generis?
Neutri. Cur neutri? Quia omnia, quae in plurali nu-
mero in a desinunt, sine dubio sunt neutri generis.
Cur singulare in usu non est? Quia multas et varias
res hoc nomen significat: arma enim dicuntur instru-
menta non solum bellica, sed etiam fere omnium
artium, ut Virgilius de agrestibus in I. Georgicon:
Dicendum, duris quae sint agrestibus arma. Nautarum

---

ter duos: bis quatuor, octo. Quartus quoque duos: bis octo, sedecim. Et quintus duos: bis sedecim, triginta et duo. Et in iambo similiter. Primus locus accipit quinque pedes; secundus tres: ter quinque, quindecim. Tertius quoque quinque: quinquies quindecim, septuaginta et quinque. Quartus tres: ter septuaginta et quinque, CCXXV. Quintus quinque: quinquies CCXXV, mile et CXXV. Sic in omni metro, in quo diversorum pedum sunt eadem loca capacia, ut in anapaestico et trochaico hac ratione figuras potes invenire. Nam in illis metris, in quibus singula loca fixos habent pedes, id est singulos, unius sunt figurae, ut in Asclepiadeo ac Sapphico hendecasyllabo et similibus.

§. 10. *primitivae.* Edd. Ven. 1. 2. Asc. Ald. Lindem. *generalis.* Ego recepi lectionem, quam Edd. Colon. Bas. Putsch. praestant. Cf. Lib. II. Cap. 5. §. 22. (Vol. I. p. 70.) Cod. MS. Monac. *generalis.*

Quia multas et varias res. Edd. Colon. et Putsch. adjiciunt his: *et plures.* Importunum glossema, quod ignorant Edd. Ven. 1. 2. Asc. Ald. Bas. Iunt.

in usu non est. Ita Cod. Lugd. et MS. Monac. Vulgo: *non est in usu.*

quoque instrumenta et pistorum arma dicuntur. Virgil. in V. *Colligere arma jubet validisque incumbere remis.* Idem in I. *Cerealiaque arma expediunt.* Cum 11
igitur sit ὁμώνυμον, quod quidam univocum dicunt, et varias res significet, sicut ipse demonstrat, singulae earum habent sua nomina, ut *scutum, galea* et caetera. Non igitur opus est in hoc nomine singularis numerus, cum semper in plurali significatione ponatur. Potest autem et differentiae causa hoc singulare taceri, ne ab *armo*, artu corporis, obliqui eius casus proferri existimentur, *hic armus, hujus armi.* Cujus figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. *Armiger, armipotens, semermis, inermis* et *inermus.* Cujus casus in hoc loco? Accusativi. Unde hoc cer- 12
tum est? A structura, id est ordinatione et conjunctione sequentium: cano enim verbum accusativo jungitur; ergo si quando invenies talem ordinationem, pone loco neutri masculinum vel foemininum, quorum accusativi non sunt similes nominativis, et manifestatur tibi casus, ut in hoc versu *cano virum* dixit. Similiter *cano illam rem* dicimus, ex quibus neutra quoque sine dubio potes intelligere secundum quem casum proferantur tam in singulari quam

---

de agrestibus. Haec omisit Lindem. Cod. Monac. ponit post *Georgicon.* Lib. I, 160.

Dicendum, duris quae sint. Libri vulgati: *dicendum et duris quae sint.* Ego Cod. MS. Monac. Edd. Ven. Asc. secutus sum. Lindemannus recepit *sunt*, quod et Asc. exhibet.

instrumenta et pistorum. Ita Cod. MS. Monac. Vulgo: *et pistorum instrumenta.*

Virgilius in V. vs. 15. *incumbere* pro *insurgere* dedi ego ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Cod. MS. Monac. et Codd. Lugd. *insurgere* praestant Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. *Idem in I.* 177.

§. 11. *Potest autem.* Vulgo: *potest etiam.* Illud *autem* praestant Cod. MS. Monac. et Codd. Lugd. Mox pro *hoc singulare* Lindemannus e Cod. R. edidit *hujus singulare*, quod e correctione ortum videtur.

manifestatur. Hoc e Cod. MS. Monac. pro *manifestabitur* recepi.

§. 12. *jungitur.* Ita MS. Monac. et Codd. Lugd. Vulgo: *conjungitur.*

potes intelligere. Vulgo: *possumus intelligere.* Illud Lindemannus e Codd. Lugd. dedit, ego e MS. Monac. recepi.

13 in plurali numero. Nec solum tamen in neutro genere, in quo nominativus, accusativus et vocativus similes sunt, sed etiam in aliis generibus, si quos invenias similes casus, et dubites, secundum quam structuram positi sint, compone cum illis, qui non sunt similes, et solves tibi dubitationem, ut puta, si dicas, *oratoribus utor magistris*, et dubites, utrum dativus an ablativus sit casus *oratoribus* et *magistris*, non solum, quod utor verbum ablativo semper conjungitur, hoc possis agnoscere, sed etiam si secundum singularem numerum hanc eandem ordines orationem dicendo, *oratore magistro utor:* omnia enim in e terminantia ablativum, nullum ablativi similem
14 casum habent. Quotae est declinationis arma? Secundae. Quare? Quia genitivum armorum facit: omnia autem neutra pluralia a finalem nominativi in

---

§. 13. *Nec solum tamen.* Recte sic Lindemannus e Codd. pro *nec solum tantum* edidit. MS. Monac. *n. s. tunc.*

si quos invenias — et dubites — et solves rel. In his emendandis sanum Lindemanni judicium et auctoritatem Codd. Lugd. et Monacensis secutus sum. Vulgo legitur ita: *in quibus invenis — et dubitas — et solvisti.*

in e terminantia. Ita Lindem. e Codd. Lugd. quibus addendus est Cod. Monac. Vulgo: *terminantia in e.* Post *ablativum* Lindemanni et Cod. Monac. auctoritatem secutus delevi *masculina vel foeminina.*

nullum ablativi. Inserui ego *ablativi* e Cod. Monac. qui *nulli ablativi eum* rel. exhibet. Cf. quae Lindemannus ad h. l. annotavit.

§. 14. *possumus dicere.* Vulgo: *possum dicere.* Lindemannus sustulit vitium. Eandem lectionem praestat MS. Monac.

alius decl. Lindem. *aliae.* Ita et Cod. Monac. Ego e conjectura reposui *alius.* Mox *invenies* pro *invenitur* e Cod. Monac. recepi.

derivativum. Ita Cod. Monac. et Lindemanni Codd. Vulgo: *derivata.*

quae nunc vocant brachialia. Ita Edd. Ven. 1. 2. Asc. Lindemannus: *quae nunc brachialia vocantur.* Ita et Cod. Monac. Vulgo abest *nunc.* Cf. Lindem. ad h. l.

Sic Cicero in IV. de Rep. Adjeci ego e Cod. MS. Monac. *Sic.* Idem liber omisit *in IV.* Haec parentheseos signis includenda fortasse erant. Equidem persuasum habeo, in Ciceronis libro laudato *brachialia* lectum fuisse, quod appositum *sic* demonstrare videtur. Quae igitur sequuntur, non sunt deprompta e Cicerone, sed respondenti tribuenda sunt. Nihilo minus tamen haec quoque inter Ciceronis

o longam convertunt, et addita *rum* faciunt genitivum, si sint secundae declinationis. Illud quoque possumus dicere, quoniam alius declinationis nomen in *ma* desinens in plurali numero non invenies nisi secundae, ut *prima primorum*, *summa summorum*. Fac derivativum ab eo. *Armarium, armamentum, armamentarium, armillae,* quae nunc vocant *brachialia*. Sic Cicero in IIII. de Republica. *Armentum*, et ab eo *armentarius*. Dic verbum denominativum. *Armo, as, at.*
Unde certum est, quando verbum a nomine, vel nomen 15
a verbo nascatur? Ex ipsa significatione et natura rerum. Nam non possumus dicere *armo*, si non sint prius *arma*, quibus armamus aliquem. Contra autem a verbo nascitur nomen, quod non potest esse in aliquo, si non prius actus verbi intelligatur, ut, si dicas *lector*, intelligo, eum prius legisee, et sic ei id nomen

---

fragmenta relata sunt. Lindemannus in Notis ad h. l. *armillae* a Cicerone scriptum putat.

armentum, et ab eo. Edd. Ven. 1. 2. Asc. *armentum habeo.* Hanc lectionem invenies etiam in fragmentis Ciceronis. Cf. ed. Schütz. Vol. XVI. Part. II. p. 88. (Omissa ibi vox est *armentarius*.) Haec autem lectio prorsus est damnanda.

§. 15. *Unde certum est, quando.* Cod. Mon. *Unde hoc certum est et quando.* Ex eodem libro dedi *nascatur* pro *nascitur.* Paulo ante *vel* pro *an* ejusdem libri auctoritate reposui, qui insuper addit *quando. natura rerum.* Omisit Lindemannus, quod addi solet, *cognoscitur.* Recte. Cod. Monac. *agnoscitur.*

si non sint prius. Vulgo: *nisi prius sint.* Lectionem receptam praestat Cod. Monac.

armamus aliquem. Ita Cod. Mon. Vulgo: *armemur.* Lindemannus: *armemus aliquem.*

Quae post *armamus aliquem* in Edd. sequuntur: „*nec auro as vel subaero as. Unde Persius: Ne qua subaerato mendosum tinniat auro, nisi prius sit aurum vel aes,*“ e margine in textum illata credo. Desunt in Cod. S. et margini inferiori adscripta sunt, testante Lindemanno. Sed hunc Codicem idem vir doctus in praestantissimis numerat. Locus Persii misere turbat nexum. Lindem. omisit *ne qua.* In Cod. Mon. nil, nisi *subaerato tinniat*, scriptum exstat. Facile tamen, imo lubentissime, careas additamento otioso.

non potest esse in aliquo. Adjecit Lindemannus e Codd. *in aliquo*, quam lectionem Cod. Mon. confirmat.

si non. Ita pro *nisi* dedi e Cod. Monac. Ejusdem libri auctoritate post *verbi* delevi *in eo.*

ut, si. Vulgo: *ut, cum.* Lindemannus correxit. Adde Cod. Monac. auctoritatem.

do. Ergo *armo* verbum est, sicut diximus, denominativum, quod a nomine nascitur, *lector* autem nomen verbale. Dic passivum ejus. *Armor*. Declina. *Armor*,
16 *armaris*, *tur*, et caetera. Dic participia activa. *Armans*, *armaturus*. Passiva. *Armatus*, *armandus*. Fac nomen verbale a participio praeteriti temporis. *Armator*, *armatrix*. Dic cur? Quia omnia participia praeteriti temporis *us* in *or* convertentia faciunt nomen verbale in omni conjugatione masculinum, ex quo iterum *or* in *rix* mutantes facimus foemininum, nisi euphonia, id est sonus, prohibeat. Quod evenit in illis, quae in *sor* desinunt, ut *pransor*, *cursor*, *tonsor*. Nemo enim dicit *pransrix*, *cursrix*, *tonsrix*, propter asperitatem pronuntiationis. Unde Terentius *tonstrina* dixit euphoniae causa, addens *t* contra regulam. Sicut enim a *doctore doctrina* consonantes eas habuit, quas suum verbum primitivum, sic debuit *tonsrina* absque *t* esse, nisi sonoritas coegisset. *Defenstrix* quoque Cicero in Timaeo protulit addita t.
17 Fac alia derivativa ab eodem supradicto participio.

---

verbum est, *sicut diximus*. Hunc verborum ordinem tuetur MS. Monac. Vulgo: *sicut diximus*, *verbum est*.

Dic passivum ejus. Ita Cod. Monac. et Lindem. Vulgo: *Passivum ejus dic*.

§. 16. *Armor*, *armaris*. Additur vulgo: *vel re*. Ignorat has voces MS. Mon. Sustulit Lindem. Mox ego e Cod. Mon. addidi, *et caetera*.

Passiva. Omisi cum Lindemanno et auctoritate Cod. Mon. *autem*, quod addi solet. Ante et post *passiva* majorem posui interpunctionem, cum interrogantis hanc vocem esse persuasus sim.

Fac nomen verbale. Post *verbale* Lindemannus majorem posuit interpunctionem, et, inserto *fit* post *participio*, quae sequuntur, ad responsionem traxit. Mihi haec ratio displicet propter proximam interrogationem: *Fac alia derivativa ab eodem supradicto participio*. Igitur vulgatam et lectionem et descriptionem retinui.

Dic cur? Ita Cod. MS. Monac. Vulgo *cur*, omissa voce *dic*. Propter *Di*. haec vox facile omitti potuit.

pronuntiationis. *Unde*. Vulgo: *prolationis*, *ut*. Lindemannus e Codd. correxit. Ita et MS. Mon.

addens t contra regulam. MS. Mon. *addens contra regulam t*.

quas suum. Lindem. omisit *suum*, quod MS. Monac. et Edd. Ven. Asc. reliquaeque tuentur. Mox pro *defenstrix* Ed. Ven. 1. *deferestrix*, MS. Mon. *defensrix*.

Armatio, *armatura*, quae rem ipsam significat. Et sciendum, quod plerumque quaedam nomina rerum eandem habent cum participiis praeteriti temporis terminationem, differunt autem declinatione. Nam nomina quartae sunt, participia vero secundae, ut *judicatus*, ὁ κριθεὶς, *hujus judicati*, secundae, *judicatus* vero, ἡ κρίσις, *hujus judicatus*, quartae: *monitus*, ὁ ὑπομνησθεὶς, *hujus moniti*, *monitus*, ἡ ὑπόμνησις, *hujus monitus*: *lectus*, ὁ ἀναγνωσθεὶς, *hujus lecti*, et *hujus lectus*, ἡ ἀνάγνωσις: *aditus*, ὁ προσελευθεὶς, *hujus aditi*, *aditus*, ἡ προσέλευσις, *hujus aditus*. Quidam autem stulte et 18
contra usum auctorum participii penultimam producunt et dicunt, hoc se facere differentiae causa. Nullum enim participium veniens a verbis in *eo* desinentibus, sive secundae seu quartae sint conjugationis, i productum habet ante *tus*, ut *moneo monitus*, *habeo habitus*, *praetereo praeteritus*. Virgilius in VIII. *O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos.* *Obeo obitus.* Idem in X. *Morte obita quales fama est volitare figuras.* *Adeo* quoque facit *aditus*. Ovidius in Fastis:

---

§. 17. *Armatio.* Ita MS. Monac. Vulgo: *armatu tus*, *'tui.* Lindemannus jam e Codd. haec emendaverat.

rerum eandem. Post *rerum* omisi auctoritate MS. Monac. *fere.* Eandem rationem secutus est Lindem. *cum participiis praeteriti temporis.* Acute vidit Lindem. inserendas esse duas postremas voces.

ὁ *κριθεὶς* — ἡ *κρίσις*. Haec et sequentia nomina et participia Graeca omisit Lindemannus, quod in Codicibus non legerentur. Haec tamen ratio minus valet. Nam quis nesciat, librarios saepissime Graeca omisisse, cum ne apices quidem nossent? In Cod. Monac. desunt tantum haec: ὁ *ἀναγνωσθεὶς*, ἡ *ἀνάγνωσις*, ὁ *προσελευθεὶς*, ἡ *προσέλευσις*. Ut Graeca retinerem, non solum auctoritas Edd. antiquissimarum, sed etiam Grammaticorum mos solemnis, quo Latina e Graeco sermone illustrabant, me commovit. In sequentibus quoque hujus libri auctor, quisquis sit, hunc morem secutus esse deprehenditur.

ὁ *ὑπομνησθεὶς* — ἡ *ὑπόμνησις*. Ita Edd. Ald. Bas. Colon. Pateh. Edd. Asc. Ven. 2. *παραινεθεὶς* — *παραίνεσις*. Deinde *ἐκλογὴ* pro *ἀνάγνωσις*. Mox *aditus* *προστατεία* — *εἴσοδος*.

§. 18. *i productum*, pro *i productam* — *penultimam*, edidi e Cod. MS. Monac. Lindem. pro *habet* scripsit *habent*.

Virgilius in VIII. (vs. 560.) Vulgo: *in IX.* Lindem. correxit. *Idem in X.* vs. 641. *Ovidius in Fastis.* IV. vss. 583. 84. De re, quae hic tractatur, confer Lib. X. Cap. 9. § 51. (Vol. I. p. 512.) Post hunc locum in Edd. sequuntur haec: *De adi-*

Sol aditus, quam quaeris, ait, ne vana labores, nupta
19 *Jovis fratri tertia regna tenet.* Nunc hoc est sciendum, quod genitivus quoque supradicti participii, pene in omnibus assumpta o, facit rei nomen, ut *judicati judicatio, orati oratio, rati ratio, moniti monitio, lecti lectio*, i penultima in omnibus correpta. Quamvis igitur regula det nobis copiam, tam in *us* quam in *io* terminationibus uti in significationibus rerum, tamen
20 auctorum nobis usus sunt magis observandi. Illud quoque sciendum, quod multa nomina verbalia participiis futuri temporis similia inveniuntur, et a passivis quidem semper, ut *amandus*, ὁ φιλητέος, nomen, et φιληθησόμενος, participium; *legendus*, ὁ ἀναγνωστέος, nomen, et ὁ ἀναγνωσόμενος, participium. Similiter et *docendus*, ὁ διδακτέος, nomen, et διδαχθησόμενος, participium. Et in futuri quidem temporis participiis passivis hoc evenit semper, in activis autem non semper, sed in quibusdam, et hoc in foemininis, ut *armatura*, ὅπλισις, nomen, et ὁπλισομένη, participium; *litura*, ἡ ἀπαλοιφὴ, nomen, ἡ ἀπαλείψουσα, participium; *scriptura*, ἡ γραφὴ, nomen, ἡ γράψουσα, partici-

---

tus (MS. Mon. *adito*) *igitur quantum ad praesens sufficienter diximus. Latius autem tractatum est de participio hoc in libro singulari.* Qui haec adscripsit, oblitus est primum, non de *aditus* solum hoc quidem loco exponi; deinde vero etiam minus commode a respondente ad librum scriptum provocari non meminit. Denique persuadere mihi non possum, librum singularem de participio *aditus* a quopiam scriptum esse. Hae rationes, ut hoc additamentum abscinderem, me impulerunt. Quare ego Lindemannum non tam, quod priora *de aditus — diximus* delevit, quam quod aliquid reliquit, reprehendendum censeo.

§. 19. *Nunc hoc.* Ita MS. Monac. Vulgo: *nunc autem hoc.* Lindemannus: *Nunc hoc etiam.*

quam in io terminationibus. Recte sic Lindemannus e Codd. edidit.

rerum. Omisi ego cum Lindemanno *incorporalium*, quod Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. addunt, MS. Monac. Codd. Lugd. et Edd. Ven. 1. 2. Asc. ignorant.

§. 20. De lectionis varietate, quae in sequentibus deprehenditur, adeas, si placet, Lindemannum, cujus diligentia maxime est laudanda. Ego auctoritatem Cod. MS. Monac. secutus sum. Pro ἀπαλοιφὴ Ed. Asc. ἐξάλειψις — ἐξαλειφθησομένη. Eadem: ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ δεδιδαγμένος. Pro ὁπλισθεὶς eadem ed. ὁπλισμένος.

pium. Est autem invenire nomina adjectiva hominum et mobilia, in omnibus similia participiis praeteriti temporis, etiam in declinatione, ut *doctus*, nomen, ὁ εὐπαίδευτος, participium, ὁ παιδευθεὶς, *armatus*, nomen, ὁ ὁπλίτης, participium, ὁ ὁπλισθεὶς. Et scien- 21
dum, quod, si sint mobilia nomina hominum, non possunt eadem etiam rerum esse, ut *doctus*, *armatus*: et contra, si sint rerum, non possunt eadem et hominum adjectiva esse, ut *monitus*, *aditus*. Sunt etiam rerum vocabula quaedam, quae participiis neutris praeteriti temporis similia sunt, ut *factum*, nomen, τὸ ἔργον, participium, γεγονός; *visum*, nomen, ἡ ὀπτασία, participium, ὀφθέν. Est etiam quando participiis praesentis temporis similia inveniuntur nomina adjectiva, ut *sapiens*, nomen, ὁ σοφὸς, et participium, ὁ φρονῶν; *amans*, nomen, ὁ ἐραστὴς, participium, ὁ ἐρῶν. Sed nomen genitivo, participium accusativo aut ablativo conjungitur secundum verbi juncturam, ut, *natus et ipse dea*, ὁ τεχθεὶς ἐκ θεᾶς, *natus* autem *deae*, ὁ υἱὸς θεᾶς dicitur.

Virum, quae pars orationis est? Nomen. Quid est 22
nomen? Pars orationis uniuscujusque rei suppositae

---

etiam in declinatione. Vulgo: *etiam in secunda decl.* Lindem. sustulit impostunum additamentum.

§. 21. *Et sciendum.* Ita MS. Monac. et Codd. Lugd. Vulgo: *Ergo sciendum.*

mobilia nomina hominum. Temere ejecit Lindemannus *hominum*, quod Edd. et MS. Mon. tuentur. Idem liber *mobilia nomina* pro *nom. mobilia* scribi jussit. *si sint rerum.* Recte delevit Lindem. *incorporalium.*

monitus, aditus. Priorem vocem recepi e Cod. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Bas. Colon. Lindem. pro *motus*, quod Edd. Ald. et Putsch. exhibent. Quae Lindemannus, Codicum auctoritatem religiosius secutus, hoc loco inseruit, (ea scilicet, quae supra §. 17. leguntur) importuna mihi esse videntur.

τὸ ἔργον — γεγονός. Edd. Asc. Ven. 2. *τὸ πρᾶγμα — πεπραγμένον.* Lindem. *τὸ ἔργον — ἐργόμενον.* Pessime hoc.

ἡ ὀπτασία — ὀφθέν. Edd. Asc. Ven. 2. *τὸ δόγμα — τὸ δεδογμένον.* Lindem. *ὅραμα — ὁραθέν.*

accusativo aut ablativo conjungitur. Auctoritate Cod. Mon. et MSS. Lugd. omisi *autem* ante *accusativo* et scripsi *conjungitur* pro *jungitur.* E Lindemanni conjectura admodum probabili inserui *aut ablativo.* Pro *verbi naturam* dedi ego e MS. Mon. et Codd. Lugd. *verbi juncturam.*

communem vel propriam qualitatem significans. Quot accidunt nomini? Qualitas sive species, genus, numerus, figura, casus sive declinatio. Nam comparatio non bene inter accidentia potest poni, quia non est generale accidens, nec in omnibus invenitur nominis speciebus, sicut supradicta quinque: non enim est species nominis, in qua non invenias et qualitatem et genus et numerum et figuram et casum: comparatio autem, ut dictum est, nisi in adiectivis non
23 invenitur. Dic igitur, cujus est speciei? Primitivae: et est appellativum, et significat corpus animale. Cujus generis? Masculini. Unde hoc certum est? Tam ab ipsa natura ejus rei, quam significat, quam a terminatione et declinatione. Omnia enim in *ir* desinentia, quae propria sunt hominum, masculina sunt, et secundae declinationis, ut *vir viri*, *levir leviri*, *Trevir Treviri*, et similia. Cur per v scribitur? Quia omnia nomina a vi syllaba incipientia per v scribuntur, exceptis *bitumine* et *bili*, quando fel significat, et illis, quae a bis adverbio componuntur, ut *biceps*, *bipatens*,
24 *bivium*. Cur sonum videtur habere in hac dictione i vocalis *v* literae Graecae? Quia omnis dictio a vi syllaba brevi incipiens, d vel t vel m vel r vel x sequentibus, hoc sono pronunciatur, ut *video*, *videbam*, *videbo*: quia in his temporibus correpta mutavit sonum i in *v*: in praeterito autem perfecto, et in aliis, in quibus producitur, naturalem sonum servat, ut *vidi*, *videram*, *vidissem*, *videro*. Similiter mutat sonum

---

§. 22. *et qualitatem — et figuram.* Bis restitui ego e MS. Mon. *et.* Mox *nisi in adjectivis non invenitur* reposui e Cod. Mon. pro *in solis — adj. inv.* Eadem recepit Lindem.

§. 23. *Dic igitur.* Auctoritate Cod. Mon. omisi *virum*, quod post haec addi solet. Post *primitivae* recte delevit Lindem. haec: *potest tamen et a vireo verbo esse derivatum.*

Unde hoc certum est? Ita Edd. Ven. 1. 2. Asc. Mediol. Cod. Mon. Reliquae edd. *Unde hoc possumus scire?*

§. 24. *habere in hac dictione.* Lindemannum secutus addidi *in hac dictione.* MS. Mon. — *declinatione. hoc sono.* Lindemannus *ov sono.* Male. *i correpta.* E conj. dedi pro *vi corripitur. servat.* Lindemannus e Codd. *servavit.*

vis non mutat, quia producitur. Ita Codd. Vulgo: *producitur ideoque non mutat.* Pro vulg. *vimen* recepi ex Edd. Asc. Ven. 1. 2. *vis.*

vitium, quia corripitur; *vita* autem non mutat, quia producitur. *Vim* mutat, quia corripitur: *vimen* autem non mutat, quia producitur. Similiter *virago* et *virgo* 25
mutant, quia corripiuntur: *vires* autem et *virus* non mutant, quia producuntur. Similiter *vim* mutat, quia corripitur *vi*: *vimen* autem producitur, ideoque non mutat. *Vix* mutat, quia corripitur: *vixi* non mutat, quia producitur. Et hoc idem plerique solent et in illis dictionibus facere, in quibus a *fi* brevi incipiunt syllabae, sequentibus dictis consonantibus *d, t, m*, ut *fides, perfidus, confiteor, infimus, fimus.* Sunt qui non adeo hoc observant, cum de *vi* nemo fere dubitet. Cujus numeri est *virum?* Singularis. Dic pluralem. *Viri.* Cujus figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. *Semivir, duumvir, quinquevir, septemvir, decemvir, centumvir, levir. Virbium* quoque virum bis dictum tradunt. *Viripotens, virago* et *virgo, virillustris, virdevotus, virmagnificus, virspectabilis.* Quae omnia ideo composita accipimus, quia sub uno accentu pronunciantur. Cujus est casus 26
virum? Accusativi singularis. Fac ab eo derivativum. *Hic* et *haec virilis* et *hoc virile*, et *virilitas. Virtutem* quoque hinc quidam derivari volunt. Fac adverbium. *Viritim*, quod Graeci ἀνδρακὰς dicunt, id est per singulos viros. *Que*, quae pars orationis est? Conjunctio. Quid est conjunctio? Pars orationis connectens ordinansque sententiam. Quot accidunt conjunctioni? Tria: potestas, ordo, figura. Cujus est potestatis? Copulativae. Cujus ordinis? Suppositivi. Cujus figurae?

---

§. 25. *Virago et virgo.* Inepte vulgo legitur *vir et virgo*. *Virago* recepi ego e Cod. Mon. Edd. Ven. 1. 2. Asc.

virus. Edd. antiquissimae *virtus*.

Similiter vim — non mutat. Haec ego e Cod. MS. Mon. et Edd. Ven. 1. 2. Asc. inserui.

d, t, m. Ita Cod. Mon. Vulgo: *d m r t x*.

fides pro *fidus* Cod. Mon. et Codd. Lugd. Post *confiteor* omisi *infirmus*.

levir. Additur in Edd. *frater mariti*. Ignorat haec MS. Mon. Ejusdem libri auctoritate expunxi *triumvir* post *duumvir* in Edd. additum. Post *virago* adjeci e Cod. Mon. *et*.

§. 26. ἀνδρακάς. Edd. Ven. 2. Asc. Mediol. κατὰ ἄνδρα.

Que, quae pars orationis est. Inserui e Cod. Mon. *orationis*. Ejusdem libri auctoritate omisi *est* post *conjunctio*.

Tria. In Cod. Mon. sequitur hanc responsionem interrogatio, *quae*.

Simplicis. Quem habet accentum? Haec et aliae duae conjugationes, *ve* videlicet et *ne*, sunt apud Latinos inclinativae, quas Graeci ἐγκλιτικὰς vocant. Solent enim suos accentus in extrema syllaba praecedentis dictionis remittere, ut *virumque*, *subjectisve*, *tantone*. *Ne* autem saepissime e amittens apostropho notatur, non solum vocali, sed etiam consonante subsequente, ut *tanton' me crimine dignum ducis?* Fac compositum ab eo. *Quodque*, *atque*, *neque*, *quoque*, *nec* quoque a *neque* factum est per apocopam extremarum vocalium, et quia in fine syllabae q scribi non pote-
27 rat, transivit in c. *Cano* quae pars orationis est? Verbum. Quid est verbum? Pars orationis cum tempore et modis et significationibus. Quot accidunt verbo? Modi, formae, significationes, conjugationes, numeri, figurae, tempus, personae quoque in plerisque. Cujus est modi *cano?* Indicativi. Cujus formae? Perfectae. Quam aliam formam habet hoc verbum?
28 Frequentativam, quae est *canto cantas cantat.* Unde solent nasci frequentativa? Plerumque a participiis praeteriti temporis, ut *cantus canto cantas*, *habitus habito habitas*, *scriptus scripto scriptas*, *captus capto captas*, *cursus curso cursas*, *domitus domito domitas*, *volutus voluto volutas.* Ideo autem diximus plerumque, quia *ago* facit *agito*, et *lego legito*, et *nosco noscito*, et *scisco sciscito.* Cujus significationis est *cano?* Acti-
29 vae. Cur? Quia facit *canor* passivum. Cujus est conjugationis? Tertiae correptae. Unde hoc certum

---

in extrema syllaba. Haec est lectio omnium librorum tam scriptorum quam impressorum. Lindemannus edidit: *in extremam syllabam*, an e conjectura, dubium, cum nihil notaverit. Sequens versus reperitur in Virg. Aen. X. 668.

compositum ab eo. Pro *ea* e Codd. Lugd. et MS. Mon. dedi *eo.* Miror, Lindemannum his addidisse: *quod est que.* Additamentum otiosissimum!

§. 27. *Quid est verbum?* MS. Mon. *Verbum quid est?*
et significationibus. Vulgo: *significativum.* Illud praestat MS. Mon. et ed. Lindem.

tempus. Haec est lectio MS. Mon. Vulgo: *tempora.*

§. 28. *ago agito.* Post *ago* omisi *agis*; item post *lego* delevi *legis*, auctoritate MS. Mon. et Codd. Lugd. Cum Lindemanno omisi secundum Codd. Lugd. et Mon. post *noscito*

est? Quia et prima persona ante o consonantem habet,
quae in tertia producta sive quarta conjugatione in-
veniri non potest, et quod non solum in secunda
persona is finalis corripitur, *cano canis,* sed in plurali
numero, et in prima et secunda persona i penultima
corripitur. Itaque antepenultima in his acuitur perso-
nis, ut *canimus canitis;* nec non imperativus et infini-
tivus e correptam habentes (sicut etiam Donatus docet)
manifestissime id ostendunt. Cujus est numeri? Sin-
gularis. Dic pluralem. *Canimus.* Cujus figurae? Sim-
plicis. Fac compositum ab eo. *Succino, accino, con-*
cino. Cujus est temporis? Praesentis. Dic praeteri- 30
tum perfectum. *Cecini.* Cur? Quia verba in no de-
sinentia, si tertiae conjugationis sint, in *vi* faciunt
praeteritum, ut *sterno stravi, cerno crevi, sperno spre-*
vi, lino levi. Pono quoque antiqui *posivi* secundum
analogiam dicebant, quod nunc *posui* dicimus; *cano*
autem ideo *cecini* dixerunt, ne, si *cavi* secundum ana-
logiam dicerent, non a *cano* nasci videretur, sed ab
eo, quod est *caveo.* Ab eo tamen composita in *ui*
divisas faciunt praeteritum, *concino concinui, succino*
succinui, occino occinui. Dic participia activa. *Canens* 31
et *canturus.* Passiva. *Cantus* et *canendus.* Fac ab eis
nomina. *Cantus,* ἡ ᾠδή, *cantio,* et *cantor,* et *cantrix,*
cantilena. Et a frequentativis: *cantatio* et *cantatus;*
cantator et *cantatrix. Concinnus* quoque a *canendo*
compositum est. *Trojae,* quae pars orationis est? No- 32
men. Quale? Proprium. Cujus speciei? Derivativae.

---

haec: et *disco discito. canor passivum.* Sic MS. Mon. Vulgo: *passivum canor.*

§. 29. *e correptam habentes, (sicut etiam Donatus docet).* Haec contra Codicum auctoritatem omisit Lindemannus, et pro *ostendunt* edidit *ostendit.* Ratio, cur haec omiserit, nihil valet. Nam, cum dicit, Priscianum Donati auctoritate hoc quidem loco uti non potuisse, maximum, si quid video, errorem admittit, Prisciano hunc librum auscribens.

§. 31. *Et a frequentativis — cantatrix.* In his edendis Lindemannum secutus sum, quem vide ad h. l. Vulgo: *Et a frequ. duo cantitatus, cantitatio et cantator et cantatrix et cantatio.*

§. 32. *Trojae quae pars orationis est.* E MS. Mon. addidi *orationis,* quod et Lindem. e Codd. suis adjiciendum putavit.

A *Troe* enim rege nominata est *Troja*. Dic ab eo alia derivativa. *Trojanus* et *Troicus*: *Tros* quoque aliquando pro appellativo, id est gentili, accipitur. Et sciendum, quod pleraque gentilium et propria solent esse ipsorum conditorum urbium sive gentium, et appellativa, ut
33 *Italus*, *Danaus*, *Latinus*, *Tros*. Cur *Troja*, cum apud Graecos diphthongum οι in priore habeat syllaba, non servat etiam apud nos? Quia in disyllabis, in quibus αι vel οι diphthongi antecedunt apud Graecos sequente vocali, diaeresim solent facere Latini plerumque, et pro consonante duplici accipere i, et eam a priore subtrahere syllaba et adjungere sequenti: quamvis antiqui solebant duo ii scribere, et alterum priori subjungere, alterum praeponere sequenti: ut *Troiia*, *Maiia*, *Aiiax*. Hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui κοΐλον per divisionem dicunt pro κοῖλον, et
34 multa similia dividunt. *Qui* quae pars orationis est? A quibusdam pronomen esse putatur, sed non recte. Proprie enim pronomen est, quod pro nomine proprio ponitur, et personam finitam habet. Ergo cum *quis* vel *qui*, et *qualis* et *talis*, et *quantus* et *tantus*, et similia infinita sint vel interrogativa, nec finitas habeant personas, nec loco propriorum nominum accipiantur, non sunt pronomina dicenda, sed potius nomina. Nec mirum, si quaedam ex ipsis declinationem habent prono-

---

alia derivativa. Ita MS. Mon. Vulgo: *derivata.*

Tros quoque aliquando. Vulgo: *quando.* Illud recepi e MS. Mon. Vulgata lectio, quam Lindemannus etiam admisit, falsissima est. Legendum certe: *est quando.*

§. 33. *οι in priore.* *οι* e conj. dedi pro *oe.* Scripti libri in hoc et similibus non sunt audiendi. Hi in sequentibus quoque *ae* et *oe* exhibent pro *αι* et *οι.*

multa similia. Vulgo: *similiter.* Nos Cod. Mon. secuti sumus.

§. 34. *esse putatur.* Auctoritate Cod. Mon. omisi *hoc* post *putatur.*

et quantus et tantus. Ita MS. Mon. Vulgo: *tantus et quantus.*

vel interrogativa nec finitas habeant personas nec loco propriorum nominum accipiantur, non sunt pronomina dicenda, sed potius nomina. Haec ego dedi e Cod. Mon. Vulgo ita: *vel int. vel relativa, nec finitas habent personas, pocius sunt nomina. habent declin. habent* pro *habeant* e Cod. MS. Mon. dedi.

minum, cum pronomina quoque multa, de quibus non est dubitatio, quin pronomina sint, nominum habent declinationem, ut *meus*, *tuus*, *noster*, et *vester*. Et sciendum, quod *qui* pro *quis* ponitur, *quis* autem pro *qui* non, et quod hujuscemodi relativa nomina per se acuuntur, in contextu autem orationis gravantur, id est pro acuto in fine gravem accentum accipiunt. Hoc 35
tamen ipsum *qui* pro adverbio quoque saepe invenitur, quando accipitur pro *quomodo*. Est etiam ablativus. Fac ab eo compositum. *Quisquis*, *quisque*, *aliquis*, *aliqui*, *siquis*, *nequis*, *quisquam*, *quicunque*, *quispiam*, *quidam*, *quin*, quod significat *qui non*; *atqui* et *atquin*. *Pri-* 36
mus quae pars orationis est? Nomen. Cujus speciei est? Ordinalis. Cujus gradus est? Superlativi. Unde hoc certum est? Quia omnibus solet numeris praeponi, et genitivo plurali semper conjungitur, quod suum superlativi est, ut *primus illorum*. Ergo primus illorum est nominum superlativus, quae numerum significant a tribus et ultra. Nam comparativus ejus, id est *prior*, qui ad unum solet fieri, semper inter duos ponitur. Ergo positivum numerorum nomina 37
non habet. Quod autem comparativum est *prior*, ostennit etiam neutrum, quod ab eo nascitur, *prius*. Nullum enim nomen in *or* desinens commune in *us* facit neutrum, nisi sit comparativum, ut *hic* et *haec melior*, et

---

et quod omnia. E MS. Mon. inserui *quod.*

§. 35. *pro adverbio quoque.* Auctoritate Cod. Mon. addidi *quoque.*

quod significat qui non. Post haec, Lindemannum secutus, delevi: *et cur non, et ut non, et nec non.*

§. 36. *Ordinalis.* Quae vulgo adduntur: *et est a Graeco, quod est πρῶτος*, Lindemanni rationibus motus, omisi.

conjung. quod suum superlativi est. Lindemannus: *conjung. superlative.* Haec lectio displicet. Recepta multo usitatior est.

Ergo primus. Vulgo: *proprie.* Illud Cod. Mon. tuetur.

§. 37. *ostendit etiam.* Vulgo: *ostendit in us.* Receptam lectionem praestat MS. Mon. et tuetur Lindemannus. *Fac adverbium.* Auctoritate Cod. Mon., Lindemanno praeeunte, omisi *ab eo* post *fac.* Mox post *prime* addunt Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Mediol. *primiter*, quod ego recepi, Lindemannus repulit. Idem vero addit e Codice Lugd. *et compositum adprime*, quod ex interpolatione additum puto.

hoc melius, *hic* et *haec doctior*, et *hoc doctius:* sic ergo
hic et *haec prior*, et *hoc prius*. Fac adverbium. *Prime*,
38 *primiter*, *primum*, et *primo*. Fac derivativum nomen.
Primitiae, *primitivus*, *primarius*, *primulus*, *primores*,
priscus, *pristinus*, *primâs*. Cur in fine circumflectitur
primâs? Quia antiqui *hic* et *haec primatis* dicebant,
penultimam circumflectentes: *ti* igitur concisa man-
sit accentus integer in eadem *â* litera, quae extremae
syllabae facta est, quae erat in primo penultima.
Ergo hoc idem in omnibus similibus observandum
est, ut *Arpinâs*, *Suffenâs*, *Capenâs*, et similibus aliis.
39 Fac compositum a primo. *Primordium*, *principium*,
primipilarius, *primicerius*, *decemprimi*, quomodo *de-
cemviri*, *primogenitus*, πρωτότοκος, *primotinus*, πρώϊμος,
40 quomodo *serotinus*, ὄψιμος, *pridieprinceps*. *Ab* quae
pars orationis est? Praepositio. Quid est praepositio?
Pars orationis, quae praeposita aliis partibus oratio-
nis, significationem earum aut mutat, aut complet,
aut minuit. Complet, ut *facio perficio:* mutat, ut
doctus indoctus: minuit, ut *rideo subrideo*. Cui casui
41 adjungitur *ab* praepositio? Ablativo. In appositione
sola an etiam in compositione? Casualibus partibus
orationis praeponitur tam in compositione quam in
appositione, sed in compositione cum nominativo, et

---

§. 38. Post *primitivus* omisi *primitiva, primitivum.* Item post *primâs* delevi *primatis.*

mansit. Cod. Mon. *remansit*, e correctione.

§. 39. *Fac compositum a primo.* Cod. Mon. *et composita a primo. pridieprincept.* Huc pertinet scholion, quod Lindemanni diligentia e Codd. protulit. Vide ejus ed. p. 296. „Pridieprinceps. Vocatus hodie, qui heri de principatu ejectus est. Sic fiebant consules Romani, et est una pars." Lindemannus ipse de hac compositione dubitasse videtur; nam edidit ita: *pridie, princeps.* Nec tamen negari potest, Romanos multa compositionum monstra sermone suo aluisse. Quidni etiam hoc?

§. 40. *Ab quae pars orationis est.* E Cod. Mon. addidi *orationis.* Mox *significationem* ex eodem libro reposui pro *significationes.* Lindemannus, typothetae errore, *significationis.*

Ablativo. In appositione sola an etiam in compositione? Casualibus — tam in comp. rel. Vide Lindemannum ad h. l. Equidem Cod. Mon. secutus sum. Vulgo ita: *M.*

cum ejus declinatione, aut cum illis dictionibus, quae carent casibus: in appositione vero cum ablativo casualium tantum, ut *abduco abducens abducentis*, *abigo abigens abigentis*. Et sciendum, quod eandem significationem habent *a* et *ab* et *abs*. Et *a* quidem vel *abs* vocali sequente non ponimus; *ab* vero non solum vocalibus sequentibus, sed etiam consonantibus quibusdam non male sonantibus antecedente *ab*, ut *abduco*, *abdo*; *abs* vero sequente *q*, ut *abs quolibet*, vel *c*, *abscondo*, vel *t*, ut *abstraho*. Quo accentu pronunciatur *ab?* 42
Per se acuto: in versu vero gravi; sicut et aliae omnes praepositiones in suo loco positae, id est praepositivae. Nam est quando mutant ordinem et postponuntur, et mutant accentum, ut *te propter*, *eundem propter*, hic penultimum acutum habet accentum. Quod si praeponeretur, sine dubio gravaretur. *Oris* 43
quae pars orationis est? Nomen. Cujus numeri? Pluralis. Dic singularem. *Ora*. Quando habet aspirationem? Quando tempus significat: quando autem fines, sine aspiratione est; et quando plurale est neutri generis, est a singulari, quod est *os oris*.

Conticuere omnes intentique ora tenebant. Scande III
versum. *Conticu er'o mnesin tenti qu'orate nebant.* 44
Dic caesuras. Semiquinariam. Quot habet figuras?

---

ablativo in sola appositione. Disc. an etiam in compositione aliis partibus orationis praeponitur. Mag. Tam in comp. rel.

§. 41. *ablativo casualium tantum.* Pro *ablativis* e Cod. Mon. dedi *ablativo* et addidi *tantum*. Eadem reposuit Lindem. e suis Codd.

significationem habent. Pluralem *habent* pro singul. *habet* recepi e MS. Mon.

Et a quidem vel abs vocali. Cod. Mon. *Et a quod est vocalis.* Mox cum Lindem. dedi *abs quolibet* e Cod. Mon. pro *abs qualibet*.

ut abstraho. Omisi *abstineo* auctoritate Cod. Mon.

§. 42. *penultimum acutum habet.* Ita MS. Mon. Vulgo: *penultima habet acutum.*

§. 43. *Quando habet aspirationem?* Post haec omisi ego *hora*. Cod. Mon. *hora*. Lindemannus: *h*.

quando plurale est neutri generis, est. Lindem. perperam: *quando plurale, est neutri generis et est.*

Decem. Quare? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta pedes. *Conticu ero mnesin tenti qu'orate nebant.* Partes orationis quot sunt? Sex. Quot nomina? Duo. Quae? *Omnes ora.* Quot verba? Duo: *conticuere tenebant.* Quid aliud habet? Partici-
45 pium *intenti*, et conjunctionem *que*. *Conticuere* quae pars orationis est? Verbum. Quale? Perfectum. Quomodo dictum? Indicativo conjugationis secundae. Cur secundae? Quia in praesenti tempore secunda persona in *es* productam desinit, *conticeo contices*, quamvis a prima quoque persona hoc manifestum est in hac conjugatione. Omnia enim verba in *eo* desinentia secundae sunt conjugationis, exceptis paucis primae conjugationis, quae fere sunt haec: *beo beas*, *creo creas*, *screo screas*, *meo meas*, *nauseo nauseas*, *laqueo laqueas*, *calceo calceas*, *nucleo nucleas*; et quartae, *queo quis*, et *eo is*, et quae ex his componuntur. Cujus significationis? Activae. Dic passivum,
46 *Conticeor*. Cujus numeri? Pluralis. Cujus figurae? Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto. Nam *con* praepositio est integra, quamvis separata in appo-

---

§. 44. *omnes ora.* Omisi *et* auctoritate Cod. Mon. Eandem conjunctionem delevi post *conticuere.*

§. 45. *Quo modo.* Recte Lindemannus has voces discrevit, quae in Edd. conjunctim scriptae sunt. *Indicativo.* Ita secundum Cod. Mon. Lindemannum secutus scripsi pro *indicativum.*

conjugationis secundae. Ante *conjugationis* expunxi ego auctoritate Cod. Mon. et Lindemanni *cujus;* in eo tamen a Lindemanno recessi, quod has voces ad responsionem traxi. Ille vero, post *Conjugationis* interrogandi signo posito, *secundae* respondentis esse putavit. Totum locum Ed. Asc. ita expressit: *Di. Quomodo dicerem? M. Indicativo conjugationis secundae.* Sic et Edd. Ven. 1. 2. Rectius Ed. Iunt. *D. Quo modo dictum? M. Indicativo conjugationis secundae.*

nucleo nucleas. Lindemannus e Cod. S. dedit *enucleo*, *enucleas*, quod e correctione ortum esse videtur. Forcellinus in Thesauro suo sub v. *nucleatus* e Scrib. Largo profert *uva nucleata*, Rhodiumque *enucleata* legi maluisse dicit. Cavendum tamen censeo, ne talibus conjecturis rariores formae plane deleantur. Quod vero Lindemannus dicit, in ed. P. sive Ven. 1. legi *enucleo enucleas*, falsum est. At enim vero in Ed. Ven. 2. (anno 1496. edita) ita legitur.

queo quis et eo is. Male Cod. Mon. *eo is it*, *queo quis, it* dedit pro *et*.

sitione non potest inveniri, sed semper in compositione. *Ticuere* autem corruptum est; quia *a*, quod habuit integrum, mutavit in *i*. Cujus est personae? Tertiae pluralis, quae tam in *re*, quam in *runt* in hoc tempore finitur. Cujus temporis? Praeteriti perfecti.
Dic primas personas in omni tempore per singulos 47
modos. Indicativo: *conticeo, conticebam, conticui, conticueram, conticebo.* Imperativum totum dic. *Contice conticeat, conticeamus conticete conticeant, conticeto tu conticeto ille, conticeamus conticetote conticeant* vel *conticento.* Optativum. *Utinam conticerem, conticuissem, conticeam.* Subjunctivum. *Cum conticeam, conticerem, conticuerim, conticuissem, conticuero.* Infinita. 48
Conticere, conticuisse, conticitum ire, vel *conticiturum esse.* Impersonalia indicativi. *Conticetur, conticebatur, conticitum est* vel *conticitum fuit, conticitum erat* vel *fuerat, conticebitur.* Imperativum. *Conticeatur, conticetor.* Optativum. *Utinam conticeretur, conticitum esset* vel *fuisset, conticeatur.* Subjunctivum. *Cum conticeatur, conticeretur, conticitum sit* vel *fuerit, conticitum esset* vel *fuisset, conticitum erit* vel *fuerit.*

---

§. 46. *Ex quibus?* Additur vulgo *componitur*, quod, Lindemannum secutus, auctoritate Cod. Mon. omisi.

Nam con. Addidi ego e Cod. Mon. *nam*, quod et Lindemannus e Codd. Lugd. adjiciendum putavit.

corruptum est. Cod. Mon. *correptum est.*

mutavit in i. Recte Lindemannus omisit, quae his vulgo adduntur: *tacuere ticuere.* Cod. Mon. *ut ticuere pro tacuere.* Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. *ut conticuere pro tacuere.*

§. 47. *primas personas.* In Cod. Mon. insertum legitur *ejus.*

Imperativum totum dic. „Hic verborum ordo in scriptis, *Dic imp. totum* in editis." Lindemannus. Cod. Mon. *Imperativo totum dic.* Post *dic* auctoritate MS. Mon. omisi ego *imperativo*, quod melius abesse, imo locum habere non posse, nemo facile erit, qui dubitaverit.

conticeant vel. Haec ego, Lindemannum secutus, e Codd. Mon. et Lugd. reposui.

Optativum. Hoc interrogantis esse puto. Vulgo *Optativo* scriptum ad sequentia trahitur. Item *Subjunctivum* pro *Subjunctivo* e conj. dedi et *dic* supplendum puto. Hanc rationem etiam in sequentibus ineundam esse censui. Quare scripsi *Imperativum* — *Optativum* — *Subjunctivum*, eaque omnia interroganti tribui. Post *subjunctivum* omisi ego *modum.*

Infinita impersonalia. Similia sunt passivis, *conticeri,*
49 *conticitum esse* vel *fuisse, conticitum iri.* Quid ergo
interest inter infinita impersonalium et passivorum?
Quod infinitis impersonalibus necesse est verbum
et pronomen sive nomen adjungere, ut *taceri
a me volo*, id est *tacere volo.* Sin autem verbum tantum addas dicendo, *taceri volo*, passivum
ostendis sine dubio. Licet tamen etiam passivo adjungere ablativum casum, sed ita, ut subjungatur accusativus primae vel secundae vel tertiae personae,
ut *legi volo me a te, legi vis te a me, legi illum volo*
50 *a te,* vel *a me, legi ille se vult a te*, vel *a me.* Ecce
passivum hic est sine dubio, quia ad nominativum et
accusativum et ablativum adjungitur infinitum: quod
si esset impersonale, fieri non posset, nam accusativum ei nunquam possumus adjungere. Ex illo quoque hoc est facile dignoscere, quod impersonale significationem habet activam etiam in infinito. Nam
taceri a me volo dicimus, pro *tacere volo. Taceri*
autem *illum volo*, eam personam ostendi pati, quam
protuli per accusativum casum. In impersonalibus

---

§. 48. *Infinita impersonalia.* Pro *infinitiva* dedi ego e Cod. MS. Mon. *infinita.* Post *impersonalia* majorem posui interpunctionem.

§. 49. *Quod infinitis impersonalibus.* Pro *quia* recepi e Cod. Mon. *quod.*

Licet tamen etiam. E Cod. Mon. adjeci *etiam*, quod et Lindemannus e Codd. Lugd. addidit.

legi vis te a me. *Vis* pro *volo* reposuit e Codd. Lindemannus, quem ego secutus sum.

§. 50. *Ecce passivum hic est.* Haec est lectio Cod. Mon. Vulgo: *Ecce hoc p. e.* Lindem. *Ecce hic p. e.*

quia ad nominativum et accusativum et ablativum adjungitur infinitum. Haec ego dedi e Cod. Mon. Eadem reposuit Lindemannus e Cod. Lugd. S. Vulgo: *quia et accusativus et ablativus adjungitur infinito.*

Ex illo quoque hoc est. E Cod. Mon. inserui *hoc*, quod et Lindemannus addidit. Mox cum Lindemanno *habet* posui post *significationem*, quia Cod. Mon. hunc verborum ordinem tuetur.

ostendi pro *ostendo* reposui e Cod. Mon. Lindemannus *ostendit.* Mox post *accusativum* adjeci ego e Cod. Mon. *casum.*

In impersonalibus quidem neminem pati. Haec dedi e Cod.

quidem neminem pati significamus; agere enim eam
personam ostendimus, quam per ablativum casum
proferimus, ut *taceri a me volo*, pro *tacere volo*, *taceri
a te volo*, pro *tacere te*, *taceri ab illo*, pro *tacere illum*.
Cur *conticitum ire* facit faturum? Quia per formam 51
participii praeteriti temporis neutri et per infinitum *ire*
vel *iri* tam activum quam passivum profertur, ut *ta-
citum ire*, et *tacitum iri*. Ergo in neutris verbis, quam-
vis non sint participia praeteriti, ad similitudinem ha-
bentium haec proferimus, ut *statum ire*, sicut *ama-
tum ire*: et duo supina *tacitum tacitu*, *statum statu*,
ex quo *staturus*, ut *amatum amatu amaturus*. Sic in
caeteris quoque. Cur *conticui* facit praeteritum? Quia 52
omnia in *ceo* desinentia mutant *eo* in *ui* divisas et
faciunt supradictum tempus, ut *arceo arcui*, *iaceo
iacui*, excepto *mulceo mulsi*. Fac inchoativum. *Con-
ticeo conticesco*: quidam tamen *conticisco* protulerunt.
Sed regula magis in inchoativis *e* penultimam flagitat
in his, quae a verbis secundae conjugationis derivan-
tur, ut *horreo horresco*, *ferveo fervesco*, *caleo calesco*. In-
veniuntur enim ab aliis quoque conjugationibus, sed

Mon. Lindemannus: *In impersonalibus autem pati nemi-
nem.* Vulgo: *In imp. autem pati quidem neminem.*

agere enim. Pro vulg. *autem* reposui e Cod. Mon. *enim.*
Post *ablativum* ex eodem libro restitui *casum.*

§. 51. *Quia per formam participii — tacitum iri.* His addita
leguntur in Edd. haec: *vel per futurum activi participium
et esse vel fuisse, taciturum esse vel fuisse. taciturus enim
est participium futuri, praeteriti vero tacitus tacita taci-
tum.* Haec ego ejicienda esse censui. Primum enim abun-
dant. Nam interrogans de eo edoceri vult, cur *conticitum
ire* faciat futurum. Deinde repugnant proxime anteceden-
tibus. Denique in Codd. aliis aliter scripta sunt, quod, a
glossatore addita esse, satis luculenter arguit. Lindeman-
nus omisit *vel per — taciturus.* Reliqua servavit et e con-
jectura scripsit: *Est enim participium praeteriti: tacitus
tacita tacitum.*

Idem vir doctus h. l. lectionum variantium copias largissimas
dedit in notis textui subjectis. *haec.* Ita Lindemannus e
Cod. Vulgo: *hoc.*

§. 52. *facit praeteritum?* Auctoritate Cod. Mon. omisi *per-
fectum.*

arceo arcui. Post haec omisi auct. Cod. Mon. *taceo tacui*,
quod Lindemannus meus etiam omittendum censuit. Mox
Cod. Mon. *mulceo* non exhibet.

53 raro, ut *amasco, hisco, labasco, scisco.* Declina passivum. Indicativo, *Conticeor conticebar conticitus sum* vel *fui, conticitus eram* vel *fueram, conticebor;* imperativo, *conticere, conticeatur, conticeamur, conticeamini, conticeantur, conticetor, conticetor ille, conticeamur, conticeminor, conticentor;* optativo, *utinam conticerer conticitus essem* vel *fuissem conticear;* subjunctivo, *cum conticear conticerer conticitus sim* vel *fuerim conticitus essem* vel *fuissem conticitus ero* vel *fuero;* infinito, *conticeri conticitum esse* vel *fuisse conticitum iri.* Dic participia. *Conticitus conticendus.*
54 Cur solent Romani praeteritum perfectum in *or* terminantium verborum et omnia tempora, quorum regula a praeterito perfecto nascitur, per participia declinare? Quia apud Graecos quoque in plurimis verbis, in quibus secunda et tertia persona indicativi deficit in praeterito perfecto, per participium et sum declinant, et optativi quoque et subjunctivi praeterita, ut *τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, τετύμμεθα, τετυμμένοι ἐστὲ, τετυμμένοι εἰσίν.* Sic et optativa et subjunctiva, quod Romani in omnibus in or desinentibus faciunt. Et sciendum, quod a participio, ut supra dictum est, praeteriti temporis solent nasci infinita futuri tam activa quam passiva, ut *conticitum ire* et *conticitum*
55 *iri:* et passivi quoque sive impersonalis praeteritum infinitum, ut *conticitum esse* vel *fuisse,* et supina duo *conticitum conticitu,* et futuri participium activum *conticiturus.* Et haec quidem oriuntur a participio praeteriti; a participio vero praesentis, quod nascitur in prima quidem et secunda conjugatione a secunda persona, cujus extremae syllabae interponimus *n,* ut *amo amas amans, doceo doces docens.* In tertia

---

amasco — scisco. Pro *scisco* Lindemannus in Codd. Lugd. interpositum his verbis invenit *miseresco* et in Cod. S. e correctione *miserasco.* Illud ab hoc loco alienissimum esse ipse vidit, hoc vero non prorsus spernendum esse dicit. Mihi secus videtur. Nam rem e Prisc. Lib. VIII. Cap. 14. §. 72. (Vol. I. p. 411.) plane confici posse puto.

§. 53. *conticentor.* Ed. Col. *conticeantor.* Pessime.

§. 54. *et sum.* Vulgo: *eas.* Lectionem praestantissimam, quam recepi, primus e Codd. protulit Lindemannus. Minus tamen placet, quod vir ille doctissimus e Cod. S. addidit *es.*

vero et quarta a prima persona, mutata *o* in *ens*, ut
lego legens, *audio audiens*, *facio faciens*, *venio veniens*:
excepto *eo* et *queo*, et quae ex his componuntur.
Haec enim ante *e i* habent in nominativis participio- 56
rum. Nam *iens* et *quiens* faciunt participia. In ge-
nitivo vero per transmutationem vocalium *i* in *e*, et
e in *u* declinantur, ut *iens euntis*, *quiens queuntis*, con-
tra omnium participiorum morem. A praesenti vero
participio activo nascitur futurum passivi *s* finali ab-
jecta et addita *dus*, ut *amans amandus*, *docens docen-
dus*, *legens legendus*, *faciens faciendus*, *audiens audien-
dus*. *Iens* autem et *quiens*, et ex his composita a ge- 57
nitivo faciunt futurum, *adiens adeuntis adeundus*. Ge-
rundia quoque tria a participio futuro nascuntur, ex
tribus ejus casibus, id est genitivo, dativo et accusa-
tivo, *amandi do dum*, *docendi do dum*, *eundi do dum*.
Dic nomen verbale ex eo. *Conticitor conticitrix*, quae
quamvis regula concedat dicere, tamen nisi in usu
inveniamus auctorum, non temere debemus proferre.
Ipsa res *conticinium*. A *taceo* simplici fit et *taciturnus*
et *taciturnitas*, *taciturus* et *tacitus* participialia. *Omnes* 58
quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellati-
vum. Cujus speciei? Numeralis. Omnia nomina nu-
merum significantia appellativa sunt, quamvis sint
quaedam cognomina propria, quae vocem quidem ha-
bent numeralium, non tamen significationem, ut *Quin-
tus Catulus*, *Decimus Brutus*. Potest habere hoc
nomen comparationem? Non. Quare? Quia nullum
nomen numerum significans comparationem potest
habere, cum unusquisque numerus in se constat, nec
augeri, nec minui in sua qualitate potest, excepto
prior, quod de duobus ordinem significat. Cujus est? 59

---

§. 55. *cujus extremae.* Pro *cum* e Cod. S. Lindemannus rece-
pit *cujus*, quod sane multo praestat.

§. 57. *tacitus participialia.* Pro *participia* recepi e Cod. Mon.
participialia. Lindemannus edidit: *participiale.*

§. 58. *Omnia nomina.* Auctoritate Cod. Mon. omisi post
omnia, quod vulgo addi solet, *autem.* *vocem quidem.* Ad-
jeci e Cod. Mon. *quidem.* Eadem auctoritate post *non
tamen* delevi *etiam.*

constat — potest. Vulgo: *constet — possit.* Indicativum exhi-
bet Cod. Mon. eoque lubentius Lindemannum secutus sum.

quod de duobus. Vulgo: *quod in duobus.* *de* praestat Cod. Mon.

generis? Communis. Cur? Quia omnia in *is* desinentia [si apud Graecos vel communia sunt vel mobilia, quae illi τριγενῆ vocant, apud nos] communia sunt, [ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν,] ut *hic* et *haec omnis* et *hoc omne*, [ὁ χρήσιμος, ἡ χρήσιμος, τὸ χρήσιμον] *hic* et *haec utilis* et *hoc utile*, [ὁ δύσκολος, ἡ δύσκολον, τὸ δύσκολον,] *hic* et *haec difficilis* et *hoc difficile*. Cujus numeri? Pluralis. Et est sciendum, quod hoc nomen, id est *omnis* eandem vim habet significationis, sive singulariter sive pluraliter proferatur. *Omnis* enim *homo si* dicam, et *omnes homines*, idem significo: et omnia, quae similem vim habent, id est *cunctus ti*,
60 *universus si*. Cujus figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. *Omnipotens*, *omnifariam*, *omniparens*, *omnigena*. Fac adverbium simplex. *Omnino*. Cujus casus est hic? Nominativi. Idem tamen est etiam vocativus in omni plurali numero. Accusativus vero hujuscemodi nominum? Quae nominativum et genitivum singularem similem habent, accusativum pluralem tam in *es* productam quam in *is* longam termi-
61 nant. *Intenti* quae pars orationis est? Participium. Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis partemque verbi. Quot accidunt participio? Sex. Quae? Genus, casus, tempus, significatio, numerus, figura. Cujus generis est? Masculini. Cujus nu-
62 meri? Pluralis. Dic singulare. *Intentus ta tum*. Et

---

§. 59. Quae uncis inclusa sunt, spuria judicavit Lindemannus, sententiaeque rationes exposuit in Notis criticis ad h. l. Mihi quidem persuasit; nec tamen, cum Codicum auctoritatibus niti videantur, ea, quae ille, audacius fortasse, ejecit, e textu eliminare ausus sum. Uncos igitur apposui.

§. 60. *omnigena*. Addunt Edd. *Virgilius in VIII. omnigenûmque deûm monstra*. Haec ego expuli, cum ab hoc loco aliena sint. Lindemannus haec addidit: *quod est communis generis hic et haec omnigena, sicut advena. Virg. in octavo: Omnigenûmque deûm monstra. Omnia enim in a desinentia, si apud Graecos vel communia sunt, vel mobilia, quae illi τριγενῆ vocant, apud nos communia sunt.* Haec mihi alienissima videntur. A Cod. Mon. abest *monstra*.

Omnino. Recte Lindemannus unus expulit: *compositum omnifariam*, quae etiam a Cod. Mon. absunt. *Accusativus*

sciendum, quod omnia participia praeteriti temporis
et futuri mobilia sunt, et in masculino quidem et
in neutro genere secundum nomina secundae declina-
tionis declinantur; in foeminino vero primam decli-
nationem servant. Praesentis autem temporis parti-
cipia communia sunt trium generum, ut *hic* et *haec*
et *hoc amans*, et tertiae declinationis. Sciendum ta-
men, quod sunt quaedam verba, quorum significatio
ad solos mares, vel ad solas foeminas pertinet: ad
mares, ut *futuo*, cujus participium quoque ad mares
solos pertinet, *futuens*. Nemo enim dicit *haec futuens*,
nisi in epicoenis nominibus animalium, ut *haec aquila*
futuens, in quo, quamvis foemininum proferamus,
tamen marem intelligimus. Sic etiam in foeminino,
Nubo vir non dicit, nisi abneget sexum, et quasi foe-
mina loquatur. Ergo *nubens* quoque proprie de foe-
mina dicitur. Sed aliquando possumus figurate mascu-
linis quoque generibus adjungere talia, si dicamus:
Magnus est ignis nubens mihi, *ignis* pro *amata* dicens.
Cujus casus? Nominativi: idem tamen est et voca- 63
tivi. Cujus significationis? Hoc primum debes scire,
quod significatio participiorum tam a generibus ver-
borum, quam a formis sumitur. Ergo a quinque gene-
ribus, id est activis, neutris, passivis, communibus, depo-
nentibus, totidem nascuntur species participiorum; et
a formis quatuor, id est perfecta, meditativa, inchoa-

---

vero hujuscemodi nominum? Quae. In his emendandis Lindemanni vestigia pressi. Vulgo: *Accusativus vero et vocativus hujuscemodi nominum, id est, quae.* Copiose et subtiliter, ut solet, Lindemannus rationes emendationis exposuit in notis criticis ad h. l.

§. 61. *numerus, figura.* Omisi *et* post *numerus* auctoritate Cod. Mon.

§. 62. *et in masculino — et in neutro.* E libro Mon. binis his locis inserui *in.*

Sciendum tamen. Ita Cod. Mon. Vulgo: *et sciendum. abneget* pro *abnegat* Lindem. e Codd.

§. 63. *activis, neutris, passivis, communibus, deponentibus.* Pluralem pro singulari restituit e Codd. Lindemannus, quem ego, assentiente Cod. Mon., secutus sum. *parti.ipiorum dicuntur.* Addidit Lindemannus e Codd. *dicuntur.*

tiva. frequentativa, totidem formae participiorum di-
64 cuntur. Dic igitur, cujus est speciei? Passivae. Nascitur enim ab *intendor* verbo passivo. Cujus est formae? Ejus, cujus verbum, ex quo nascitur, id est perfectae. Potest habere aliam formam hoc verbum? Potest; frequentativam, *Intentor aris*, ex quo participium *intentatus*. Cujus est temporis? Praeteriti. Cujus figurae? Compositae. Ex quibus? Ex duobus integris. Et sciendum, quod simplex ejus in usu tam per *tus* quam per *sus* invenitur, *tentus* et *tensus*. Lucanus in primo: *Et varias ignis terso dedit aere formas. Tentus* tamen etiam a *teneor* fit: potest tamen etiam nomen esse *intentus*, unde *intentior intentissimus. Ten-*
65 *torium* quoque hinc derivatur, et *tentigo*, *tenor*. *Que* quae pars orationis est? Conjunctio. Qualis? Copulativa. Cujus ordinis? Postpositivi. *Ora* quae pars orationis est? Nomen appellativum, neutrum, plurale, simplex, casus in hoc loco accusativi. Idem tamen est semper in neutris nominibus et nominativus et accusativus et vocativus. Dic singulare ejus. *Os oris*. Nam si correpte *os* dicas, aliud significat, et *ossis*
66 facit genitivum. Fac deminutivum. *Osculum*. Fac derivativum. *Osculum* et *osculor oscularis*. *Ostium* quoque inde derivatur, ex quo *ostiarius* et *ostiatim*. *Oro* quoque verbum ab *ore* est, et *oraculum*. *Tenebant* quae pars orationis est? Verbum activum, perfectum, indicativo modo dictum, temporis praeteriti imperfecti, numeri pluralis, personae tertiae, conjugationis secundae. Declina. *Teneo tenebam* et caetera.

---

§. 64. *Compositae. Ex quibus?* Inseruit Lindemannus e Codd. *Ex quibus?* Haec et Cod. Mon.

§. 65. *Conjunctio. Qualis?* Addit Cod. Mon. *qualis*, quod ab Edd. abest. Idem recepit Lindemannus. *singulare ejus*. E Cod. Mon. inserui *ejus*.

§. 66. *Osculum*. Ita Cod. Mon. Vulgo: *oscillum*. *indicativo modo*. Ita Cod. Mon. Vulgo: *indicative*. Illud Lindemannus etiam recepit.

attineo. Lindemannus: *a teneo*. Pessime.

§. 67. *Scande versum — semiseptenariam*. Haec et intermedia omisit Lindemannus, non solum quod absint a Cod. S. sed etiam quod „caesurarum mentio a veritate discrepet." Non enim, dicit Lindemannus, semiquinariam et semiseptenariam caesuram habet versus, sed unam tantum, semiseptenariam. Equidem primum haec abesse nullo

Quam aliam formam facit hoc verbum? Frequentativam, *tento tas.* Composita, *attineo, retineo, contineo, sustineo, pertineo, continens, continentia, retinaculum*; derivativa, *tenax, tenacitas.*

Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem. IV
Scande versum. *Postquam res Asi ae* et caetera. Quot 67
habet caesuras? Duas: semiquinariam et semiseptenariam. Quot figuras habet? Decem. Habet enim tres dactylos et duos spondeos. Divide singulos pedes. *Postquam resAsi aePria mique vertere gentem.* Quot partes orationis habet hic versus? Septem. Quot nomina? Quatuor, *res Asiae Priami gentem.* Quot verba? Unum, *evertere.* Quid aliud? Adver-
bium *postquam*, et conjunctionem *que. Postquam* 68
quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis, quae addita verbo significationem ejus explanat, atque implet. Quot accidunt adverbio? Duo. Quae? Significatio et figura: comparatio enim non omnibus adverbiis accidit: accidentia vero debent generalia esse et communia omnibus speciebus ejus dictionis, cui accidunt. Ergo melius est pro comparatione addere accidentibus adverbio speciem. Quaedam enim adverbiorum πρωτότυπα, id est primae positionis, quaedam derivativa. Primitiva, ut *saepe, satis* derivativa, ut *saepius, satius.*
Postquam igitur cujus significationis est? Temporis. 69
Cujus figurae? Compositae. Ex quibus? Ex duobus integris, *post* et *quam.* Quem habet accentum? Si per se proferatur, vel praepostere, acutum, in versu

---

modo posse credo, quoniam omnia capita a scansione versus initium capiunt. Deinde vero nec haec ratio valet, quod hic versus unam tantum caesuram habeat; nam *Priami* est caesura semiseptenaria, quemadmodum primus etiam libri primi versus duas caesuras habet: *Arma virumque cano Trojae.* Auctoritate igitur Cod. Mon. et omnium editionum reliqui ego ea, quae Lindemannus expulit.

§. 68 *primae positionis.* Ita Cod. Mon. et Lindemannus. Vulgo: *primitiva vel primae impositionis.*

§. 69. *Compositae. Ex quibus?* Inserui *ex quibus* auct. Cod. Mon.

in versu autem in gravem vertitur. Ita Cod. Mon. Lindem. *convertitur.* Vulgo: *in versu gravem.*

autem in gravem vertitur. Da derivativum a *post*. *Posterius*, *postea*, *posterus*, *posteritas*. Hujus comparativus *posterior*, superlativus *postremus*. Et aliud *posticus ca cum*, et *postea*, et *posthac*, et *postmodum*. *Postes* quoque inde videntur dici, quod post fores stant. *Posthumus* etiam ab hoc est compositum, et *postli-*
70 *nium*, et *pomoerium*, et *posthabeo*. *Res* quae pars orationis est? Nomen. Quot accidunt nomini? Quinque. Quae? Qualitas, genus, numerus, figura et casus. Cujus speciei? Generalis. Quamvis quidam grammatici incorporalia soleant res dicere, tamen vera ratione omnia, quae sunt, sive corporalia sive incorporalia, res possunt nominari: sicut hic *res Asiae* dixit pro *opes*; et *respublica*, et *res familiaris*, et *res uxoria*. Ergo, sicut supra diximus, significationem habet gene-
71 ralem, et est primitivum. Fac ergo derivativum. *Recula*. Quidam et *reum* inde dictum putant, quod *rei* alicui obnoxius est. Cujus generis? Foeminini. Cur? Quia omnia nomina quintae declinationis foeminina sunt, excepto *dies*, quod in singulari numero tam masculinum quam foemininum invenitur, in plurali vero masculini duntaxat. Cur autem quintae sit declinationis, in regulis, quas de nomine scripsimus, invenies. Cujus numeri hic? Pluralis. Unde hoc possumus scire? Quia addit *evertere*: verbum enim *verto* accusativo plurali vel singulari necesse est adjungi, singularis autem accusativus *rem* est. Cujus
72 figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. *Respu-*

---

et postea. Cod. Mon. *postera*. *Posthumus*. Lindemannus: *postumus*.

pomoerium. Omisi cum Lindemanno: *quasi postmurium*. Retinui tamen scripturam *oe*.

§. 70. *Nomen*. Vide quae Lindemannus ad h. l. annotavit.

quamvis quidam. Auct. Cod. Mon. omisi *enim* post *quamvis*.

§. 71. *Fac ergo*. Sic Cod. Mon. Vulgo: *Fac igitur ex eo*. *Quidam — obnoxius est*. Haec omnia omisit Lindemannus, quod absint a Codd. Lugd. Non absunt a Cod. Mon.

duntaxat. Adduntur in Edd. haec: *et etiam quod ab eo componitur meridies*. Lindemannus: *Est etiam quod ab eo componitur, hoc est, meridies, masculini*, e Codd. Lugd. MS. Monac. sic: *quia ab eo componitur masculinum; quod est meridies*. Vide, quam varient Codd. in his exprimendis. Rectius absunt; nam glossator haec addidit.

§. 72. *ut hic verres hujus verris* rel. In his et quae subse-

blica, resuxoria. Cujus est casus? Accusativi pluralis. 72
Omne enim nomen quintae declinationis nominati-
vum singularem et vocativum, et nominativum plu-
ralem et accusativum et vocativum similem habet.
Dic regulam in *es* productam terminatorum nomi-
num, consonante antecedente. Omnia in *es* produ-
ctam terminantia nomina, consonante antecedente, ter-
tiae sunt declinationis, ut *hic verres hujus verris, haec cae-
des hujus caedis, Ulixes Ulixis, Achilles Achillis.* Et omnia
pares habent syllabas in nominativo et genitivo, exceptis
paucis, *locuples locupletis, merces, dis, haeres, dis, Ceres
Cereris, pes pedis, praepes, tis.* Et praeterea quintae
declinationis: *res rei, spes spei, fides fidei.* Antiqui
vero et *plebes plebei* declinaverunt, quod nunc *plebs
plebis* dicimus, et *fames famei*, quod nunc *famis.*
Asiae quae pars orationis est? Nomen. Quale? Pro- 73
prium. Omnia enim nomina provinciarum, et ur-
bium, et montium, et fluviorum, et hominum, et
deorum, vel aliarum rerum individuarum propria
sunt. Cujus speciei? Primitivae. Fac ab eo deriva-
tivum. *Asius a um.* Nec mirum. In multis enim
provinciarum nominibus invenis similia derivativa
primitivis et appellativis, ut *Italus* proprium est et
gentile. Similiter *Danaus, Latinus, Hispanus, Sicu-
lus,* et *Sicanus.* Dic et aliud derivativum ab eo, 74
quod est *Asia. Asianus,* et *Asiaticus,* et invicem
supradicta nomina tria pro possessivis proferri pos-
sunt: proprie autem *Asius* possessivum est, *Asianus*

---

quuntur, edendis Lindemanni judicium et Codicis Mon. auctoritatem secutus sum. Vulgo: *ut caedes caedis, Verres Verris* vel.

praepes praepetis. Quod additur: *perpestis*, abest a Cod. Mon. Lindemannus hoc dedit, omisit illud. In Notis ad L. d. V. Aen. p. 335. in Codd. Lugd. *perpes, perpetis* etiam in Lib. VI. Cap. X. §. 55. (Vol. I. p. 254.) additum esse dicit. Equidem in meis Codd., quorum decem habui, nihil reperi.

§. 73. *Nomen. Quale? Proprium.* Cod. Mon. *Nomen proprium.* Edd.

Fac ab eo derivativum. Pro *derivatum* dedi e Cod. Mon. *derivativum.*

§. 74. *proprie autem Asius possessivum est.* In his et sequentibus edendis Lindemanni judicium secutus sum.

gentile, *Asiaticus* victorum. Cujus est declinationis? Primae. Quare? Quia omnia in a desinentia masculina vel foeminina vel communia primae sunt decli-
75 nationis, exceptis neutris. Cur, cum nulla literarum mutatio facta sit, accentus mutatur? Quia *a* finalis apud Graecos producitur, apud nos correpta est, accentus quoque apud nos mutatio facta est. Hoc tamen scire debemus, quod, sive temporis sive literarum fiat in nominativo commutatio, melius facimus, si accentum ad Latinitatem proferimus, patronymicis exceptis, quae per omnes casus magis Graecum sibi defendunt accentum, quia servant Graecum nominativum, ut *Priamides Priamidae.* Licet tamen in illis etiam accentum servare Latinum: quae cum sint Graeca, non tamen aliena videntur formulis terminationum Latinorum, ut *Creusa*, *Arethusa:* quae cum Latine proferuntur, licet ea etiam in nominativo circumflecti, et si Graecum accentum servabi-
76 mus in nominativo duntaxat. *Priami* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cujus speciei? Derivativae, *ἀπὸ τοῦ πϱίασϑαι τὸ ἀγοϱάζειν.* Fac ab eo derivativum possessivum. *Priameius Priameia Priameium:* patronymicum, *Priamides*, *Priamis.* Cujus generis? Masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus genitivi, declinationis secundae. Quare? Quia omnia nomina cujuscunque generis apud Graecos in *ος* desinentia nominativum apud nos mutant os in us, et secundae sunt declinationis, ut *Πϱίαμος Priamus Priami*, *Κῦϱος Cyrus*, *Κύπϱος Cyprus*, *Πύλος Pylus*, *πέλαγος pelagus.* Nam *genus* a *genero* magis Latinum, quomodo *munus* a *munero.* Quibus enim hujuscemodi adiacent verba, sine dubio
77 Latina sunt. *Que* quae pars est orationis? Conjunctio. Cujus potestatis? Copulativae, ordinis postpositivi, figurae simplicis. Fac ab ea compositum. *At-*

---

exceptis neutris. Haec e Cod. Mon. addidi.

§. 75. *correpta est.* Sic Cod. Mon. et Lindem. Vulgo: *corripitur.*

licet ea. Lindemannum secutus adjeci ea. Post *circumflecti* omisi cum Lindemanno: *duntaxat in penultima syllaba, non est tamen absurdum.*

§. 76. *Proprium. Cujus speciei?* Inseruit Lindem. e Codd. *cujus*

que. Cujus est accentus? Encliticum est, id est suum accentum inclinat in syllabam extremam ante se positae dictionis, hoc autem et aliae duae conjunctiones habent, *ne* et *ve.* *Evertere* quae pars orationis est? 78
Verbum. Cujus modi? Infiniti, formae perfectae, conjugationis tertiae correptae. Quare? Quia *e* correptam habet penultimam. Cujus generis vel significationis? Activae, figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus integris, *e* praepositione et *verto.* Dispone verbum. Temporis praesentis: numeros enim et personas infinita non habent, unde et nomen acceperunt a defectione numerorum et personarum. Declina. *Everto,* 79
bam, everti, teram, evertam. Imperativo modo, *everte, evertito.* Optativo, *utinam everterem, evertissem, evertam.* Subjunctivo modo, *cum evertam, everterem, everterim, evertissem, evertero.* Infinitivo modo, *evertere, evertisse, eversum ire.* Impersonalia, *evertitur, evertebatur, eversum est* vel *fuit, eversum erat* vel *fuerat, evertetur.* Imperativo in praesenti, *evertatur,* futuro, *evertitor.* Opta- 80
tivo, *utinam everteretur, eversum esset* vel *fuisset, evertatur.* Subjunctivo, *cum evertatur, everteretur, eversum sit* vel *fuerit, eversum esset* vel *fuisset, eversum erit* vel *fuerit.* Infinitivo modo, *everti, eversum esse* vel *fuisse, eversum iri.* Gerundia vel participialia nomina sunt haec, *evertendi, evertendo, evertendum, eversum, eversu,* participia activa, *evertens, eversurus,* passiva, *eversus, evertendus.* Cur *everto everti* facit? Quia hoc solum ante 81
t r habuit in hac conjugatione, id est in tertia, et mutavit *o* in *i,* et fecit praeteritum. In participio tamen praeterito passivi pro *t s* habuit, ut *eversus:* etiam in verbo *verro versus* fit participium ejusdem temporis. Fac ab eo frequentativum. *Everso, eversas, eversat,* et *evertito, evertitas.* Et sciendum, quod plerumque solent frequentativa a participiis praeteriti temporis fieri, ut *scribo scriptus, scriptito scriptitat: domo domitus, domito,*

---

§. 77. *Atque.* Auctoritate Cod. Mon. delevi ea, quae in Edd. adducuntur: *neque itaque quoque et caetera supra dicta.* Cf. simillimum locum infra Cap. V. §. 86.

§. 78. *Verbum. Cujus modi?* Adjecit Lindem. e Codd. *cujus.*

§. 81. Post *domitus* omisi *domiti.* Recte mihi videtur Lin-

domitas, domitat: curro cursus, curso, cursas, cursat, et *cursito, cursitas, cursitat: video visus, viso, visas, visat:* ergo et *versus, verso, versas,* hinc est et *versutus,* et *Vertumnus,* et *vertex,* et *vertigo,* et *verticulum,* et *ver-*
82 *sura. Gentem* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum, generis foeminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus accusativi. Dic nominativum. *Gens gentis.* Quare? Quia omnia in *ns* vel *ls* vel *rs* desinentia, interposita *ti*, faciunt genitivum. ut *mons montis, Mars Martis, puls pultis:* exceptis differentiae causa *frons* et *lens*, quae cum faciunt per *tis* genitivum *frontis,* significant Graece τὸ μέτωπον, et *lentis,* τὴν φακήν; cum autem per *dis* faciunt genitivum, significat *frondis* τὴν φυλλάδα, *lendis* autem τὸ κονί-
83 διον. Praeterea *libripens,* quia a verbo *pendo* componitur, consonantem verbi servat, faciens genitivum per *dis, libripendis.* Fac a *gente* derivativum. Hic et haec *gentilis* et hoc *gentile:* videtur etiam *genus* a *gente* derivari, unde et *genius,* et *genialis,* et *generosus,* et composita *indigena, ingenuus, degener.*

V *At regina gravi iam dudum saucia cura.* Scande
84 versum. *Atre, ginagra, viiam, dudum, saucia, cura.* Dic caesuras. Semiquinariam. *Atre, ginagra, vi.* Quot figurarum est? Decem. Habet enim tres pedes spondeos et duos dactylos. Tracta pedes. *Atre, ginagra, viiam, dudum, saucia, cura.* Partes orationis quot habet? Septem. Quot nomina? Quatuor: *regina, gravi, saucia, cura.* Et quid aliud? Unam conjunctionem, *at;* et duo adverbia, *iam* et *dudum. At* quae pars orationis est? Conjunctio. Conjunctio quid est? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam.
85 Quot accidunt conjunctioni? Tria. Potestas, ordo, figura. Cujus potestatis? Copulativae: est tamen

---

demannus in sequentibus *viso visas* scripsisse pro *viso visis.*

§. 82. *Gens gentis. Quare?* E Cod. Mon. addidi interrogationem, *quare?*

in ns vel ls vel rs. Cod. Mon. Vulgo: *in ns rs ls.*

§. 83. *Fac a gente derivativum.* Ita Lindem. Vulgo: — *derivativa.*

§. 84. *Septem. Quot nomina? Quatuor.* Haec est lectio Cod. Mon. Vulgo: *Septem. quatuor nomina.*

etiam et adversativae, quam Graeci *ἐναντιωματικὸν*
vocant, sicut etiam hic. Nam Aenea quiescente re-
gina turbatur, quod est contrarium. Cujus ordinis?
Communis: licet etiam postponere eam, quomodo *et*,
sed metri causa, quod fere in omnibus potest inve-
niri praepositivis conjunctionibus. Cujus figurae?
Simplicis. Fac ab eo compositum. *Atque*. Quem 86
habet accentum? Gravem in versu, quomodo omnes
praepositivae conjunctiones. *Regina* quae pars ora-
tionis est? Nomen, speciei derivativae. Dic primi-
tivum. *Rex*. Hoc quoque unde nascitur? A *rego* verbo; 87
unde genitivum in *gis* terminat: dicitur autem hoc,
γένος κοινὸν ἀνομοιοκατάληκτον, nec in toto fixum, nec
in toto mobile, et omnia, quaecunque masculinum
habent tertiae declinationis, foemininum faciunt
primae, ut *rex regina*, *leo leaena* et *lea*, *draco dra-
caena*, *hospes hospita*, *sospes sospita*, *leno lena*, *strabo
straba*, et si qua similia inveniantur. Est autem hoc
nomen, id est *rex* et *regina*, verbale, quia a verbo
nascitur: ex hoc tamen quoque fit verbum denomi-
nativum, id est a nomine derivatum, *regno regnas
regnat*. Quale nomen est? Appellativum, generis foe- 88
minini, numeri singularis, figurae simplicis, hic casus
nominativi, declinationis primae. Quae derivantur
ex eo? A *rege regina*, *regius*, *regalis*. Quid interest
inter *regius* et *regalis*? *Regius* possessivum, *regalis*
vero ad claritatem pertinet, id est dignus rege. Dic
diminutivum ejus. *Regulus* et *regillus*, quae etiam
propria inveniuntur. Inde puto etiam *regulam* dici,
qua mensura exaequatur, quasi mensuram regens.
Dic compositum ab eo. *Interrex*, *regificus*. *Gravi* 89
quae pars orationis est? Nomen. Quale? Adjectivum.
Cujus speciei? Primitivae, generis communis: omnia

§. 85. *Tria: potestas.* Post *tria* cum Lindem. omisi *quae?*

§. 86. *Fac ab eo comp.* Pro *ab ea* dedi e Cod. Mon. *ab eo.*

§. 87. *leaena et lea.* E Cod. Mon. inserui *et.*
regnas regnat. Hoc e Cod. Mon. adjeci.

§. 88. *inter regius et regalis.* Vulgo: *regium et regale.* Lin-
dem. *regium et regalem.*

§. 89. *Nomen. Quale?* Adjeci e Cod. Mon. interrogationem
quale? Mox ad *speciei* addidi *cujus?*

enim adjectiva in *is* desinentia communia sunt, et in *e* faciunt neutrum numeri singularis, figurae simplicis, casus ablativi. Omnia enim supradictae formae nomina in *i* terminant ablativum. Fac derivatum. *Gravior*, *gravissimus*, *gravitas* et *gravida*, et verbum
90 *gravo gravas*. *Iam* quae pars orationis est? Adverbium. Cujus est significationis? Temporis, figurae simplicis. Quem habet accentum? Gravem, ut omnia fere monosyllaba praepositiva, nisi differentiae ratio prohibeat, ut *ne*, quando μὴ significat, gravatur: quando vero τὸ πάνυ, circumflectitur. *Sic*, quando similitudinis est, circumflectitur, quando iurantis, gravatur,
91 ut, *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos*. *Dudum* quae pars orationis est? Adverbium temporis. Et sciendum, quod utrumque, id est *iam* et *dudum*, non solum de praeterito tempore dicitur, sed etiam de futuro, ut, *jam dudum sumite poenas*, quomodo *quando, aliquando*, *olim*, *unquam*. Haec omnia tam praeteritum quam futurum possunt significare, et putant quidam, *dudum* quasi *diu dum* dici: haec enim syllaba, id est *dum*, solet expletiva inveniri: ut, *quidum*, *agedum*, *adesdum*. *Saucia* quid est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Derivativae, sive participialis. Nam a participio *sauciatus* nascitur *saucius*, quomodo a *lassatus lassus*, a *laceratus lacerus* vel

---

et gravida. Omisi cum Lindemanno: *hic et haec grandis et hoc grande et grando*, quae alienissima sunt.

§. 90. *Gravem, ut.* Vulgo: *gravem et.* Illud Lindem. e Codd.

Sic tua Cyrneas rel. Virg. Ecl. IX. 30. *Iam dudum sumite poenas.* Aen. II. vs. 103.

§. 91. *Cujus speciei?* Inseruit Lindem. e Codd. *cujus.*

lacerus vel lacer. Miror, Lindemannum extremas voces omisisse, cum, cur spuriae habendae sint, equidem non intelligam. Pro *et* scripsi *vel* e Cod. Mon. Quae in Edd. his adduntur: *Sic enim Ovid. VI. Metamorphoseon*, Lindemannus, quem ego secutus sum, recte omisit. Cod. Mon. *Ovidius in fastis sexto met.*

Cura quae pars orationis est? Ita Cod. Mon. Lindemannus, quod minus probandum: *Cura quid est?*

Appellativum. Potest tamen et Dea aliqua. Cf. ea, quae Lindemannus ad h. l. annotavit.

§. 92. *Quaeritur — esse non potest.* De his acute et subtiliter disseruit Lindemannus, quem vide.

lacer. *Cura* quae orationis pars est? Nomen. Quale?
Appellativum. Potest tamen et Dea aliqua intelligi.
Scimus enim, quod Virgilius apud inferos inter mon- 92
stra, habitantia in faucibus inferorum, ponit etiam
curas quasi deas aliquas, *ultrices posuere cubilia Cu-
rae.* Quaeritur, verbum ex re, an res ex verbo potius
nascatur? Antecedit verbi actus, quo sine res esse non
potest. Nec enim cursus intelligi potest sine cur-
rente, nec cogitatio sine cogitante: sic ergo nec cura
sine curante. Videtur ergo esse derivativum verbale,
a verbo *curo, curas, curat.* Dic nomina derivativa
ex eo. *Curiosus, curagulus, curator, curatio, cura-
tura, curia, curialis.* Dic composita. *Securus, obscu-
rus, tricurium;* et quidam putant, ab eo *curam* dici,
quod *cor urit* vel *agitat.*

Interea medium Aeneas jam classe tenebat. Scande VI
versum. *Intere amedi umAene asjam classete nebat.* 93
Quot caesuras habet? Semiseptenariam. Quot figu-
rarum? Decem: habet enim tres dactylos et duos
spondeos. Tracta singulos pedes. *Intere, amedi,
aene, asjam, classete, nebat.* Quot partes orationis
habet hic versus? Sex. Quot nomina? Tria, *medium,
Aeneas, classe:* verbum unum, *tenebat.* Quid aliud?
Duo adverbia, *interea* et *jam.* *Interea* quae pars ora- 94
tionis est? Adverbium. Cujus significationis. Tem-

Dic nomina derivativa. E Cod. Mon. recepi *derivativa* pro *derivata*, quod Edd. exhibent.

Dic composita. Ita Cod. Mon. Vulgo: *composita*, omisso *dic.*

quod cor urit vel agitat. Indicativum pro subjunctivo restitui ego e conj. Nam Cod. Mon. quamquam *agitat* praestat, tamen *jurat* (pro *urat*) exhibet. Lindemannus omisit *urit* vel *urat*, servavit *agitat*. Mihi tamen *urit* abesse non posse videtur, cum *agitat* tantum ad explicandam vocem *urit* appositum sit. Nam ab *uro* et *cor* auctor hujus libelli *cura* derivari voluit.

§. 93. *Scande versum — tenebat.* Haec e Cod. Mon. inserui. Lindemannus etiam e suis Codd. adjecit.

Semiseptenariam. Omisi auctoritate MS. Mon. *ut. Interea medium Aeneas.* Lindemannus haec reliquit, et pro *ut* scripsit *dic.* Male. Cf. Caput superius.

Sex. Quot nomina? Tria. Ita Cod. Mon. et Lindem. Vulgo: *Septem. nomina tria*

§. 94. *Adverbium* Cod. Mon ita pergit: *δ. Quid est adverbium. μ. pars orationis et cetera. δ. quod accidunt adverbio.*

poris: potest tamen et loci esse. Cujus speciei? Derivativae: ab *in* enim derivatur *inter*, ex quo hoc adverbium componitur. Cujus est figurae? Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto, *inter ea*. Ideo corruptum dicimus *ea*, quia, cum sit neutrum plurale, corripi debet, sed quia factum est adverbium, producit *a*: in omni enim adverbio cum sit finalis *a*, producitur, excepto *ita*. Potest tamen et ablativus esse singularis, qui in compositione solet hujuscemodi inveniri, ut *quo-*
95 *circa, quapropter*. *Medium* quae pars orationis est? Nomen. Quid est nomen? Secundum Donatum pars orationis cum casu, corpus aut rem proprie communiterve significans: secundum Apollonium pars orationis, quae singularum corporalium rerum vel incorporalium sibi subjectarum qualitatem propriam vel communem manifestat. Quot accidunt nomini? Sex, qualitas, species, genus, numerus, figura, casus: nam comparatio generale accidens non est. Quale est hoc nomen? Appellativum. Cujus speciei? Adiectivae; est tamen mobile: videtur etiam derivativum esse a *modo*, hoc est a *mensura*, unde est et *modius*: et differentiae causa medius mutavit *o* in *e*: vel a Graeco
96 dictum est, μέσος, *medius*. Sciendum tamen, quod omnia adjectiva appellativorum in *us* desinentia mobilia sunt, excepto *vetus veteris*, quod antiquissimi *veter*

μ. III. significatio, species, figura. Nam comparatio generaliter non accidit omni adverbio. speciem autem habent omnia adverbia. S primitiva vel derivativa. cujus est significacionis hoc adverbium.

Cujus speciei? Cujus addi jubent Codd.

Cujus est figurae — Ex quibus. Haec et intermedia cum Lindemanno recepi e Codd. Lugd. et Mon.

Ideo corruptum. Post *ideo* omitti jussit Cod. Mon. *autem.*

corripi debet. Cod. Mon. Vulgo: *debuit corripi. et ablativus esse.* Ita Cod. MS. Mon. Vulgo: *ablativus intelligi.*

§. 95. *sibi subjectarum.* Sic Cod. Mon. Vulgo: *subjectorum*, omisso *sibi*. Eadem dedit Lindemannus meus.

Quot accidunt — accidens non est. Haec omnia Lindemannus auctoritate Cod. R. omisit. Fastidii quidem plena sunt; nec tamen propter hanc solam causam recidenda, eoque minus, cum in praestantiori Cod. S. reperiantur. Nec a Cod. Mon. absunt. Servavi ergo.

est tamen mobile. Ejeci cum Lindemanno *ad aliquid et* ante *mobile.*

hoc est a mensura. Addidi *a* e Cod. MS. Mon. *medius mu-*

dicebant. Cujus generis? Neutri. Dic masculinum. *Medius*, ex quo fit *media medium*. Omnia enim tam in *us* quam in *er* desinentia adiectiva, si sint secundae declinationis, cum apud Graecos vel communia vel mobilia inveniuntur, apud nos sine dubio mobilia sunt, ὁ εὐτυχὴς καὶ ἡ εὐτυχὴς καὶ τὸ εὐτυχὲς, *hic fortunatus haec fortunata hoc fortunatum*, ὁ ἀγαθὸς ἡ ἀγαθὴ τὸ ἀγαθὸν, *bonus na num*, ὁ ὁπλόφορος ἡ ὁπλοφόρα τὸ ὁπλόφορον, *armiger armigera armigerum*, ὁ ἱερὸς ἡ ἱερὰ τὸ ἱερὸν, *sacer a um*. Cujus est numeri? Singu- 97
laris, figurae simplicis, casus accusativi: *tenebat* enim verbum accusativum exigit. Est tamen in omnibus neutris idem casus nominativus, accusativus et vocativus. Cujus declinationis? Secundae: omnia enim in *um* desinentia sine dubio secundae sunt declinationis. Fac ab eo derivativum. *Medietas*, *mediocris*, 98
meditullium. *Medicus* quoque videtur inde dictus, qua temperantia medium est inaequalitatis, quae solet fieri ex contrariis elementis. *Mediastinus* quoque inde videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc est in medio lavantium stat. Dic aliud compositum. *Mediterraneus* et *mediamna*: adverbium *medie*. *Aeneas* 99
quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cujus speciei? Primitivae: generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominativi.

---

tavit. Haec restituit Lindemannus e Codd. Vulgo: *modius mutat*. Mox pro μέσος edidit Lindem. τῶν μέσος. Legendum fortasse τοῦ μέσος.

§. 96. *apud nos*. Haec adjeci e Cod. Mon.

ὁ εὐτυχὴς — καὶ τὸ εὐτυχές. Haec et quae sequuntur Graeca, omisit Lindemannus. Minus recte, puto. Nam etiamsi non legebantur in Codd. Lugd., tamen genuina esse videntur. Nec diversitas lectionis, qua in Edd. scripta reperiuntur, obstare potest, quo minus sane ea judicemus. Ed. Asc. τεχηρός τεχηρά τεχηρόν. Ita et Edd. Iunt. Ven. 1. Eadem pro ὁπλόφορος rel. ὁ ἡνιόφορος ἡ ἡνιόφορος τὸ ἡνιόφορον

§. 97. *Est tamen in omnibus neutris*. Pro et restitui e Cod. Mon. *est*.

adverbium medie. Lindemannum secutus omisi, quae his in Edd. addi solent: *verbum ab eo compositum dimidio dimidiae, inde dimidiatus*.

§. 99. *Nomen. Quale? — speciei*. Haec, Lindemanno praeeunte, e Cod. Mon. dedi. Vulgo: *Nomen propriae qualitatis speciei*.

Quotae est declinationis? Primae. Quare? Quia omnia Graeca in *as* desinentia, si apud illos per ου diphthongum effertur genitivus, apud nos sine dubio sunt primae, mutata ου in *ae*, ut *Αἰνείας Αἰνείου, Aeneas Aeneae.* Antiqui tamen hujuscemodi nomina absque s solebant proferre, quod Terentius ubique facit, *Sosia, Birrhia, Chaerea, Geta* ponens, ut in Andria: *Aut tu aut hic Birrhia.* Iuvenalis: *Ceu Marsya victus.* Fac ab eo quod est *Aeneas* derivativum. Possessivum *Aeneius Aeneia Aeneium:* et secundum Apuleium *Aeneicus Aeneica Aeneicum.* Sic enim ponit in epitomis historiarum *Aeneica gens.* Patronymicum *Aeneades* secundum analogiam: nam in *as* vel in *es* desinentia, si faciunt in ου genitivum Graecum, in *ades* faciunt patro-
100 nymica. Itaque hoc usus ubique est poeta: *Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant. Defessi Aeneadae.* In uno tamen loco auctoritate poetica usus *Aenides* dixit: *Sit satis, Aenide, telis impune Numanum oppetiisse tuis,* quasi ab *Aeneus* nominativo, sicut a *Peleus Pelides.* Unde etiam poemati suo *Aeneis* inscripsit, quod est foemininum *Aeneidae,* quod per synaloepham *Aeniden* dixit. Caeterum secundum analogiam ab *Aeneadae Aeneas*
101 *Aeneadis* debebat dici. *Iam* quae pars orationis est? Adverbium. Cujus est significationis? Temporalis. Cu-

---

Quotae est declinationis? E Cod. Mon. inserui ego textui *quotae est.* Idem fecerat Lindemannus.

per ου. Vulgo: *in ου.* Illud Codd. exhibent. Lindemannus omisit *diphthongum* et scripsit *faciunt* pro *effertur. in Andria.* II, 3, 32. *Ceu Marsya.* Iuven. Sat. IX, 1. 2.

§. 100. *Aeneadae* rel. Virg. Aen. VIII, 648. *Defessi Aeneadae.* Aen. I. vs. 157.

auctoritate poetica usus. Adjeci e Cod. Mon. *usus.* Sequens versus reperitur in Aen. IX, 653.

per synalaepham. Ita Lindem. e Codd. Lugd. pro *per synaeresim.*

Aeniden dixit. Auctoritate Cod. Mon. omisi: *sicut Pelides pro Peleides,* quae in Edd. addi superioribus solent.

§. 101. *Cujus est significationis — simplicis.* Haec ego dedi e Cod. Mon. Vulgo: *Adverbium temporis speciei primitivae figurae simplicis.* Lindemannus ut nos.

Per se acutum. Ita Cod. Mon. Vulgo: *per se acuitur. Nomen. Quale? Appellativum. Cujus est speciei?* Haec ego e Cod. Mon. reposui, Lindemanni exemplo. Vulgo: *Nomen appellativum speciei.*

jus speciei? Primitivae. Cujus figurae? Simplicis. Quem accentum recipit? Per se acutum, in versu autem gravatur, nisi encliticum ei adjungatur, ut *jamque*: tunc enim acuitur. *Classe* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Secundum quosdam derivativae. Quidam enim id derivatum esse putant *ἀπὸ τῶν κάλων*. Est autem *ὁμώνυμον* vel univocum: nam plura significat, id est et navium multitudinem et hominum collegia, et equitum ordines. Fac derivativum. *Classicus ca cum.* Sonitus quoque 102 tubarum *classica* inde nominatur, quia *classes* equitum ordines vocant, ut dictum est, quia maxime utuntur tubis. *Tenebat* quae pars orationis est? Verbum. Verbum quid est? Secundum Donatum pars orationis cum tempore et persona sine casu: secundum alios pars orationis cum tempore et modis sine casu actum vel passionem significans. Non enim omnia verba personas habent, ut infinita et impersonalia et gerundia: oportet autem definitiones generales esse. Quot accidunt verbo? Qualitas, conjugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona. Qualitas verborum in quo est? In modis et in formis. Cujus est modi? Indica- 105 tivi, formae perfectae, conjugationis secundae, generis sive significationis activae, singularis numeri, figurae

---

Secundum quosdam derivativae. Quidam enim id. Ita Cod. MS. Mon. Vulgo: *sec. quosdam: quidam autem inde.*

ἀπὸ τῶν κάλων. Recte sic edidit Lindemannus meus, quem ego secutus sum. Vulgo: ἀπὸ τῶν καλῶν.

ὁμώνυμον. Vulgo: *homonymum.* Lindemannus et hoc et illud repudiavit.

significat, id est. Adjeci e Cod. Mon. *id est.*

collegia. Omisi cum Lindemanno: *quae συμμορίας Graeci vocant.* Cod. Mon. *collectionem, quam — Graeci vocantur.* Rectissime, si Diis placet.

§. 102. *quia maxime.* Pro vulg. *qui* e Cod. Mon. recepi *quia.*

pars orationis cum tempore et persona sine casu. Haec e Codd. Lugd. et Mon. a Lindemanno et me addita sunt.

actum vel passionem. E Cod. Mon. restitui *actum* pro *actionem.* Ejusdem libri auctoritate *vel* reposui pro *sive*, quod ferri nullo modo potest.

Quot accidunt verbo? — et in formis. Haec, Lindemanno praeeunte, e Cod. Mon. hoc loco inserui. In Edd. leguntur eadem post *personae tertiae.*

simplicis, temporis praeteriti imperfecti, personae ter-
104 tiae. Declina. Indicativo modo, *teneo*, *tenebam*, *tenui*, *tenueram*, *tenebo*. Imperativo modo, *tene*, *teneat*, *teneto*, *teneamus*, *tenete*, *tenetote*, *teneant* vel *tenento*. Optativo modo: utinam *tenerem*, *tenuissem*, *teneam*. Subjunctivo modo, cum *teneam*, *tenerem*, *tenue-*
105 *rim*, *tenuissem*, *tenuero*. Infinitivo modo, *tenere*, *tenuisse*, *tentum ire* vel *tenturum esse*: dicitur tamen et a *tendo*, *dis*, *tentum ire*, sed in illo etiam *tensum* possumus dicere, in hoc autem *tentum ire* duntaxat, et similiter in omnibus, quae per hujuscemodi voces participiales proferuntur. Sunt autem supina duo et infiniti futurum, necnon etiam praeteritum in passivis et infinitivis impersonalium, quae similia sunt passivis, *tentum esse* vel *fuisse*, et *tensum esse* vel *fuisse*,
106 *tentum iri* et *tensum iri*. Quae differentia est inter infinita passivi et impersonalis? Quia passivum verbo eget tantummodo, ut *amari volo*: ostendo enim, me pati velle aliquid ab alio. Impersonale vero infinitum non solum verbo, utpote infinitum, sed etiam certa aliqua persona, sive per pronomen, sive per nomen eget, utpote impersonale. Si enim dicam *amari a me volo*, pro *amare* accipitur, quod est activum. Impersonale enim semper activam vim habet. Gerundia *tenendi*, *do*, *dum*, *tentum*, *tentu*: participia veniunt a verbo activo duo: praesentis
107 *tenens*, futuri *tenturus*. Declina etiam passivum. Indicativo modo, *teneor*, *tenebar*, *tentus sum* vel *fui*, *tentus eram* vel *fueram*, *tenebor*. Imperativo modo, *tenere*, *teneatur*, *teneamur*, *mini*, *antur*, *tenetor tu*, *tor ille*, *teneamur*, *teneminor*, *tenentor*. Optativo modo, utinam *tenerer*, *tentus essem* vel *fuissem*, *tenear*. Subjunctivo modo, cum *tenear*, *tenerer*, *tentus sim* vel *fuerim*, *tentus essem* vel *fuissem*, *tentus ero* vel *fuero*.

---

§. 104. In hac et sequenti paragrapho sustuli, Lindemannum secutus, et auctoritate Cod. Mon. jussus, singularum formarum singulas temporum significationes, quae in Edd. appositae reperiuntur contra usum auctoris. Idem deinde §. 107., in qua passivi formae recensentur, factum est. Cf. Lindemannum ad h. l.

§. 109. *lacrimans*. Falso scripsit Lindemannus hoc verbum per *ch*.

Dic caesuras — conjunctionem que. Lindemannus meus haec omnia omisit; minus recte, puto.

Infinitivo modo, *teneri*, *tentum esse* vel *fuisse*, *tentum* 108
iri. Participia duo, praeteriti *tentus*, futuri *tenendus*. Nomen verbale *tentor*, foemininum *tentrix*, ipsa res *tentio*. Cur *teneo tenui* facit, *teneor tentus sum*? Quia omnia in *neo* desinentia sic faciunt praeteritum, ut *moneo monui*, *moneor monitus sum*, *seneo senui*: exceptis *maneo mansi* et *maneor mansus sum*, et *neo nevi* et *neor netus sum*.

Sic fatur lacrimans classique immittit habenas. VII
Dic caesuras. Semiquinariam et semiseptenariam, 109
Sic fatur lacrimans classi. Quot figurarum est hic versus? Decem. Cur? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta singulos pedes. *Sicfa*, *turlacri*, *manscelas*, *siquim*, *mittitha*, *benas*. Quot partes orationis hic habet versus? Septem, nomina duo, *classi*, *habenas*, verba duo, *fatur*, *immittit*, participium unum, *lacrimans*, adverbium unum, *sic*, et conjunctionem, *que*. *Sic* quae pars orationis est? Adverbium significationis similitudinis, speciei primitivae, figurae simplicis. Et sciendum, quod omnia in c desinentia adverbia producuntur, excepto *donec*: nam *nec* inter
conjunctiones ponunt. Quem accentum habet? Cir- 110
cumflexum, nisi sit iurandi: tunc enim gravatur, ut apud Virgilium: *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos*, et quando *ut* vel *uti* subjungitur ei, ut *sic uti dixit*, *sic ut iussit*. *Fatur* quae pars orationis est? Verbum, modi indicativi, formae perfectae, conjugationis primae, generis vel significationis deponentis, numeri singularis, figurae simplicis, temporis praesentis, personae tertiae. Declina. Indicativo, *for*, *fabar*, *fatus sum* vel *fui*, *fatus eram* vel *fueram*, *fabor*. Imperativo modo, *fare*, *fetur*, *femur*, *famini*, *fentur*. Nam in prima conjugatione 111
imperativus modus secunda persona habet penulti-

Adverbium significationis rel. In his vulgatas editiones secutus sum. Lindemannus decantata ista „*Quid est adverbium*" et cetera e Cod. S. assumpsit.

desinentia adverbia. Adjeci e Codd. Lugd. cum Lindemanno *adverbia*.

§. 110. *Imperativo modo*. Lindemannum secutus omisi *tempore praesenti*.

§. 111. *imperativus modus*. Sic Lind. e Codd. Vulgo: *imperativo modo*.

mam a: tertia vero e, quam servat prima et tertia pluralis persona: nam secunda indicativum sequitur in omni conjugatione, *amare*, *ametur*, *amemur*, *amamini*, *amentur*. In secunda vero conjugatione secunda quidem persona productam habet *e* penultimam, tertia autem *a* post *e*, ut *docere doceatur*, quam servat prima et tertia pluralis, ut *doceamur docemini doceantur*. In tertia conjugatione *e* correptam habet penultimam secunda persona, ut *legere*, tertia vero *a*, quam servat prima et tertia pluralis, ut *legere legatur*, *legamur legi-*
112 *mini legantur*. In quarta *i* penultimam habet productam, ut *munire*, tertia vero persona *a* post *i*, quam servat prima et ertia pluralis, ut *muniatur muniamur munimini muniantur*. Sed haec in regulis verbalibus latius tractata invenies. Futuro, *fator* tu, *fator* ille, *femur fa-*
113 *minor fentur* vel *fantor*. Optativo modo, utinam *farer*, *fatus essem* vel *fuissem*, *fer*. Subjunctivo modo, cum *fer*, *farer*, *fatus sim* vel *fuerim*, *fatus essem* vel *fuissem*, *fatus ero* vel *fuero*. Infinitivo modo, *fari*, *fatum esse* vel *fuisse*, *fatum iri*. Gerundia, *fandi*, *do*, *dum*, *fatum*, *tu*. Participia veniunt a verbo deponenti tria, praesens *fans*, unde *infans*, qui loqui non potest: praeteritum *fatus*,
114 *ta*, *tum*: futurum *faturus*, *ra*, *rum*. Et sciendum, quod in omni verbo, quod habet participium praeteriti temporis, ex hoc per interpositionem *ru* facimus futurum, ut *amatus amaturus*, *doctus docturus*, *dictus rus*;

---

§. 113. Lindemannum secutus in hac etiam paragrapho singulas temporum notas, singulis formis appositas, omisi.

§. 114. *latius* pro *planius* e Lindemanni ed. recepi. Ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Lindem. restitui *cassus* pro *caritus*.

§. 115. *generat ex se.* Ex ed. Lindem. inserui *ex se. Excepta vero sunt.* Haec ego recepi ex Edd. Asc. Lindem. Vulgo: *Excipiuntur autem.* Ante *contingo* omisi praepositionem *a*, quam libri editi exhibent.

similes sunt activae. Lindemannus *similia* edidit, quod mihi lectionis monstrum esse videtur.

§. 116. *libeo enim [πελιδνοῦμαι] liceo vel liceor [ἐπιθεματίζω] significant.* Graeca hujus loci uncis inclusi, quia lectio incerta est. Edd. Ven. 2. Asc. Mediol. omiserunt Graecas voces, et lacunam reliquisse satis habuerunt. Ed. Iunt. — ἀσμενίζω — μαγγανεύω — praestat. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. receptas voces tuentur. Lindemannus totum locum expunxit. Recte ille monuit, πελιδνοῦμαι ferri hoc loco non posse. Ego Codicum ope destitutus veram lectio-

exceptis paucis, *mortuus moriturus*, in quo secundum analogiam praeteritum debuit esse *moritus*. Nullum enim participium u geminat. Similiter *orior ortus oriturus* pro *orturus*; *partus pariturus*; *erutus eruiturus*; *cassus casiturus*. Sed hoc quoque in regulis verborum latius tractavimus. Cur impersonale non habet hoc verbum? 115
Quia nullum in *or* desinens generat ex se impersonale, id est nec passivum, nec deponens, nec commune, excepto uno *misereor*, quod *miseret* facit impersonale, e contrario illorum, quae ex activis vel neutris nascuntur. Nam pleraque illorum vel magis omnia, exceptis paucis, passivam habent declinationem tertiarum personarum, ut *statur*, *amatur*, *quiescitur*, *itur*. Excepta vero sunt *contingo contingit*, *placeo placet*, *evenio evenit*, *vaco vacat*, *iuvo iuvat*. In quibus tertiae similes sunt activae personae vel neutrali impersonalium. Nam 116
poenitet, *piget*, *taedet*, *pudet*, *licet*, *libet*, positiva sunt, quamvis *libeo* et *liceo* dicatur, sed alterius sunt significationis: *libeo* enim [πελιδνοῦμαι] *liceo* vel *liceor* [ἐπιθεματίζω] significant. Antiquissimi tamen et *poeniteo*, et *pudeo*, et *pigeo*, et *misereo* dicebant. Nomen participiale vel verbale *fandus fanda fandum*. Pleraque enim verba, etiam si participia futura passiva non habent, nomina tamen hujuscemodi formae pleraque habere inveniuntur. Fac compositum ab eo, quod est *for*. 117
Affor affaris affatur, ut apud Virgilium: *Affaturque*

---

nem restituere non potui, quam ob causam lectionem incertam esse, uncis appositis, significavi.

pleraque inveniuntur habere. Quae jam in Edd. sequuntur, omittenda ego censui: *Praeterea quoque pleraque participia in tus desinant et mutant tus in tor et faciunt nomen verbale, ut amatus amator, doctus doctor, lectus lector, auditus auditor. Sic ergo fatus fator possumus dicere. Antiqui tamen etiam passive proferebant, fatus pro dictus dicentes, unde fatum dictum et jussum dei. Idem enim esse dicit Plato fatum voluntatem et jussionem dei.* De lectionis varietate cf. Lind. ad h. l.

§. 117. *For.* Cum Lindemanno omisi *faris*. *Virg.* Aen. II, 700. *a do dor.* Lindem. omisit *a do*. Post haec in Edd. adduntur: *ipsa res fatus et fatio fatum.* Optimo jure Lindemannus haec expulit *fasti τὰ ἡμερολόγια*. Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. *ἀποφράδες*. Equidem lectionem Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. servandam putavi. Falsissime edidit Lindem. *et festi*, omissa Graeca voce.

deos et sanctum sidus adorat. Et sciendum, quod rarissime simplicis prima persona invenitur in usu *for*, quomodo et a *do dor.* Inde putant quidam etiam *fas* et *nefas* dictum, quod justum est dici vel taceri: ex quo *fasti* et *nefasti* dies, et *fasti τὰ ἡμερολόγια.* Cur participium hujus verbi praeterito tempore *a* habet ante *tus?* Quia omnia, quae in *avi* faciunt praeteritum in activis, et omnia communia et deponentia primae conjugationis in *atus*, *a* penultima producta, praeteritum participii faciunt, ut *amo amavi amatus*, *accuso accusavi tus*, *luctor atus*, *osculor osculatus*, *criminor atus.*
118 *Lacrimans* quae pars orationis est? Participium. Cujus generis? Communis trium generum. Omnia enim participia praesentis temporis trium generum sunt, et in duas desinunt consonantes n et s. Nam etsi naturaliter quaedam verba ad solos pertinent mares, ut *futuo*, *devirgino*, vel ad foeminas, ut *futuor*, *nubo*, *devirginor*, possumus tamen in alterum sexum transferre, vel figurate, vel per irrisionem, vel per epicoena, ut si dicam, *bona anima est*, *quae istam virginem devirginavit*, vel *bonus animus*, *qui illi marito nupsit.* Bene igitur dicitur, quod omnia verba et participia apta sunt ad
119 omne genus dici. Cujus casus? Nominativi: potest tamen etiam esse vocativi. Omnia enim sive nomina sive participia nominativum et vocativum similem habent, exceptis Graecis et in us desinentibus secundae declinationis, cujus propria, si ante us i habuerint, abjecta us, vocativum faciunt, ut Virgilius Virgili, Terentius Terenti. Alia vero omnia us in e convertentia faciunt vocativum, ut Turnus Turne, socius socie, mirtus mirte. Virgilius in Bucolico: *Et vos, o lauri, carpam, et te, proxima mirte.* Est tamen invenire etiam in
120

§. 118. *Participium.* Lindemannum secutus eliminavi e textu haec: *Di. quid est participium? Ma. Pars orationis partem capiens nominis partemque verbi. Di. Participio quot accidunt? Ma. septem. Di. quae? Ma. Genus, numerus, figura, casus, tempus, significatio, forma.*

§. 119. *Nominativi.* Omisi cum Lindemanno *in hoc loco.* Mox *tamen etiam esse* pro *tamen et* recepi ex ed. Lind.

Omnia enim sive. Lindem. secutus adjeci *sive* et mox *omnia* post *alia vero.*

Virg. in Buc. II, 54.

hujuscemodi saepe euphoniae vel metri causa nominativum pro vocativo positum, ut Lucanus: *Degener o populus: populus* pro *populo* posuit, et Virg. *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum: fluvius* pro *fluvio* posuit. Cujus est temporis? Praesentis: nulla enim participia in duas consonantes desinentia temporis praeteriti vel futuri inveniuntur. Sciendum autem, quod, 121
quomodo participia praeteriti temporis conjuncta cum verbis temporis praesentis praeteritum tempus significant, ut *lectus sum es est*, sic participia praesentis, si conjungantur cum verbis praeteriti temporis, loco praeteriti temporis accipiuntur, ut *amans feci, studens legi.* Cujus est significationis? Activae: nascitur enim a verbo *lacrimo as at.* Cujus activum vim passivam, passivum activam videtur habere. Nam patitur dolorem, qui lacrimat, et facit, qui lacrimatur. Multa tamen similia inveniuntur, ut *lugeo* et *lugeor*, *ploro* et *ploror.* Formas suorum verborum vel species activa habent participia, ut *lecturio lecturiens*, *fervesco fervescens*, *curso cursans*, *cursito cursitans*. Cujus numeri? Singularis, 122
figurae simplicis. Cui casui adjungitur? Accusativo, *lacrimans illum.* Necesse est enim omnia participia iis casibus adjungi, quibus et verba, ex quibus nascuntur, ut *lacrimo illum*, *lacrimas illum*, *invideo tibi*, *invidens tibi*, *misereor tui*, *miserens tui.* Nam si ad alium casum transeunt, perdunt vim participii, et ad nomina transferuntur, ut si dicam, *amans illum*, participium est, quia et *amo illum* dicimus: sin autem *amans illius*, nomen est, quod significat ὁ ἐραστὴς ἐκείνου. Vnde 123
etiam comparationem accipit, *amantior amantissimus:* similiter *timens illum*, et *timens illius*, *fugiens illum*, et *fugiens illius.* Semper tamen ex participio praesentis

---

§. 120. *Lucanus.* II. vs. 116. *Virg.* VIII, 77. Cf. Lib. VII. Cap. V. §. 22. s. fin. (Vol. I. p. 306.)

§. 121. *passivum activam.* Post *passivum* Lindemannum secutus delevi *vim.*

species activa. Inserui ego ex ed. Lindem. vocem *activa*, quae abesse nullo modo posse videtur.

ad alium pro *in alium* e Codd. Lugd. Lindemannum secutus restitui. Deinde auctoritate Cod. S. pro vulg. *transeant* scripsi *transeunt*, quod Lindemannus immerito, puto, repudiavit.

§. 123. *fugiens illius.* In Edd. adduntur haec: *ut Terentius*

temporis tria gerundia vel participialia solent nasci, ablata s, et addita di, do, dum, ut *amans amandi do dum*, *lacrimans lacrimandi do dum*, et participium futuri passivum *lacrimandus* a *lacrimor*. Est tamen
124 etiam nomen, ὁ δακρυτέος. Quotae est declinationis *lacrimans?* Tertiae. Omnia enim participia praesentis temporis tertiae sunt declinationis, utpote in duas desinentia consonantes: praeteriti vero temporis participia et futuri cum sint mobilia, masculinum et neutrum secundae habent declinationis, foemininum vero primae, ut *hic* et *haec* et *hoc lacrimans*, *lacrimatus lacrimata lacrimatum*, *lacrimandus lacrimanda lacrimandum*, *lacrimaturus lacrimatura lacrimaturum*.
125 *Classi?* De hoc superius sufficienter tractavimus. *Que* quae pars orationis est? Conjunctio. Quid est conjunctio? Pars orationis adnectens ordinansque sententias. Quot accidunt conjunctioni? Tria: potestas, figura, ordo. Cujus est potestatis? Copulativae,

---

in Phormione: fugitans litium. Lindemannus edidit e Codd. Lugd. *fugiens litium.* Equidem haec ab interpolatore addita esse credo. Cum enim in Codd. Lugd. desint *in Phormione*, maxime videtur esse probabile, in margine quendam adscripsisse verba Terentii, *fugitans litium*, quod ea memoria tenebat. Cum vero *fugitans* minus huic loco esset conveniens, correxit deinde, nescio quis, hanc vocem et reposuit *fugiens.* Tum vero e margine haec in textum illata sunt. His rationibus adductus sum, ut totum locum omitterem.

ὁ *δακρυτέος.* Quae in Edd. his adduntur: *Di. Declina verbum tam activum quam passivum. Ma. lachrymo, lachrymas, lachrymat. lachrymor, lachrymaris vel lachrymare, lachrymatur* (Lindemannus: *lacrimor lacrimatus*), tam inania et vana sunt, ut recipere ea pigeat.

§. 125. *Quid est conjunctio — ordo.* Haec et intermedia omisit Lindemannus.

Que ve ne. Omisi vocem *enclitica*, quae his praeponi solet, auctoritate Cod. R. Lindemannus e Cod. S. reposuit: *Quae enclitica.*

§. 126. *quoque namque.* Pessime Lindemannus mihi *namque* ad sequentia traxisse, et ab hac conjunctione novam periodum incepisse videtur.

amittit encliticae. Post *amittit* omisi cum Lindemanno *et.*

denique itaque. Itaque est quando. E conjectura ego hunc locum emendare studui. Bis igitur scripsi *itaque* et post alterum inserui *est.* Persuasum scilicet habeo, auctorem discrimen

ordinis postpositivi. Est autem encliticum et haec et aliae duae conjunctiones *ve ne*. *Ne* vero solet etiam abjecta *e* encliticam vim possidere, ut *Pyrrhin'*, *tanton'*: *que ve ne* praepositionibus ante se positis erigunt extremae syllabae fastigium, ut *propterque illum*, *interve homines*. Cujus figurae? Simplicis. Compo- 126
sita *que* semper postponitur, ut *atque*, *quoque*, *namque*. Syllabice quoque additur in fine et vim conjunctionis amittit enclitice, ut *undique*, *denique*, *itaque*. *Itaque* est quando penultimo acuto profertur, id est, quando conjunctio est rationalis. *Utraque*, *pleraque*, quaeritur, cum sint una pars orationis, nec *que* divisa pro conjunctione accipiatur, cur non tertium ab ultimo acutum habuerunt? in quo possumus dicere, quod accentus masculinorum et neutrorum, qui penultimus est acutus, acuit et foeminina in suam legem concidentia. Nec mirum euphoniae 127
causa hoc in his evenisse, cum in aliis quoque com-

---

notare voluisse, quod interest inter *itaque* (antepenultima acuta) et *itaque* (penultima acuta). Nam penultima acuenda est, quando conjunctio est rationalis et pro *ergo* ponitur. Ita Lindemannus etiam hunc locum intellexisse videtur, cum edidit: *Tunc autem penultimo acuto profertur.* Unde vero *tunc* hauserit, non indicavit. Rectissime pro *antepenultima* Cod. restituit *penultimo*. Cod. S. ita hunc locum expressit: *Namque syllabice quoque additur in fine et vim conjunctionis amittit encliticae, ut: undique, denique, itaque. Quando autem penultimo acuto profertur id est,* rel. Ed. Asc. *namque. Syllabice quoque additur in fine et vim conjunctionis amittit et encliticae ut undique denique itaque quando antepenultima acuto profertur.* Non nego, hanc etiam genuinam haberi posse lectionem. Simplicissima certe est. Cum Ed. Asc. consentiunt Edd. Ven. 1. 2. Non temere tamen totum locum ita legendum statuas: *namque. Syllabice quoque additur in fine, et vim conjunctionis amittit encliticae, ut undique, denique, itaque, quando antepenultimo acuto profertur; est autem quando penultimo acuto profertur, id est, quando conjunctio est rationalis.*

Utraque, pleraque, quaeritur. Lindemannus: *quaeruntur*, quod e correctione ortum est.

pro conjunctione. Lindemannus: *vel pro conjunctione.*

§. 127. *in aliis quoque compositis.* Ita Lindemannus, quem ego secutus sum. Vulgo: *in aliis quoque quibusdam compositorum.*

positis hoc idem invenitur, ut *calefacis, tepefacis, suaverubens,* quae omnia debent secundum analogiam in antepenultima habere acutum, in penultima tamen
128 habuerunt. *Immittit* quae pars orationis est? Verbum, modi indicativi, formae perfectae, conjugationis tertiae correptae, generis activi, numeri singularis, figurae compositae ex corrupto et integro. *In* praepositio mutavit *n* in *m,* quia sequens verbum ab *m* incipit. Solet enim vel *p* vel *m* vel *b* sequente *n* in *m* converti in compositione, ut *compono, committo, immitto, imbuo.* Cujus temporis? Praesentis, perso-
129 nae tertiae. Declina. Indicativo modo, *immitto, immittebam, immisi, immiseram, immittam.* Imperativo modo, *immitte immittat, immittamus immittite immittant; immittito tu immittito ille, immittamus immittitote immittunto.* Optativo modo, *utinam immitterem, immisissem, immittam.* Subjunctivo modo, *cum immittam, immitterem, immiserim, immisissem, immisero;* infinitivo modo, *immittere, immisisse,* futuro, *immissum ire* vel *immissurum esse.* Impersonalia, *immittitur, immittebatur, immissum est* vel *fuit, immissum*
130 *erat* vel *fuerat, immittetur.* Imperativo, *immittatur, immittitor.* Optativo, *utinam immitteretur, immissum esset* vel *fuisset, immittatur.* Subjunctivo modo, *immittatur, immitteretur, immissum sit* vel *fuerit, immissum esset* vel *fuisset, immissum erit* vel *fuerit.* Infinita, *immitti, immissum esse* vel *fuisse, immissum iri.* Gerundia, *immittendi immittendo immittendum, immissum immissu.* Participia activi, *immittens* et *immissurus.* Passivum, *immittor, immittebar, immissus sum* vel *fui, immissus eram* vel *fueram, immittar.* Imperativo, *im-*

---

hoc idem invenitur. Lindem. omisit *idem* et e Codd. reposuit *invenitur* pro *inveniatur,* quod ego recepi.

§. 128. *In praepositio.* Vulgo: *Nam compositio.* Illud Lindemannus e Codd. protulit.

§. 131. *pecto pexui: sic Asper de verbo.* Opportunissime Lindemannus laudavit locum similem, qui in majori volumine, Lib. X. Cap. 8. §. 47. reperitur. Equidem ibi reliqui lectionem vulgatam *pectivi;* nunc tamen video, Lindemannum recte *pexui* legendum esse censere. Hanc enim lectionem exhibent Codd. Heidelb. Luth. Lips. 1. 2. Erl. 1. 2. Dresd. eamque etiam in Codd. Lugd. reperiri Lindemannus testatur.

mittere immittatur, immittamur immittamini immittantur, immittitor tu immittitor ille, immittamur immittiminor immittuntor. Optativo modo, *utinam immitterer, immissus essem* vel *fuissem, immittar.* Subjunctivo modo, *cum immittar, immitterer, immissus sim* vel *fuerim, immissus essem* vel *fuissem, immissus ero* vel *fuero.* Infinita, *immitti, immissum esse* vel *fuisse, immissum iri.* Participia passiva, *immissus, immittendus;* nomen verbale *immissor, immissio* ipsa res. Cur 131
misi facit praeteritum? In *to* desinentia verba, *c* quidem antecedente, tria sunt, quorum unum in *xi* facit praeteritum perfectum, *flecto flexi,* duo autem in *xui, necto nexui, pecto pexui:* sic Asper de verbo: Charisius vero *pexi* protulit. E brevi antecedente, in eandem *to* syllabam terminantia duo inveniuntur, quorum alterum in *vi* syllabam, alterum in *ui* disiunctas faciunt praeteritum, *peto petivi, meto messui.* [Cato in 132
II. Originum: *In campo Tiburti, ubi hordeum demessuit.* Cassius Hemina in III. Annalium: *Ubi hordeum demessuerunt.*] P antecedente unum invenitur, *inepto ineptui.* R antecedente duo, *verto verti,* et *sterto sterti.* T antecedente unum invenitur, *immitto immisi.* Sed antecedente *s* unum, *sisto steti,* quod etiam a *sto steti* fit. Cum igitur in *si* faciunt praeteritum perfectum, supina in *sum* vel in *su* faciunt, ut *laesi, lusi, risi, arsi, laesum, lusum, risum, arsum,* vel *laesu, lusu, risu, arsu,* unde et *laesus, lusus, risus, arsus: laesurus, lusurus, risurus, arsurus.* Fac alia a verbo 133
mitto composita. *Amitto, demitto, summitto, committo, admitto, permitto, promitto, praemitto, emitto, omitto, remitto.* [Ab *admitto admissarius*, ab *emitto emissarius*

---

§. 132. *Cato in II. Orig.* Lindemannus pro *Tiburti* edidit *Tiburtino,* quod e correctione natum est. *Cassius Hemina in III.* Recte Lindemannus pro V. posuit III. Cf. Prisc. Lib. X. Cap. 8. §. 47. s. fin. Ibi autem in Catonis loco pro *ibidem iterum metit*, legendum est: *ubi hordeum idem iterum metit.* Ita Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 1. 2. Luth. Uncis inclusi hos locos, cum ab aliena manu additos et e margine in textum temere illatos esse persuasum habeam. Absunt a Cod. R. testante Lindemanno.

§. 133. *omitto, remitto.* Quae post haec in Edd. sequuntur: „*ab admitto admissarius, ab emitto emissarius nascitur. Et a simplici missus hic et haec missilis et hoc missile. Pos-*

nascitur. Et a simplici *missus* hic et haec *missilis* et hoc *missile*. Possumus etiam hic et haec *missibilis* et hoc *missibile* dicere, quomodo *penetralis* et *penetrabilis*.] *Habenas* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Derivativae. Unde derivatur? A verbo *habeo*: inde etiam aspirationem habet, et per *b* mutam scribitur. Nam *avena*, quae τὸν βρόμον significat, et sine aspiratione est, et per *v* scribitur. Est igitur *habena* cum aspiratione nomen verbale. Cujus generis? Foeminini. Cujus numeri? Pluralis, figurae simplicis, casus accusativi,
134 declinationis primae. Cur? Quia omnia in a desinentia declinationis primae sunt, exceptis neutris, quae Graeca sunt, et apud Graecos in τος faciunt genitivum, apud nos autem *os* in *is* convertentia tertiae sunt declinationis, ut τόρευμα τορεύματος, *toreuma toreumatis*, σχῆμα τος, *schema schematis*. Literarum vero nomina tam in *a* quam in alias quascunque literas desinentia, et apud nos, et apud Graecos indeclinabilia sunt, ut ἄλφα, βῆτα, γάμμα. Non recte enim Donatus digammum posuit. Ab *habeo* fit *habito*, *habitudo*, *habitaculum*, *habilis*. Composita, *inhibeo*, *cohibeo*, *prohibeo*, *perhibeo*, *exhibeo*.

VIII *Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix.* Scande
135 versum. *Tuquoque litori busnos trisAe neia nutrix.* Quot caesuras habet? Duas: semiquinariam et semiseptenariam. *Tu quoque litoribus nostris.* Quot figurarum est? Decem; habet enim tres dactylos, et duos spondeos. Tracta singulos pedes. *Tuquoque litori busno*

---

sumus etiam hic et haec missibilis et hoc missibile dicere, quomodo penetralis et penetrabilis." ea omnia tam aliena sunt huic loco, tamque varie scripta, imo corrupta sunt in editionibus, ut ab auctore hujus libri ipso addita esse equidem non credam. Nec tamen eliminanda esse censui, sed uncos apposuisse satis habui. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. ita: *omitto, remitto, immissarius, remissarius. Nascitur et missus. sagitta ab emittendo, hic et haec missilis et hoc missile. Possumus etiam* rel.

§. 134. *perhibeo.* Hoc ex ed. Lindem. reposui.

§. 135. *Scande versum — nutrix.* Haec et intermedia e Cod. R. (ed. Lindem.) reposui. Lindemannus inde a „*Scande versum — conjunctionem quoque*" omnia omisit. Ego post *quoque* haec delevi: *Di. Tracta per singulas*

stris Aeneia nutrix. Quot habet partes orationis? Sex: nomina tria, *litoribus, Aeneia, nutrix;* pronomina duo, *tu, nostris;* conjunctionem, *quoque. Tu* quae pars orationis est? Pronomen. Quid est pronomen? Pars orationis, quae pro nomine posita tantundem pene significat, personamque interdum recipit. Ideo autem dico pene, quia substantiam tantum significat, non tamen etiam qualitatem, quomodo nomen. Bene 136
igitur videntur fecisse, qui carentia personis finitis separant a pronominibus. Nam pronomen proprie est, quod pro proprio nomine ponitur. Itaque quia propria nomina plus aliis omnibus nominibus finita sunt, (certam enim rem aliquam significant,) pronomen quoque, quod loco proprii nominis accipitur, debet finitas personas habere. Sunt igitur pronomina, de quibus nulla dubitatio est, primitiva quidem personae primae, *ego* et obliqui casus ejusdem pronominis; secundae *tu*, tertiae vero sex: *sui, ille, iste, is, hic, ipse:* derivativae primae personae: *meus, noster, nostrás;* secundae: *tuus, vester, vestrás;* tertiae: *suus.* Haec tam apud nos quam apud Graecos pronomina ab omnibus accipiuntur. Caetera vero, quae sunt in- 137
finita, vel interrogativa, vel relativa, substantiae, vel qualitatis, vel quantitatis, vel numeri, magis nomina dicenda sunt quam pronomina. Substantiae, infinitum vel interrogativum, *quis:* relativum, *qui:* qualitatis, interrogativum vel infinitivum vel relativum, *qualis:* significat enim *ποῖος* penultimo acuto, et *ποιός* ultimo acuto, et *οἷος* vel *ὁποῖος*. Ejus redditivum *talis.* Quantita-

---

partes. Ma. Tu quoque. Quae Lindemannus etiam expunxit.

Pars orationis, quae pro nomine posita. Post *orationis* inserta leguntur in Edd. haec: *quae pro proprio nomine uniuscujusque accipitur, personasque finitas recipit. Item aliter pronomen est pars orationis.* Lindemannum secutus illa omnia delevi, cum absint a Codd. Lugd.

quia substantiam tantum. Ita Lindem. e Codd. Vulgo: *quis quamvis substantiam.*

§. 136. *Nam pronomen.* Adjecit Lindem. *nam. nulla dubitatio est.* Auctoritate Codd. omisit Lindemannus haec: *quindecim, octo primitiva et septem derivativa.*

§. 137. *ποῖος penultimo acuto — οἷος vel ὁποῖος.* Hic locus

tis interrogativum vel infinitivum vel relativum *quantus:* significat enim πόσος penultimo acuto, et ποσός
158 ultimo acuto, et ὅσος. Redditivum ejus *tantus*. Numeri interrogativum et infinitum et relativum, *quot*. Significat enim πόσοι. penultimo acuto, et ποσοί ultimo, et ὁπόσοι. Ejus redditivum *tot*. Derivativum ejus, quod est *quis*, *cujus cuja cujum*, et *cujâs*, et ab eo, quod est *quot*, *quotus* et *quotenus*. Quibusdam ab eo, quod est *tot*, videtur esse *totus*, sed alia videtur esse significatio. Haec tamen nomina praedicta plerique Latinae artis scriptores pronomina esse infinita dixerunt. Nec mirum, cum Didymus quoque, et multi alii vetustissimi Graecorum inter articulos haec
159 numeraverunt. Romani vero, cum articulos non habeant, inter pronomina posuerunt. Tanta autem videtur esse cognatio articulorum et pronominum, quod Stoici in una parte orationis utrumque posuisse inveniantur, articulos finitos pronomina dicentes. Quae vero grammatici Graecorum inter articulos ponunt,

---

legitur in Cod. S. (testante Lindemanno) ita: *Significat enim ΠΟΙΟC penultimo acuto; et ΠΟΙΟC ultimo acuto;* et *Ο ΠΟΙΟC. ejus redditivum* rel. Cod. R. *Significat enim ΠΟΙΩC vel ποιοc penultimo acuto quod est interrogativum et ΠΟΙΩC vel ποc ultimo acuto redditivum.* rel. Edd. Ven. 2. Asc. *Significat enim οποιος et penultimo acuto, quod est interrogativum et ποσοσ ultimo acuto. Infinitum et ποσοσ relativum ejus redditivum.* Ed. Iunt. *S. e.* ποίος *penultimo acuto quod est interrogativum et* ὁ ποιὸς *ultimo acuto, quod est infinitum et* ὁποῖος, *quod est relativum.* Putsch. — ποίος — ποιός — ὁποῖος —. Lindemannus: — ποῖος — ποιὸς — ὁποῖος Ego in his reddendis discessi ab editoribus reliquis. Ac primum quidem expunxi, *quod est interrogativum — quod est infinitum — quod est relativum.* Nam haec omnia absunt a Cod. S. et in Cod. R. unum tantum legitur horum additamentorum, *quod est interrogativum*. Haec e margine, in quo ad voces Graecas accuratius explicandas notata erant, in textum translata esse puto. Deinde addidi ego οἷος *vel*. Nam quod legitur in Cod. R. *ποc* vel *ποιoc*, pro voce Graeca οἷος positum videtur. Cf. Lib. XVII. Cap. 5. §. 39. (Vol. II. p. 29.). Ibi tamen vitium corrigendum est, quod a me commissum nunc quidem intellexi. Ego enim, temere deletis ποίως καὶ ὁποίως, reliqui πῶς καὶ ὅπως, cum haec potius delenda, illa autem servanda erant. Vide tamen, annon scribendum sit ποίως καὶ οἵως.

πόσος *penultimo acuto*. Lindemannus e Cod. S. edidit: τὰ

illi infinitos dicebant esse articulos. Necnon etiam supradictas dictiones, quas Apollonius, Herodianus et Dionysius inter nomina rationabiliter posuerunt. Haec autem satius in libro, qui est de pronomine, tractavimus. Sed ut breviter dicam, loco propriorum 140
nominum non possunt accipi ea, quae generalia sunt etiam appellativorum, quod suum est pronominum. Nam dicentes *quis* interrogamus de omni substantia, vel *qualis* de omni qualitate, vel *quantus* de omni quantitate, vel *quot* de omni numero. Pronomen autem definitae alicujus personae vult esse, et rem certam significare. Quot accidunt pronomini? Sex: 141
species, genus, numerus, figura, persona et casus. Cujus est speciei? Primitivae. Fac ab eo derivativum. *Tuus tua tuum*, et adverbium *tuatim*, et per ἐπέκτασιν *Tute*, te correpta, ut, *O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti.* Cujus generis? Communis trium generum. Quomode enim apud Graecos ἐγώ, σύ, οὗ, trium sunt communia generum, sic et apud

---

πόσος. Post *acuto* addidit Lindemannus: *quod est interrogativum.* Absunt haec ab Edd.

et ποσός ultimo acuto. Lindem. *ultimo acuto ποσός.* Ego haec ad antecedentia accommodanda esse putavi, quippe in quibus accentus notatio voci Graecae postposita reperitur. Post ὅσος omisi *quod est relativum.*

§. 138. *et ποσοί.* Addidi haec ex ed. Lindem. in qua scriptum est *et ultimo ποσοί quotus et quotenus.* Recte post *quotus* omisit Lindemannus *quotennis.* Haec enim vox nihili est Cf. supra Lib. XVII. Cap. 5. §. 22. 23. Ibi in Edd. Ven. pro *quotenus* legitur *quotennis.* Vide Not. Crit. ad §. 23.

scriptores. Ita pro *scriptorum* Lindemannus e Codd.

§. 139. Post *inter pronomina* omisit Lindem. auctoritate Codd. *haec.*

posuisse inveniantur. Ita Cod. S. testante Lindemanno, qui e Cod. R. dedit *pos. videantur.* Vulgo: *esse putant.*

Herodianus. Lindem. omisit *que.* Idem pro *posuerunt* edidit *posuisse videntur.*

§. 141. *Cujus est speciei?* Addidi ego e conj. *est.* Lindem. adjecit *tu* e Codd.

te correpta. Ita Lindem. pro vulg. *quae est correpta. ut, O Tite tute Tati.* Inseruit Lindem. e Cod. uno *Ennius,* quod ab interpolatri e manu adscriptum esse videtur.

ἐγώ, σύ, οὗ. In his Lindemannum secutus sum. Vulgo: *ἐγώ σύ ἐμοῦ σοῦ οὗ.*

nos *ego* et *tu*, *mei*, *tui*, *sui*. Numeri singularis, figurae simplicis, personae secundae, casus nominativi et vocativi. Hic autem magis nominativus est, cum per apostrophen dicitur, quae exigit nominativum, et cum *quoque* conjunctum, quod ad alios nominativos relatum est, id est, *ut Misenus et Palinurus*, *tu*
142 *quoque*. *Quoque* quae pars orationis est? Conjunctio: accipitur enim pro *et tu*. Est tamen etiam loco adverbii invenire hanc dictionem positam, ut, *Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem*. Hic enim pro similiter necesse est id accipi, cum sequitur *et*. Quid est conjunctio? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Quot accidunt conjunctioni? Tria: potestas, ordo et figura. Cujus est potestatis *quoque?*
143 Copulativae. Cujus ordinis? Postpositivi. Vetustissimi tamen solebant etiam praeponere eam. Cujus figurae? Compositae ex corrupto et integro; *quo* enim corripitur, quod si produceretur, esset integra pars. Quem habet accentum? Penultimum acutum; omnes enim fere conjunctiones postpositae generalem ser-
144 vant accentuum regulam. *Litoribus* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum, generis neutri, numeri pluralis, figurae simplicis, casus dativi, declinationis tertiae correptae. Cur? Quia omnia in *us* desinentia neutra tertiae declinationis sunt, et in *ris* faciunt genitivum. Excipitur *pus* indeclinabile, et *virus*, quod Lucretius secundae posuit declinationis: *Diri primordia viri*. *Pelagus* vero Graecum est, *hoc pelagus pelagi*, et *vulgus vulgi*,
145 tam masculinum quam neutrum. Quot differentias habet

---

§. 142. *Quoque quae pars orationis est?* Adjeci e conjectura *orationis*.

Multa quoque rel. Virg. Aen. I, 5.

§. 144. *Diri primordia viri*. Lucr. de Rerum Natura Lib. II. vs. 457.

§. 145. *supradictorum neutrorum nominum? Si verbis*. Equidem in his a vulgata lectione et interpungendi ratione discedere non ausus sum. Nam unice vera mihi esse videtur. Edd. Ven. Asc. Iunt. Mediol. *Supradicti casus neutrorum nominum si verbis adjacent*. In ed. Lindem. typotheta foedum vitium commisit, hanc interpunctionem instituens: *supradicti casus neutrorum nominum. Si verbis adjacent*. Miror, Lindemannum meum in Notis ad hunc librum nihil de hoc vitio monuisse. Mira est loquendi ratio, *quae verbis adjacent*.

penultima genitivi in ris terminantium supradictorum neutrorum nominum? Si verbis adiacent, quae e correptam penultimam habuerint, servant *e* ante *ris* genitivi, ut *munero munus muneris*, *vulnero vulnus vulneris*, *sidero sidus sideris*, (ex quo componitur *considero* et *desidero*,) *latero latus lateris*, *operor opus operis*. Si vero mono- 146
syllaba sint, et producuntur in nominativo, servant quoque *u* ante *ris* in genitivo quoque productam, ut *jus juris*, *tus turis*, *rus ruris*, *plus pluris*. Si vero sint comparativa, masculinorum eorundemque foemininorum sequuntur genitivum, id est o penultimam servant ante *ris*, ut *minor*, *minus*, *minoris*; *major*, *majus*, *majoris*. Alia vero omnia *o* correptam habent ante *ris*, ut *corpus corporis*, *pectus pectoris*, *litus litoris*, *pignus pignoris*, *foenus foenoris*, quamvis verba eorum magis e penultimam habent, *pignero* et *foenero*. Fac ab eo 147
derivativum, quod est *litus*. *Litoreus* et *litoralis*. Quidam autem *litus* ἀπὸ τῶν λιτῶν volunt esse, quia proficiscentes et revertentes solent ibi vota concipere. *Nostris* quae pars orationis est? Pronomen. Quale? Possessivum et derivativum. Ex quo casu solent derivari? Ex genitivo, ut *nos nostrum* vel *nostri*, *noster*. Itaque sine dubio ex singulari numero ostenditur: *ego mei meus*, *tu tui tuus*, *sui suus*: unde et penultimae corripiuntur. Cujus generis hic? Neutri. Sciendum tamen, quod omnis dativus et ablativus pluralis, tam in nominibus mobilibus quam in pronominibus et participiis, communis est trium generum. Cujus 148
numeri? Pluralis, figurae simplicis, casus hic dativi.

---

§. 146. *producunt u*. Recte sic Lindemannus edidit pro vulg. *producuntur*, omissa litera *u*, quae abesse non potest.

genitivo quoque. Lindemannus e Codd. addidit *quoque*. Idem post *genitivum* inseruit *id est*.

Alia vero omnia. Hanc postremam vocem recepi ego ex ed. Lindem. *servant*. Ita Lindem. pro *servantia*.

pignoris. Omisi cum Lindem. et *pignoris*; item et *foeneris* post *foenoris*.

§. 147. *vota concipere*. Addidit Lindem. e Cod. S. et Edd. Ven. Mediol. Asc. *dona litare*, quod glossema mihi esse videtur. Post *cujus generis* addidit Lindem. *hic*.

Sciendum tamen. Ita Codd. Lugd. pro *Sed sciendum*.

§. 148. *casus hic dativi*. Inserui cum Lindem. *hic*.

Omnis autem dativus et ablativus pluralis similis est, ut dictum est. Et unde possumus scire differentiam? A junctura et ordinatione, idem ἀπὸ τῆς συντάξεως, quae facile potest sciri ex singularium junctura, quae non habet similes dativum et ablativum, ut in omnibus primae declinationis nominibus, et tertiae in *e* terminantibus ablativum, et quartae et quintae. In his
149 enim manifeste ostendit casus differentiam. Cum igitur verbum *dedisti* sine dubio dativum exigit, si quis supradictarum declinationum nominum ordinet, necesse est dativum adjungere, ut, *dedisti poetae* vel *homini* vel *senatui* vel *rei*. Non licet enim nisi dativum huic verbo adjungere. Et nota, quod quatuor habent declinationum differentias pronomina. Sunt enim, quae tam genitivum quam dativum in *i* terminant, quae sunt tria et communia trium generum, ut *ego mei*
150 *mihi*, *tu tui tibi*, *sui sibi*. Sunt quae genitivum in *ius*, dativum vero in *i* proferunt, qui casus sunt communes trium generum, ut *ille illius illi*, *ipse ipsius ipsi*, *iste istius isti*, *hic hujus huic*, *is ejus ei*. Sunt alia, quae secundae declinationis nominum declinationem servant, qualia sunt possessiva, *meus mea meum*, *tuus tua tuum*, *suus*, *noster*, *vester*. Sunt etiam alia tertiae declinationis nominum declinationem servantia, *no-*
151 *strâs*, *vestrâs*, *nostratis et vestratis*. *Aeneia* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum: quamvis enim possessoris nomen proprium significat, tamen omnis possessio ejus commune hoc nomen potest habere, ut *Aeneia mater*, *Aeneia nutrix*, *Aeneia mens*, *Aeneia fames*, *Aeneia facies*, *Aeneia manus*, *Aeneius ager*, *Aeneius filius*, *Aeneius ensis*, *Aeneium lumen*, *Aeneium munus*, *Aeneium regnum*. Cujus generis? Foeminini, numeri singularis, figurae simplicis, declinationis primae.
152 Ex quo nomine derivatur? Ab *Aenea*, de quo superius latius diximus. *Nutrix* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Appellativorum verbalis. Ex quo verbo masculinum ejus

---

quae facile. *Quae* pro *quod* restitui ex ed. Lindem.

§. 149. *exigit, si quis — ordinet.* Ita Lindemannus meus edidit pro vulg. *exigat, si quod — ordines.*

§. 150. *qui casus sunt communes.* Ita Lindem. e Codd. Vulgo: *quae sunt communia.*

nascitur? A *nutrio.* Solent autem in *tor* verbalia in *trix*
facere foeminina, mutata *tor* in *trix*, ut *lector lectrix.*
In supradicto vero euphoniae causa vel alternitatis, id
est παραλληλότητος, *tri* syllaba subtracta est contra re-
gulam. Cum enim *nutritor* sit masculinum, debuit
foemininum *nutritrix* esse, sed absurditas soni minuit
syllabam. A quo verbo derivatur? A *nutrio nutris nu-*
trit. Declina verbum activum. Indicativo modo, 153
Nutrio is it, nutrimus itis unt; nutriebam bas bat, nu-
triebamus tis bant; nutrivi nutrivisti nutrivit, nutrivi-
mus stis runt vel *re; nutriveram ras rat ramus ratis*
rant; nutriam es et emus etis ent. Imperativo modo, *nutri*
nutriat, nutriamus te ant, nutrito tu, nutrito ille, nutria-
mus tote triunto. Optativo modo, *utinam nutrirem,*
res, ret, nutriremus, retis, rent, utinam nutrivissem,
sses, sset, nutrivissemus, tis, ent, nutriam, as, at, uti-
nam nutriamus atis ant. Subjunctivo modo, *cum nu-* 154
triam, as, at, amus, atis, ant, cum nutrirem, res, ret, nu-
triremus, tis, ent, cum nutriverim, ris, rit, nutriverimus, tis,
rint, cum nutrivissem, ses, set, emus, etis, ent, cum nutrivero,
ris, rit, rimus, ritis, rint. Infinitivo modo, *nutrire, nutritum*
ire, vel *nutriturum esse.* Verbo impersonali, *nutritur, batur,*
nutritum est vel *fuit, nutritum erat* vel *fuerat,* futuro, *nu-*
trietur. Imperativo modo, *nutriatur, nutritor.* Optativo, 155
utinam nutriretur, nutritum esset vel fuisset, nutriatur.
Subjunctivo, *cum nutriatur, nutriretur, nutritum sit* vel
fuerit, nutritum esset vel *fuisset, tum erit* vel *fuerit.* Ge-
rundia vel participialia nomina, *nutriendi nutriendo*
nutriendum, nutritum nutritu. Duo participia veniunt a
verbo activo, praesens, *nutriens*, futurum, *nutriturus*
nutritura nutriturum. Ejus passivum, indicativo modo, 156
nutrior, nutriebar, nutritus sum vel *fui, nutritus eram* vel
fueram, nutriar. Imperativo, *nutrire nutriatur nutria-*
mur nutrimini nutriantur, futuro, *nutritor tu, nutritor*
ille, nutrimur nutriminor untor. Optativo, *utinam nu-*
trirer, nutritus essem vel *fuissem, nutriar.* Subjunctivo,
cum nutriar, rer, nutritus sim vel *fuerim, nutritus essem*

---

secundae declin. nominum declinationem servant. In his ego Lindem. secutus sum. Vulgo. *sequuntur secundam declinationem mobilium nominum.*

Sunt etiam alia. Pro *et* restituit Lindem. *etiam.*

vel *fuissem*, *nutritus ero* vel *fuero*. Infinitivo, *nutritum esse* vel *fuisse*, futuro, *nutritum iri*. Duo participia veniunt a verbo passivo, praeteritum, *nutritus nutrita nutritum*, futurum, *nutriendus nutrienda nutriendum*. Nomen verbale, *nutritor* et *nutrix*, ipsa res, *nutritio*. Fac ab eo derivativum. *Nutricula*, quae est diminutivum, ut Juvenalis: *Gallia vel potius nutricula causidicorum.*

IX *Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce*. Scande
157 versum. *Utbel lisi gnumLau renti Turnusab arce.* Quot caesuras habet? Unam semiquinariam. Quomodo? *Ut belli signum*. Quot figurarum est hic versus? Quinque. Quare? Quia constat ex quatuor spondeis et uno dactylo. Tracta per singulos pedes. *Utbel, lisi, gnumLau, renti, Turnusab, arce.* Quot partes orationis habet? Septem. Quot nomina? Quinque: *belli signum Laurenti Turnus arce*. Quid aliud? Adverbium *ut*, et praepositionem *ab*. *Ut* quae pars orationis est? Hic adverbium temporale, alias autem similitudinis; potest esse et adjecta *i*, tamen eandem significationem habet *uti;* cui cum adjicitur *nam*, fit adverbium optantis *utinam*. Similiter compositum cum *vel, velut* et *veluti*, adverbium similitudinis est.
158 Et quando ὅπως vel ἵνα Graecum significat, pro conjunctione causali accipitur. Est etiam quando optativum est, ut Terentius in Phormione: *Ut illum dii deaeque omnes perdant*. *Belli* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Derivativae. Ab eo, quod est *bonum*, *bellum* diminutivum est. Per ἀντίφρασιν igitur, hoc est, per

---

§. 156. *Juvenalis*. Sat. VII. vs. 148.

§. 157. *Unam semiquinariam*. Ex ed. Lindem. adjeci *unam. et uno dactylo*. Cum Lindem. omisi *et uno trocheo*.

Cui cum adjicitur. Inserui ego e conj. *cum;* tum recepi ex ed. Lind. *adjicitur* pro *additur;* denique omisi *et* post *nam. cum vel*. Ex ed. Lind. recepi *vel*.

§. 158. *Terentius in Phorm*. IV, 4, 6. Cf. Lindem. ad h. l. in Notis p. 340.

§. 159. *Terentius in Adelphis*. IV, 2, 51. Quae post hunc locum Terentii Lindemannus e Cod. R. recepit, spuria sunt. Haec ille: *Sicut enim invenitur bellior bellissimus a positivo, qui est bellus; ita a comparativis neutralibus, majus et grandius, inveniuntur deminutiva, majusculus,*

contradictionem pro *malo bellum* dicitur, id quod
malo hominum est inventum. A bono autem nascitur *bonus bellus*, et foemininum *bona bella*, et neutrum *bonum bellum* facit. Omnia enim in *us* desinentia 159
masculina geminant *l* in diminutivis, ut *geminus gemellus, gemina gemella, geminum gemellum*. Et sciendum, quod inveniuntur etiam ipsorum diminutivorum comparativa et superlativa, quomodo comparativorum diminutiva, quae apud Graecos non invenis. Unde Terentius in Adelphis: *Atque unumquodque, quod quidem erit bellissimum, carpam.* Ex *bello*, quod bonum significat, *bellaria* dicuntur, τὰ τραγήματα. Dic ab eo, quod est *bellum*, quod pugnam significat, derivativum aliud. *Bellicus, ca, cum, bellicosus. Bellienus* 160
quoque proprium est a *bello* derivatum. *Bello as* verbum, ex quo *bellax*, quod est trium generum. *Bellatus* enim participium *bellator* et *bellatrix* facit. Ab eo est etiam *Bellona*, dea bellorum. *Duellum* dicebant antiqui pro *bellum*, ex quo *perduellio*. A *bello* componitur *bellipotens*, et *belliger*, et *imbellis*, et *rebellis*, et *rebello* verbum. Et *debello* quoque compositum est verbum. Inde etiam *debellatum est*. *Belli portae*, quamvis duae sint partes, pro uno tamen nomine proprio accipiuntur, quod significat fores Iani
templi. *Signum*, quae pars orationis est? Nomen. 161
Quale? Appellativum. Cujus speciei? Primitivae. Fac derivativum ab eo. Diminutivum, *sigillum*. Verbum, *signo as*, et *signio signis*. Ex eo compositum, *insigno insignis*, unde *insignitus*. Praeterea *significo as*, et *signifer*, et *antesignanus*, hoc est, propugnator

---

majuscula, majusculum; grandiusculus, grandiuscula, grandiusculum, et a plus plusculus, pluscula, plusculum.

A bono autem nascitur. Adjeci ex ed. Lind. *nascitur.*

§. 160. *Bellienus.* Lindem. *Belligenus* e Cod. R. *quoque.* Vulgo: *quod.* Illud Lind. e Codd. restitui.

A bello. Vulgo: *ab eo.* Rectissime illud recepit Lindem. quem ego secutus sum.

componitur. Lindem. minus recte, *compositum est.*

Belli portae. Post *belli* omisi *enim.* Lindemannus e conj. dedit *etiam.*

§. 161. *Fac derivativum ab eo. Diminutivum.* Recte ita tacitus correxit hunc locum Lindem. Vulgo: *fac deriv. ab eo vel dim.*

signorum, et *designo, consigno, resigno,* unde Virgilius
in IIII. *Et lumina morte resignat.* Est autem univo-
cum, id est ὁμώνυμον: significat enim τὴν σφραγίδα,
καὶ τὸ ἄγαλμα, καὶ τὸ τοῦ πολέμου σημεῖον, τὸ ἐν τῷ
κόντῳ, καὶ τὸ σύνθημα, καὶ τὴν σάλπιγγα, ut Lucanus:
162 *Signa canunt. Laurenti* quae pars orationis est? No-
men appellativum, speciei derivativae, possessivum.
Est tamen etiam patriae, si est ablativus ab eo, quod
est *hic* et *haec* et *hoc Laurens Laurentis.* Potest
tamen et proprium ipsius civitatis esse, si genitivus
accipitur, *hoc Laurentum hujus Laurenti*, ut sit *ab
arce Laurenti*, hoc est, *ab arce urbis Laurenti.* Sed
si est ab eo, quod est *hic* et *haec* et *hoc Laurens,
ab hoc* et *ab hac Laurenti,* pro *Laurentina* posuit,
unde Lucanus: *Laurentinosque penates. Laurentum*
autem nominatum est a *lauro* inventa in arce, teste
ipso poeta. Compositum ab eo, quod est *laurus?
Lauriger*, unde *laurigeros currus.* A *lauro* etiam *lau-
reatus, ata, atum.* Cicero *fasces laureatos*, hoc est
victoriae lauros habentes, et ex ea proprium, *Lauren-
tius Laurentia.* Et comprehensivum, quod Graeci
περιεκτικὸν vocant, *lauretum*, veluti *mirtetum, rose-
163 tum.* Dic possessivum. *Laureus*, quomodo *mirteus,
corneus, a, um. Laurus* quotae declinationis est?
Invenitur et secundae et quartae. Omnia enim ar-
borum nomina in us desinentia foeminina sunt, et
secundae declinationis, ut *cupressus cupressi, mirtus
mirti, ulmus ulmi, ornus orni, pirus piri:* exceptis
quinque, quae tam secundae, quam quartae inveni-
untur, *quercus, laurus, pinus, ficus, cornus. Laurea*
164 etiam pro *lauro* accipitur. *Turnus* quae pars ora-
tionis est? Nomen. Quale? Proprium. Cujus speciei?
Univocae: potest enim etiam appellativum intelligi

---

hoc est propugnator signorum. Temere haec expulit Lindemannus.

designo. Inseruit Lind. *unde designatus*, quod glossema est.

resigno. Recte omisit Lindem. *id est aufero.*

Virg. in IV. Aen. vs. 244. Post hunc locum legitur in Edd. *id est aufert*, quae ego cum Lind. delevi. τοῦ πολέμου. Ita Lind. pro τῶν πολέμων. Idem ἐν τῷ κόντῳ scripsit secundum Codd. pro ἐπὶ τῷ κόντῳ.

piscis palustris, et fluvius. Fac ab eo possessivum. *Turnius, a, um*, sicut a *Saturnus Saturnius, a, um.* Patronymicum potest secundum analogiam dici *Turnides*, sed raro in Latinis nominibus solent ejusmodi formae patronymicae fieri, quamvis poeta *Scipiadas* figuravit a *Scipione*. *Ab* quae pars orationis est? Praepositio. Cui casui servit? Ablativo. Quid inter- 165
est inter *ab* et *a* et *abs?* Quod consonante sequente *a* plerumque scribendum est, vocali vero omnimodo *ab*. Invenitur *ab* etiam consonantibus sequentibus, sed quae non aspere post *b* sonant. *A* vero vocali sequente, nisi loco sit consonantis, *i* vel *u* nunquam invenitur, ut *a Iove, a Venere. Abs* autem *q* vel *t* vel *c* sequentibus paucis anteponitur tam in appositione quam in compositione: in appositione, ut *abs te*, pro *a te*: in compositione, ut *abstuli, abscondo, absque ullo malo*, pro *sine ullo malo. Arce* 166
quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Derivativae. Ab *arceo* verbo dicitur *arx*, quae facile munimento suo arcet hostes. Inde etiam summitates montium, ex quibus facile possunt depelli hostes, *arces* dicuntur, et *arcus*, quod longe *arceat* similiter hostes. Cujus est conjugationis verbum *arceo?* Secundae, generis vel significationis activae. Declina verbum activum. *Arceo, bam, arcui, eram, arcebo.* Imperativo, *arce, at, te, ant*, vel *cento.* Futuro, *arceto tu, arceto ille*, et pluraliter, *arceamus arcetote arcento* vel *arceant.* Opta- 167
tivo modo, tempore praesenti et praeterito imperfecto, *utinam arcerem, arcuissem*, futuro, *utinam arceam*, Subjunctivo modo, *cum arceam, arcerem, arcuerim, arcuissem, cum arcuero.* Infinitivo, *arcere, arcuisse, arcitum ire* vel *arciturum esse.* Gerundia vel partici-

---

τὸ σύνθημα. Omisi, quae post haec addita leguntur: *ut in eodem libro: Dat bello tessera signum.* Leguntur haec in libro septimo. Nexum turbant.

§. 164. *et fluvius.* Haec omisit Lindemannus. Idem pro *per analogiam* reposuit *secundum analogiam*, quod ego recepi.

a Scipione. Adduntur in Edd. haec: *sed et ipsum ἀπὸ τοῦ ἐπιθέτου, quod graecum est, videtur esse.* Haec ego exturbavi. Cf. Lib. II. Cap. 6. §. 32. et Notam Crit. (Vol. I. p. 78.). Ibi etiam ejicienda erant: ἀπὸ τοῦ ἐπιθέτου.

pialia nomina, *arcendi*, *arcendo*, *arcendum*, *arcitum*, *arcitu*. Participia veniunt a verbo activo duo, *arcens*, *arciturus*. Passivum, *arceor*, *ris* vel *cere*, *arcetur*, *arcebatur*, *arcitus sum* vel *fui*, secundum analogiam, quamvis in usu deficit, compositum tamen ejus, *coerceor coercebar coercitus sum*, in frequenti est usu. Praeteritum plusquamperfectum, *arcitus eram*
168 vel *fueram*. futuro, *arcebor*. Imperativo modo, tempore praesenti, *arcere*, *arceatur*, *arceamini*, *arceantur*. Futuro, *arcetor tu*, *arcetor ille*, *arceminor*, *arcentor*. Optativo modo, *utinam arcerer*, *arcitus essem* vel *fuissem*, *arcear*. Subjunctivo modo, *cum arcear*, *arcerer*, *arcitus sim* vel *fuerim*, *arcitus essem* vel *fuissem*, *arcitus ero* vel *fuero*. Infinitivo, *arceri*, *arcitum esse* vel *fuisse*, *arcitum iri*. Gerundia vel participialia nomina communia sunt tam activo quam passivo, *arcendi*, *arcendo*, *arcendum*, *arcitum*, *arcitu*. Duo participia veniunt a verbo passivo, praeteriti, *arcitus*, futuri, *arcendus*.

X *Atque ea diversa penitus dum parte geruntur*.
169 Scande versum. *Atquea*, *diver*, *sapeni*, *tusdum*, *partege*, *runtur*. Quot caesuras habet? Duas, semiquinariam et semiseptenariam. Quot figurarum est? Decem. Quare? Quia constat ex tribus dactylis et duobus spondeis. Tracta per singulos pedes. *Atquea*, *diver*, *sapeni*, *tusdum*, *partege*, *runtur*. Quot partes orationis habet hic versus? Septem. Quot nomina? Duo, *diversa* et *parte*. Quot verba? Unum, *geruntur*. Quot pronomina? Unum, *ea*. Quot adverbia? Duo,
170 *penitus* et *dum*. Quot conjunctiones? Unam, *atque*. *Atque* quae pars orationis est? Conjunctio. Cujus potestatis? Copulativae, ordinis communis, id est tam praepositivi, quam postpositivi invenitur. Sed raro postponitur, quomodo *etiam*, *et*, *quia*. Quid interest inter *que* et *ac* et *atque*? Quod *que* semper postpositiva est

---

§. 170. *quomodo atque*. Quae Lindemannus hoc loco e Cod. R. inseruit, non erant recipienda.

Et autem. Vulgo: *Et atque*.

§. 171. *Primitivum an deriv*. Lindemanno duce omisi *est* post *primitivum* in Edd. positum. *Quot sunt*. Hanc vocem recepi ex ed. Lindem.

et enclitica, et significat non modo *et*, sed etiam τε Graecam, quando repletiva est, *ac* autem semper praepositiva est, et accipitur etiam pro adverbio similitudinis, quomodo *atque*, ut, *Haud secus ac jussi faciunt*. *Et* autem tam praepositive quam postpositive posita copulationem solam significat. Cujus figurae est *atque*? Compositae ex duobus integris, *at* et *que*. Quem habet accentum? Praepositiva omnis conjunctio et praepositio gravatur, postpositiva vero generalem accentum servat dictionum. *Ea* quae pars orationis 171
est? Pronomen. Quale? Subjunctivum vel relativum. Primitivum an derivativum? Primitivum. Quot sunt pronomina indubitabilia? Primitiva quidem octo: primae personae unum, *ego*; secundae unum, *tu*; tertiae sex, *ille*, *ipse*, *iste*, *hic*, *is*, *sui*. Et quare prima persona et secunda singulas habent voces, tertia vero tot et tam diversas? Quia prima persona et secunda semper sunt praesentes, et juxta se collocantur; tertia vero modo longe, modo praesens, modo absens, modo demonstrativa, modo relativa, modo discretiva. Quid interest inter *hic* et *iste* et *is*? Quia 172
hic praepositivum est et demonstrativum, et in declinatione nominum a grammaticis pro articulo accipitur; *iste* vero demonstrativum est, *is* subjunctivum, vel relativum. *Ille* potest et in loco aliquo longe posito esse demonstrativum et relativum, potest tamen idem esse et cum significantia aliqua proferri, ut, *Sic Iuppiter ille monebat*. *Ipse* autem relativum et discretivum est, ut, *Ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est*, discretivum est, ut, *ego ipse*, *tu ipse*, *ille ipse*. Ideo autem discretivum dicitur, quia discernit personam, cui adjungitur, ostendens, per se facere et non per alium, hoc est, ipse per me, et non per alium. Dic, derivativa pronomina quot? Septem, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, *nostrâs* et *vestrâs*. Quot sunt declina- 173

---

juxta se collocantur. Haec est lectio Cod. Lugd. R. Lindem. *colloquuntur.* Vulgo: *loquuntur.*

§. 172. *potest tamen idem esse.* *Potest* recepi ex ed. Lind.

ille ipse. Omisi ego: *ut, quaeque ipse miserrima vidi.* Lind. reliquit et addidit: *Idem in secundo Aen.* *discretivum dicitur.* Recte Lind. post *discretivum* expunxit *esse*.

tiones pronominum? Quatuor. Una illorum, quae in *i* faciunt genitivum et dativum, ut *mei mihi*, *tui tibi*, *sui sibi*. Secunda illorum, quae in *ius* habent genitivum, *illius*, *hujus*. Tertia eorum, quae secundum mobilia declinantur nomina, ut *meus*, *tuus*, *suus*. Quarta, quae tertiam nominum declinationem servat, ut *nostrâs* et *vestrâs*. Quae sunt dubia? Quae Stoici quidem antiquissimi inter articulos cum praepositionibus ponebant. Romani autem inter pronomina infinita vel interrogativa vel relativa vel redditiva, Dionysius vero et Apollonius et Herodianus rationabiliter inter nomina
174 posuerunt. Sunt autem substantiae vel qualitatis vel quantitatis vel numeri infinita. Substantiae, ut *quis*, quod tam interrogativum est quam infinitum, cujus relativum est *qui*, quod per se quidem acuitur, in relatione vero gravatur. Invenitur tamen etiam pro *quis*, atque tunc circumflectitur. Obliqui autem eorum casus quando relationem significant, gravantur. Qualitatis *qualis*, quod penultimam circumflectit, quando interrogativum est, quando vero infinitum est vel relativum, acuit ultimam, quae tamen in lectione sopitur.
175 Ejus redditivum *talis*. Dic quantitatis. *Quantus*, quod similiter tria significat, interrogationem, relationem, infinitionem. Interrogativum est, quando penultima acuitur; quando vero ultima, infinitum est vel relativum, quod similiter in lectione sopitur. Ejus redditivum *tantus*. Numeri *quot*, quod similiter tria significat, interrogationem, infinitionem, relationem: sed quando interrogativum est, acuitur, quando autem relativum vel infinitum, in lectione gravatur. Ejus red-
176 ditivum *tot*. Dic derivativum ab eo, quod est *quis*. *Cujus cuja cujum*, quae sunt possessiva infinita, quae Graeci non habent. Praeterea *hic* et *haec cujatis* et *hoc cujate*, *hujus cujatis*, quae sunt gentilia et infinita. Et est sciendum, quod haec declinationem pronomi-

---

§. 175. *Interrogativum est, quando penultima acuitur; quando vero ultima, infinitum est* rel. Haec ego dedi ex ed. Lindem. Vulgo: *Quando vel infinitum est vel interrogativum, acuitur, quando vero relativum, in locutione gravatur.*
relativum vel infinitum. Vulgo *vel infinitum* post *acuitur* ponitur. Equidem transposui auctoritate Lindemanni.
§. 176. *hic et haec cujas*. Ita Lind. Vulgo: *cujatis*.

num habent, *quis* vel *qui, cujus.* Et eam tamen inaequalem, cum accusativum *quem* faciat, et ablativum *a quo* vel *a qui,* et dativum pluralem *quis* vel *quibus.* Quae sunt alia nomina, quae declinationem pronominum habent? In *ius* quidem desinentia sex, ut *unus, nullus, ullus, solus, totus, alius.* In *er* vero duo, *uter* et *alter,* et ex his composita. Excipitur *neuter neutri.*
Dic nominativum ab eo, quod est *ea.* Masculinum ejus 177
is, foemininum *ea,* neutrum *id.* Quid habet notandum hoc pronomen? Quod nominativum pluralem masculinum tam in *ei* facit quam in *ii,* et dativum et ablativum tam in *eis* quam in *iis:* et quamvis *i* duplicetur, tamen pro una accipitur syllaba in metris, quomodo *di* et *dis* pro *dii* et *diis.* Fac ab eo, quod est *is,* compositum. *Idem ejusdem.* Et quid interest inter masculinum et neutrum. Quia masculinum producitur, neutrum vero corripitur. *Diversa* quae pars orationis est? 178
Nomen appellativum, speciei derivativae. Unde derivatur? A verbo *vertor, versus* participium, unde est factum nomen compositum, *diversus diversa diversum.* Generis foeminini, numeri singularis, quando foemininum est; quando vero neutri, pluralis. Et notandum, quod omnia mobilia in *a* facientia foeminina et nomina et pronomina et participia similem habent foemininum singularem et neutrum pluralem, ut *primus prima,* et pluraliter *prima; pulcher pulchra,* et pluraliter *pulchra; armiger armigera,* pluraliter *armigera; satur satura,* et pluraliter *satura; ille illa,* et pluraliter *illa; ista, ea* et *haec* singulariter est foemininum, et pluraliter neutrum. Necnon etiam *quis quae* tam in singulari foemininum quam in plurali neutrum. Participia quoque, *amaturus amatura amaturum,* pluraliter *amatura; amatus amata amatum,* pluraliter *amata.* Cujus numeri? Sin- 179
gularis, quia foemininum est in hoc versu, figurae compositae ex duobus integris, id est, *di* praeposi-

---

§. 177. *ab eo, quod est ea.* Vulgo: *a. e. q. e. id.* Illud restituit Lindem. Idem reposuit e Codd. *neutrum id.*

tam in eis quam in iis. Haec Lind. e Codd. Vulgo *in eis et in is. di et dis.* Ita Lindem. e Codd. Vulgo: *dii et diis.*

pro dii et diis. Haec ego dedi e conj. Vulgo *dei et deis.*

§. 178. *Unde derivatur.* Haec ego ex ed. Lind. inserui. Quae sequuntur in hac paragrapho pleraque ex eadem ed. emen-

ione, quae separatim non invenitur per se, et *versa*. Sunt autem inseparabiles praepositiones, quae per se separatae nunquam possunt inveniri, hae, *di dis re se an* et *con*: quas tamen praepositiones ideo dicimus, quod interpretatio quoque earum apud Graecos, praepositiones eas esse, ostendit, et praepositivum locum semper sibi in compositione defendunt: *diversus* tamen apud Latinos frequenter non solum pro varius, sed etiam pro separatus accipitur et discretus, ex
180 quo derivativum etiam *diversitas*. *Penitus* quae pars orationis est? Adverbium. Cujus significationis? Hic localis, alias qualitatis: significat enim prorsus vel intima parte, ut *causas penitus tentare latentis*. Cujus speciei? Primitivae: ex eo enim nomen *penitior* et *penitissimus* nascitur et adverbium comparativum *penitius*, superlativum *penitissime*. Cujus figurae?
181 Simplicis. *Dum* quae pars orationis est? Adverbium temporale. Est etiam conjunctio causalis, quando pro ἵνα Graeca conjunctione accipitur, ut, *Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem*. Et sciendum, quod *dum* adverbium indicativo conjungitur, conjunctio vero subjunctivo. Est tamen etiam quando pro conjunctione repletiva accipitur, ut, *Sosia, adesdum, paucis te volo*. Et, *Nedum illi corruptis moribus victoriae temperarent*. Ex eo derivatur *dudum*. Post *nec* quoque vel *non* posita adverbium est temporale, ut
182 *necdum nondum*. *Parte* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Primitivae, generis foeminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus ablativi. Cur *partis* facit? Quia omnia

---

datione. Res, quae tractantur, tam sunt futiles, ut legere haec pigeat.

§. 180. *intima parte*. Ita Lind. e Codd. Vulgo: *in intimam partem*. Sequens versus reperitur in Aen. III, 32. Post hunc locum leguntur in Edd. haec: *et hic tamen similem habet significationem penitus, id est in penitissima parte, hoc est in intima Italiae. Antiqui enim et penitior et penitissimus solebant ab eo dicere, velut ulterior ultimus*. Haec enim partim inepta partim otiosa et importuna sunt. Cf. §. sequentem.

ex eo enim nomen. Post *enim* auctoritate Lindemanni omisi *fit*.

in *rs* vel *ls* vel *ns* desinentia, interposita *ti*, faciunt genitivum, ut *pars partis*, *puls pultis*, *mons montis*, exceptis a *corde* compositis, quae *d* habent pro *t*, ut *vecors vecordis*, *discors discordis*; servant enim primitivi consonantem genitivi; et differentiae causa *frons frondis*, ἡ φυλλὰς, et *lens lendis*, τὸ κονίδιον. Praeterea *glans glandis*, *libripens libripendis*, quod a
verbo *pendo* componitur. Fac ab eo, quod est *pars*, 183
diminutivum. *Particula*. Verbum vero *partio* et *partior*, quod in eadem invenitur significatione, et ex eo composita similiter *dispertio* et *dispertior*, *impertio* et *impertior*, Dic ab eo composita. *Participium* et *participo* verbum. Similiter componeuntur ab eo *expers* et *particeps* et *proportio* et *bipartitus* et *tripartitus* et similia. *Geruntur* quae pars orationis est? Verbum. Quale? Perfectum. Quomodo dictum? Indicativo modo. Cujus significationis? Passivae, conjugationis tertiae correptae, numeri pluralis, figurae simplicis, temporis praesentis, personae tertiae. De-
clina. *Gero geris gerit* et caetera. Quare praeteri- 184
tum *gessi* facit? Quia in *ro* desinentia tertiae conjugationis in *vi* faciunt praeteritum perfectum, ut *quaero quaesivi*, *tero trivi*, excepto *uro ussi*, *gero gessi*, *curro cucurri*; licet ex eo composita duplicent in praeterito perfecto *cu* vel non: *decurro decucurri* vel *decurri*, *percurro percurri* vel *percucurri*. Quare *gessi gestus* facit participium? Quomodo et *ussi ustus*. *Quaesivi* quoque *quaestus*, ὁ πόρος, differentiae causa facit, nam *quaesitus* ὁ ζητηθείς. Fac frequentativum. *Gesto gestas gestat*. A participiis enim praeteriti ple-

---

§. 181. *ut*, *Multa quoque* rel. Lind. inseruit post *ut*, *Virgilius in primo Aeneidos*.

Est tamen etiam quando — accipitur. Omisit Lindemannus *quando*, *accipitur*.

ut, *Sosia*, *adesdum*. Ter. Andr. I. 1, init. Alter locus Salustii est, Catilin. XI. 1. fin.

vel non. Lindemannus post *vel* addidit *post* et deinde *vel post haud*. Item post *nondum* adjecit *hauddum*. Equidem haec correctori deberi censeo.

§. 182. *ἡ φυλλὰς — τὸ κονίδιον*. Haec Lindemannus e Codd. reposuit. Invitus secutus sum.

§. 183. *componuntur* pro *componitur* reposui ex ed. Lind. Post *gerit* addidi ex eodem libro *et caetera*.

rumque fiunt frequentativa, et a *gesto gestio gestis gestit*, id est motu corporis significo gaudium. Ab eodem derivatur *gerulus;* unde componitur *nugigerulus*, et *gesticulor gesticularis gesticulare gesticulatur*, et ipsa res *gesticulatio*.

XI *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.* Scande
185 versum. *Panditur* et caetera. Quot habet caesuras? Unam. Quam? Semiquinariam. Quomodo? *Panditur interea.* Quot figurarum est? Unius. Quare? Quia quinque dactylos habet. Tracta singulos pedes. *Panditur, intere, adomus, omnipo, tentis O, lympi.* Quot partes orationis habet hic versus? Quinque. Quot nomina? Tria, *domus*, *omnipotentis*, *Olympi*. Quot verba? Unum,
186 *panditur*. Quid aliud? Adverbium *interea*. *Panditur* quae pars orationis est? Verbum. Cujus modi? Indicativi. Cujus formae? Perfectae, conjugationis tertiae, generis vel significationis passivae, numeri singularis, figurae simplicis, temporis praesentis, personae tertiae. Dic activum ejus. *Pando.* Declina. *Pando pandis*, *pandebam, pandi, panderam, pandam.* Cur mutata *do* in *di* fecit praeteritum perfectum? Quia omnia verba tertiae conjugationis, quae ante *do n* habent, mutata *do* in *di* faciunt praeteritum, ut *scando scandi*, *incendo incendi, offendo offendi, defendo defendi, ostendo ostendi.* Excipiuntur quaedam abjicientia quidem *n*, *fundo fudi, scindo scidi, findo fidi:* duplicantia vero primam syllabam,
187 *pendo pependi, tendo tetendi, tundo tutudi.* Declina passivum. *Pandor, pandebar, passus sum.* Cur *passus sum* facit praeteritum perfectum? Quia omnia passiva in *dor* desinentia tertiae conjugationis verba, nisi sint a *dor* verbo composita, participium praeteriti in *sus* faciunt, ut *ludor lusus*, *caedor caesus*, *defendor defen-*

---

§. 186. *generis vel significationis.* Addidi *generis* ex ed. Lindem.

Pando. Declina. Haec Lindemanno duce inserui. *fecit praeteritum.* Vulgo: *facit.* Illud Lind. reposuit.

incendo incendi — defendi. Haec ex ed. Lind. inserui.

§. 188. *Virg. in III.* Aen. vs. 263. *et in primo.* vs. 480. *Idem in IX.* vs. 413.

§. 189. *Dic participia. Dic* adjeci ex ed. Lindem. *distantiae pedum.* Addunt Edd. haec: *Est tamen et aliud verbale, pandus panda pandum. Donatus panda atque* (Lindem.

sus, incendor incensus. Sed notandum, quod, cum alia
omnia, quae *n* habent ante *do*, et in participio ante *sus*
servant *n*, ut *offendo offensus*, *defendo defensus*, *incendo*
incensus, *tendo tensus*, *pendo pensus*, *tundo tunsus*, hoc
differentiae causa, ne foemininum ejus simile invenia-
tur proprio masculino, quod est hic *Pansa*, ideo *pas-*
sus passa fecit, quamvis a *patior* quoque *passus* facit,
et a *pateo passus.* Virgilius in tertio: *Passis de litore* 188
palmis. Et in primo: *Crinibus Iliades passis.* *Fundo*
etiam *fudi fusus* facit, nec duplicavit *s*, quia producta
vocalis non egebat tali geminatione. *Scidi* quoque et
fidi, quia corripiunt penultimam, duplicaverunt in par-
ticipio *s*, *scissus* et *fissus*. Virgilius in nono: *Et fisso*
transit praecordia ligno. Imperativus, optativus, sub-
junctivus et infinitivus supradicti verbi secundum
analogiam declinatur. Dic supina. *Pandendi pandendo* 189
pandendum, passum passu. Dic participia activa. *Pan-*
dens, *passurus.* Passiva. Praeteriti *passus*; futuri *pan-*
dendus. Nomen verbale. *Passor.* In *sor* autem desi-
nentia vel in *xor* verbalia foeminina facere non pos-
sunt, literarum dissonantia prohibente. In *tor* enim de-
sinentia mutant *tor* in *trix*, *amator amatrix*, *doctor do-*
ctrix, *raptor raptrix*, *fartor fartrix*. Nomen verbale
rei, *hic passus hujus passus*, quod significat τὸ βῆμα,
quod patet in spatio distantiae pedum. Nam *passio*
magis a *patior* est. *Interea* quae pars orationis est? 190
Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis, quae
adjecta verbo significationem ejus explanat atque im-
plet. Quot accidunt adverbio? Significatio, species,
figura. Cujus est speciei? *Inter* quidem ab *in* prae-
positione videtur esse natum, quomodo a *sub subter*,
et *extra* ab *ex*; *ea* vero primitivum pronomen est, ab-

---

panda est enim res) *contractior.* *Et Ovidius: panda naris.* (Lindem. *Unde et Ovidius: Pandae naris erat.*) Haec cum aliena sint ab hoc loco nexumque, misere quantum, lacerent, eliminanda esse censui.

§. 190. *Cujus est speciei?* Sine ulla justa causa Lindemannus inseruit: *Utrum primitivum an derivativum?* Nusquam duae interrogationes continuae poni solent. *vel accusativi pluralis.* Lindemannum meum non possum laudare, quod haec adjecit: *Cujus est significationis hoc adverbium? Temporis, potest tamen esse et loci.*

191 lativi casus singularis, vel accusativi pluralis. Cujus est figurae? Compositae ex integro et corrupto, si *ea* pluraliter accipimus. *Inter* enim integrum est, quod plerique Latinorum praepositionem accipiunt, Graeci autem adverbium; *ea* vero corruptum. Accusativus enim pluralis *a* producit propter generalem regulam adverbiorum in *a* terminantium, quae omnia producuntur, ut *interea*, *propterea*, *praeterea*, excepto *ita*. Possumus tamen dicere, quia in compositione non necesse est separatorum constructionem servare, et licere etiam ablativum singularem recipere in his adverbiis compositum cum praepositionibus, quomodo *quocirca*, *quapropter*: sic *interea*, *propterea*. Frequenter enim etiam et simplices ablativi pro adverbiis accipiuntur,
192 ut *una*, *qua*, *qui*, *quomodo*, *dextra*, *sinistra*. *Domus* quae pars orationis est? Nomen appellativum, speciei derivativae: a Graeco enim derivatur. Graeci enim δωμᾶσθαι dicunt aedificare; inde et ἡ δόμησις καὶ ὁ δόμος. Graece enim masculinum est, et latine foemininum, *haec domus*, quomodo ὁ κρατὴρ, *haec cratera*, ὁ δεκάπους, *haec decempeda*, ὁ πανθὴρ, *haec panthera*, ὁ χάρτης, *haec charta*, ὁ γαυσάπης, *haec gausapa*. Dic derivativum a *domo*. *Domicilium*, *domesticus*, *domo as at*, hoc est sub dominio et potestate mea facio: unde *maris domitor* pro *dominator*. Inde et *dominus*. Hinc
193 *Domitius* et *Domitianus*. Dic adverbia ex hoc. In loco, *domi*, ad locum, *domum*, de loco, *domo*, quae Graeci dicunt οἴκοι, οἴκαδε, οἰκόθεν. *Omnipotens* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cujus speciei? Adjectivae, figurae compositae. Ex quibus? Ex tribus corruptis, *omni* et *potis* et *ens*, qui omnium

---

§. 191. *accipimus*. Ita Lind. pro *accipiamus*.

in his adverbiis compositum. Recte sic Lindemannus pro: *ut in his — compositis*.

Frequenter enim. Addidit Lindem. *enim*.

§. 192. *derivatur* dedi pro *derivantur*. Reliqui ego *speciei derivativae*, nec probanda mihi esse videntur ea, quae Lindemannus scripsit; *Cujus speciei?* omissa responsione *Derivativae*. *δωμᾶσθαι*. Vulgo: *δομήσασθαι*. Illud Lind. e Codd. reposuit. Item addidit ille vir doctus ἡ ad *δόμησις*; et ego *καὶ* pro *et* e Cod. S. restitui. *domesticus*. Ita Lind. pro *domesticum*. Ante *domo* inseruit Lind. *dominus*. Falso.

potis est. Antiqui enim dicebant *ens* participium ab eo, quod est *sum es est:* ideo a *possum* verbo *potens* nascitur tam participium quam nomen, sed quando participium est, tempus significat et accusativo nominum vel infinito verborum conjungitur, nec comparationem accipit, ut *potens pugnare* vel *potens bella facere:* quando 194
autem nomen est, caret tempore, et genitivo conjungitur, et comparationem habet, ut *potens maris*, ut *amans illius; potentior*, ut *amantior.* Sic ergo omnia participia similia possumus discernere, tempore, constructione, et casu, et comparatione. Si enim verbi casum non sequantur, in vim transeunt nominum; similiter, si tempus amittant, et si comparationem assumant, ut *fugitans litium*, *doctus grammaticae*, *doctior*, *doctissimus.* Cur in *tis* finit genitivum? Quia omnia 195
nomina in *ls rs ns* desinentia interpositione *ti* faciunt genitivum, ut *puls pultis*, *mons montis*, *ars artis:* exceptis differentiae causa *frons frondis* et *lens lendis:* praeterea *glans glandis*, cujus quidem etiam similem genitivo quidam protulerunt nominativum; *libripens* quoque *libripendis* facit, servata consonante verbi *pendo.* Praeterea a *corde* composita servantia *d* notanda sunt, *concors concordis*, *discors discordis*, *vecors vecordis.* Comparativum quidem *potens potentior potentissimus* dicitur. *Omnipotens* autem ideo non potest habere comparativum, quia est supra omnia, et nemini potest comparari. Fac ab eo, quod est *potens*, derivativum. Ipsa 196
res, *potentia*, *potestas.* Quid interest inter *potentiam* et *potestatem? Potentia* magis pro vi accipitur; *potestas* autem pro ditione. Quidam autem etiam *potentatum* dixerunt. Declina verbum. *Possum potes potest*,

---

Nam dominus non a *domus*, nomine appellativo, sed a *domo* verbo, derivatur.

dominus. Temere Lindemannus hanc vocem mutavit in *domitus.* Nam, ut dixi, *dominus* derivatum est a verbo *domo.* Sequens particula *hinc* non pertinet ad *dominus*, sed ad remotius *domo, as, at.*

§. 193. *omnium potis est. Potis* pro vulg. *potens* ministravit ed. Lind.

§. 194. *ut amans — ut amantior. ut* pro *et* restitui e Codd. Lugd. duce Lind. Item *assumant* pro *assumunt.*

§. 195. *finit genitivum.* Lind. *desinit genitivus.*

§. 196. *derivativum. Ipsa res.* Ita Lind. e Codd. pro *ipsam*

poteram, potui, potueram, potero. Imperativo, *potes possit possimus poteste possint, potesto tu potesto ille possimus potestote possunto.* Optativo modo, *utinam possem, potuissem, possim.* Subjunctivo modo, *cum pos-*
197 *sim, possem, potuerim, potuissem, potuero.* Infinitivo modo, *posse*, antiqui *potesse.* Terentius in Eunucho: *Sed nihil tamen potesse.* Praeterito, *potuisse.* In futuro deficit. Derivativa ex hoc, *possibilis, compos, praepotens,* et *impotens. Olympi* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Significat enim et montem et caelum. *Olympus* dictum a Graeco, quasi ὁλολάμπων, quod undique luceat. Cujus speciei? Derivativae vel compositae, a Graeco, id est, ἀπὸ τοῦ ὅλου καὶ λάμπειν. Fac ab eo derivativum. *Olympicus Olympica Olympicum* proprium, et *Olympius a um*, et *Olympium* certamen vel *Olympia*, quae in honorem Iovis celebrantur certamina Pisis. Inde componitur *Olympiodorus*, et *Olympionices.* Dic patronymicum. *Olympias*, cujus secundum analogiam *Olympiades* debet esse masculinum.

XII *Oceanum interea surgens Aurora reliquit.* Scande
198 versum. *Ocea nintere* et caetera. Quot habet caesuras? Duas, semiquinariam et semiseptenariam. *Ocean' interea*, ecce semiquinariam. *Ocea nintere asur gens,* ecce semiseptenariam. Quot figurarum est? Decem: habet enim tres dactylos et duos spondeos. Tracta per singulos pedes. *Ocea nintere asur gensAu rorare liquit.* Quot partes orationis habet iste versus? Quinque. Quot nomina? Duo, *Aurora*, *Oceanum*, verbum unum, *reliquit,* participium unum, *surgens,* adverbium unum, *interea. Oceanum* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium, speciei derivativae, ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἴειν, hoc est a celeri motu dictus Graece *Ocea-*

---

rem, omissa voce *derivativum.*

ditione. Haec est lectio Ed. Asc. et Codd. Lugd. Male Lindem. Codicum auctoritate deceptus transposuit *potentia* et *potestas* ita: *potestas magis pro vi accipitur, potentia autem pro ditione.*

§. 197. *Ter. in Eun.* Act. IV. Sc. 3. vs. 24.

Significat enim. E conjectura posui *enim* pro *autem.*

quasi ὁλολάμπων. Ita Lind. e Codd, pro ὁλόλαμπον.

Dic patronymicum. Haec duce Lindem. e Codd. Lugd. inserui.

nus. Fac ab eo derivativum. *Oceanitides* masculi-
num, et *Oceanitis* foemininum: unde Virgilius in IIII.
Georgicon: *Oceanitides ambae.* Dic possessivum. *Ocea-* 199
nius a um, ut *Saturnius a um.* Dic patronymicum.
'Ωκεανός, 'Ωκεανοῦ, *Oceanides*, foemininum *Oceanis*,
velut *Priamus Priamides* et *Priamis*. Et quamvis sit
proprium *Oceanus*, etiam pro appellativo accipitur,
quando partes ejus significat, ut si dicam *Atlanticus
oceanus*, et *Indicus oceanus*, et *Boricus*, et *Erythraeus*,
sive *Aethiopicus*, quomodo, mare cum totum significat,
proprium est: cum partem, appellativum. *Interea*
quae pars orationis est? Adverbium. Cujus significa-
tionis? Hic temporalis, alias autem etiam localis, ut
Virgilius in I. Aeneidos: *Interea ad templum non ae-
quae Palladis ibant crinibus Iliades passis, peplum-
que ferebant.* Cujus figurae? Compositae ex duobus 200
integris, hoc est *inter* et *ea*, qui est ablativus perfectus.
Solent autem componi ablativi cum praepositionibus,
quae etiam accusativo separatim solent conjungi, *qua-
propter, quocirca, propterea:* sic etiam *interea*. *Inter*
primitivum est an derivativum? Derivativum ab *in*,
quomodo ab *ex exter*, et a *sub subter*, et a *de* antiqui
deter, unde *deterior deterrimus:* quae tamen alii a verbo
detero facta esse putaverunt. Quomodo autem ab
exter extra, et a *super supra*, sic ab *inter intra*. Hinc
intro et *intus*. Et *intra* quidem spatium temporis vel
loci significat, *intro* vero ad locum, *intus* in loco: com-
parativus *interior*, superlativus *intimus*, verbum *intro
as at*. *Surgens* quae pars orationis est? Participium 201
praesentis temporis, et in duas consonantes desinit,
hoc est *n* et *s*, et commune trium generum. Cujus
casus? Nominativi et vocativi. Hic autem nominativi,

---

§. 198. *ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἶσιν.* Vulgo: *νάειν.* Vocem *εἶσιν* a Codd. Lindemannus acute conjectando protulit. Cf. Not. p. 343. ubi docte de hac voce disputat.

Virg. in IV. Georg. vs. 341.

§. 199. *Boricus, et Erythraeus.* Recte Lindemannus has voces transposuit.

Cujus significationis? Adjecit Lindem. *cujus.*

Virgilius in I. Aen. vs. 479.

§. 200. *ab ex exter.* Vulgo *extra* pro *exter.* Correxit locum Lindemannus.

temporis praesentis, significationis neutrae, formae perfectae, numeri singularis, figurae compositae ex duobus corruptis. Tam *sursum* enim quam *rego* corrupta sunt. Et notandum, quod, cum in praesenti ex duobus corruptis sit, in praeterito ex integro et corrupto invenitur, ut *surrexit*. Et multa inveniuntur hujuscemodi non solum verba, sed et nomina, ut *alteruter alterutrum* in nominativo ex duobus integris est, in genitivo ex corrupto et integro. *Cogo coegi* in praesenti ex duobus corruptis est, in praeterito perfecto ex integro et corrupto. *Pergo perrexi* in praesenti ex integro et cor-
202 rupto, in praeterito autem ex duobus integris. Declina verbum. Indicativo, *surgo, surgebam, surrexi, surrexeram, surgam.* Imperativo, *surge surgat, surgamus surgite surgant*, futuro, *surgito tu surgito ille, surgamus surgitote surgunto.* Optativo, *utinam surgerem, surrexissem, surgam.* Subjunctivo, *cum surgam, surgerem, surrexerim, surrexissem, surrexero.* Infinitivo, *surgere, surrexisse, surrectum ire* vel *surrecturum esse.* Impersonali indicativo, *surgitur, surgebatur, surrectum est* vel *fuit, surrectum erat* vel *fuerat, surgetur.* Imperativo, *surgatur.* Optativo, *utinam surgeretur, surre-*
203 *ctum esset* vel *fuisset, surgatur.* Subjunctivo, *cum surgatur, surgeretur, surrectum sit* vel *fuerit, surrectum esset* vel *fuisset, surrectum erit* vel *fuerit.* Infinita impersonalis, *surgi, surrectum esse* vel *fuisse, surrectum iri.* Supina, *surgendi do dum, surrectum surrectu.* Participia praesentis temporis, *surgens*, futuri, *surrecturus.* Est etiam nomen *surrectus*, quomodo *rectus*, cum caret tempore. Sciendum tamen, quod simplex ejus verbi activum est, *rego.* Facit enim *regor.* Composita autem ab eo quaedam in neutralium transeunt significationem, quaedam permanent in simplicis, ut *pergo, surgo* neutralia sunt; *dirigo* autem et *porrigo* sive *porgo*, et *arrigo*,
204 activa sunt. Dic ab eo, quod est *surgo*, nomen verbale. *Surrector surrectrix*, ipsa res *surrectio* et *surrectus.* Notandum, quod in *go* desinentia, *r* antecedente, si non sunt a *rego* composita, in *si* faciunt praeterita, ut *mer-*

---

§. 201. *Cogo coegi.* Vulgo: *cogo, cogis, cogit.* Illud Lind. e Codd.

§. 204. *pingo pinxi.* Recte sic Lindem. pro *pungo punxi.*

§. 205. *deam.* Apposuit Lindem. *Λευκοθέαν* e Cod. R. *commotus.* Ita Lindem. pro *motus.*

go mersi, tergo tersi. Alia vero omnia in *xi*. ut *ango anxi, pingo pinxi, tingo tinxi:* exceptis *frango fregi, lego legi, impingo impegi, tango tetigi, pungo pupugi* et *punxi.* Item a *lego* composita, mutantia primitivi significationem, mutant praeteritum, *intelligo intellexi, negligo neglexi.* *Aurora* quae pars orationis est? Nomen. 205
Quale? Proprium. Potest tamen, quando pro die accipitur, loco appellativi accipi: quando enim deam significat, proprium est. Cujus speciei? Derivativae, ab *aura* enim *Aurora.* Proprie enim ipse ascensus solis, id est prima pars diei, *aurora* dicitur, in qua solet pulsu solis aer commotus auram facere. Alii autem a splendore solis dictam putant. Ponunt autem auram pro splendore, teste poeta in VI. Aeneidos: *Per ramos aura refulsit*, id est *splendor.* Cujus generis? Foeminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominativi et vocativi, hic autem nominativi, (ablativus enim in *a* productum terminatur) declinationis primae. Quare? 206
Quia omnia nomina masculina, vel foeminina, vel communia, tam Graeca quam Latina, in *a* desinentia primae sunt declinationis, exceptis illis, quae nascuntur a masculinis in *ius* terminantibus genitivum, quae sunt haec: *una, ulla, nulla, sola, tota, alia, utra, altera,* et quae ex his componuntur. Similiter a *qua* composita, *siqua, nequa, aliqua.* Ea enim genitivos et dativos masculinorum servant suorum, unde quidam non ad significationem, sed ad declinationem attendentes, pronomina esse putaverunt. *Reliquit* quae pars oratio- 207
nis est? Verbum. Cujus modi? Indicativi, formae perfectae, conjugationis tertiae, numeri singularis, figurae compositae ex duobus integris, *re* et *liquit.* Separatim tamen *re* dici non potest; quod tamen quidam volunt a *retro* vel *rursus* esse. Quod si sit, ex corrupto et integro invenitur ea pars, *liquit* enim perfectum est. Cujus temporis? Praeteriti. Quare *linquo liqui* facit praeteritum? Quia *n* habentia ante *quo* vel *co*, abjecta *n* faciunt praeteritum, ut *linquo liqui, vinco vici.* Similiter ab eis composita, *devinco devici, con-*

---

in VI. Aen. vs. 204.

splendor. Omisi cum Lind. haec: *inde etiam aurum dicitur et aurarii, quod favoribus splendidos hoc est claros faciunt, et aurigae, quod splendorem sibi agant auris id est favoribus populi hoc est clamoribus.* Haec inepta sunt et absurda.

vinco convici, *relinquo reliqui*, *derelinquo dereliqui*, et
208 producunt *i* penultimam in praeterito naturaliter. Declina verbum. *Relinquo* et caetera. Declina etiam passivum. *Relinquor*, *relinquebar*, *relictus sum* vel *fui*, *relictus eram* vel *fueram*, *relinquar*. Imperativo, *relinquere relinquatur*, *relinquamur relinquimini relinquantur*, futuro, *relinquitor tu relinquitor ille*, *relinquiminor relinquantur* vel *relinquuntor*. Optativo, *utinam relinquerer*, *relictus essem* vel *fuissem*, *relinquar*. Subjunctivo, *cum relinquar*, *relinquerer*, *relictus sim* vel *fuerim*,
209 *relictus essem* vel *fuissem*, *relictus ero* vel *fuero*. Infinita, *relinqui*, *relictum esse* vel *fuisse*, *relictum iri*. Gerundia vel supina, *relinquendi relinquendo relinquendum*, *relictum relictu*. Participia activa praesentis temporis, *relinquens*, futuri, *relicturus*. Passiva praeteriti, *relictus*, futuri, *relinquendus*. Nomen verbale *relictor* et *relictrix*, ipsa res *relictio*. Potest tamen et *relictus* dici, sed quartae declinationis. Hinc derivatur *reliquus reliqua reliquum*, et *reliquiae*, quod poetae interposita *l relliquiae* metri causa proferunt. Est etiam a *delinquo delictum* pro peccato, quia delinquit officium suum qui peccat.

XIII *Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.* Scande
210 versum. *Turnusut infract osad verso MarteLa tinos.* Quot habet caesuras iste versus? Unam, semiquinariam. Quot figurarum est? Decem. Quare? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta per singulos pedes. *Turnusut infra ctosad verso MarteLa tinos.* Quot partes orationis? Sex. Quot nomina? Quatuor, *Turnus*, *adverso*, *Marte*, *Latinos*; unum participium, *infractos*; unum adverbium, *ut*. *Turnus* quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cujus speciei? Univocae. Significat enim nomen proprium regis Rutulorum, et appellativum piscis palustris. Inde derivatur *Turnius*,

---

§. 210. *Scande versum — Latinos.* Haec testante Lindemanno in Cod. S. reperiuntur. Quam ob causam restituenda esse putavi.

Decem. Quare? Hoc inseruit Lind. e Codd.

§. 211. *potest proprium esse et gentile.* Recte sic Lindem. Vulgo: *quod proprium est. potest et gentile esse.*

secundae declinationis in e. Omisi duce Lind. *sunt* post *secundae*; post *declinationis*, *et*.

quomodo *Saturnius* a *Saturno.* Secundum regulam
patronymicum debet fieri *Turnides*, quomodo *Priamus Priamides.* Quare secundae declinationis est 211
Turnus Turni? Quia in *us* correptam desinentia propria secundae sunt declinationis, excepto *Venus Veneris.* Praeterea *Ligus Liguris*, quod potest proprium esse et gentile; et si sit proprium, est masculinum solum, hic *Ligus Liguris:* si gentile est, invenitur commune, ut hic et haec *Ligus Liguris.* Quare *Turnus Turne* facit vocativum? Quia omnia in *us* desinentia secundae declinationis in *e* faciunt vocativum, exceptis propriis, quae *i* habent ante *us*, quae per apocopam proferunt vocativum, ut *Virgilius Vir-*
gili pro *Virgilie*, et *Mercuri* pro *Mercurie,* (Ideoque 212
accentus manet penultimus, quamvis brevis sit penultima syllaba. Ex quibus enim aliqua subtrahitur syllaba, si integra manet illa, in qua est accentus, integrum etiam servat accentum, ut hic et haec *Arpinâtis* perfectum circumflexum habuit penultima syllaba, quae mansit in concisione: dicimus enim hic et haec *Arpinâs.* Similiter, si dicimus *munît* pro *munivit*, circumflectitur *nît*, quia integra dictio supra se habuit circumflexum. Sic etiam *tuguri* pro *tugurii* acutum debet habere.) et *Terenti* pro *Terentie*, *Salusti* pro *Salustie.* Euphoniae tamen causa vel metri est quando nominativis utuntur pro vocativis, ut *deus* pro *dee*, *fluvius* pro *fluvie*, ut Virgilius: *Corniger Hesperidum fluvius, regnator aquarum:* et *populus* pro *popule.* Lucanus: *Degener o populus.* Unum autem invenitur appellativum solum, quod in *i* et *e* profert
vocativum, ut *filius o filie* et *o fili.* *Ut* quae pars 213
orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis, quae adjecta verbo significationem ejus explanat et implet. Quot accidunt adverbio? Tria:

---

§. 212. *manet illa.* Ita Lind. Vulgo: *illa remanet.* Post *Arpinâs* omisi *perfectum.*

Si dicimus. Vulgo: *dicamus.* Illud restituit Lind. *Virg.* in VIII. Aen. 78. *Lucanus in II.* vs. 116.

§. 213. *quae adjecta — implet.* Haec Lindem. e Codd. supplevit.

significatio, species et figura. Cujus significationis est? Hic temporalis: accipitur enim pro *postquam*. Quando autem significat ἵνα Graecam conjunctionem, loco conjunctionis accipitur causalis. Est tamen etiam similitudinis adverbium. Solet autem ei adjici *i*, tam conjunctionem significanti quam adverbium. Adjicitur etiam ei *nam* et invenitur optandi adverbium
214 *utinam*. Igitur et *ut* et *uti* adverbium quidem, quando tempus, vel similitudinem, vel qualitatem sive interrogationem, id est quando *quomodo* significat: quando vero ἵνα vel ὅτι Graecam conjunctionem significat, conjunctionis loco accipitur. Compositum autem ab *uti utinam* adverbium est optandi, ut diximus. Praeterea pro videlicet *utique* affirmandi est adverbium.
215 Quem habet accentum *ut, uti* et *utinam?* Praepositiva gravantur per omnes syllabas, subjunctiva autem generalem accentuum servant legem. Sciendum tamen, quod *ut* quoque invenitur etiam pro optandi adverbio, ut Terentius in Phormione: *Ut illum dii deaeque omnes perdant.* Cum *vel* quoque compositum tam *ut* quam *uti* similitudinis adverbium faciunt, *velut, veluti*, ut Virgilius: *Ac veluti magno in populo cum*
216 *saepe coorta est.* *Infractos* quae pars orationis est? Participium. Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis, partem verbi. Cujus est generis? Masculini, casus accusativi, temporis praeteriti, significationis passivae, formae perfectae, numeri pluralis, figurae compositae ex duobus integris. Et nota, quod inveniuntur participia ex verbis, quae non ex duobus integris componuntur integra in utraque parte inventa, ut *infringor* ex integro et cor-
217 rupto, tamen *infractus* ex duobus integris fit. Ideoque possumus non a verbis derivata accipere, sed magis a sese composita. Similiter *impingo impactus, contingo contactus.* Similiter *perficio perfeci, deficio defeci, conficio confeci.* Nec mirum in verbis et in

---

Adjicitur. Vulgo: *additur.* Receptam lectionem protulit Lindemannus e Codd.

§. 214. *ἵνα vel ὅτι.* Pro ὅπως Lindem. e Codd. reposuit ὅτι. Idem post *compositum* scripsit *autem* pro *namque.*

§. 215. *praepositiva — subjunctiva.* Ita Lindem. pro *praepositae — subjunctivae.*

participiis hoc inveniri, cum etiam in nominibus possint hujuscemodi compositiones esse. Ut *idem* tam masculinum quam neutrum ex duobus est corruptis, *ejusdem* vero ex integro et corrupto: et e contrario *alteruter* ex duobus integris, *alterutrius* vero ex integro et corrupto. Declina verbum. Indicativo, *infrin-* 218
go, infringebam, infregi, infregeram, infringam. Imperativo, *infringe infringat infringamus infringite infringant, infringito tu infringito ille, infringamus infringitote infringant* vel *infringunto.* Optativo, *utinam infringerem, infregissem, infringam.* Subjunctivo, *cum infringam, infringerem, infregerim, infregissem, infregero.* Infinitivo, *infringere, infregisse, infractum ire* vel *infracturum esse.* Gerundia vel participialia, *infringendi infringendo infringendum, infractum infractu.* Participia veniunt ab activo duo: praesens *infringens,* futurum *infracturus.* Declina passivum. *Infringor* et caetera. Nomen verbale *infractor,* foemininum *in-* 219
fractrix, ipsa res *infractio* et *infractus, infractura.* Ostendimus enim saepe, quod participia activa futuri temporis, foeminina etiam pro ipsa re accipiuntur, ut *pictura, usura, natura, iunctura.* Sic etiam *fractura.* Rarissime in *or* rerum nomina inveniuntur, ex quibus magis verba nascuntur, non ex verbis nomina, ut *labor laboro, color coloro, amor amo, honor honoro.* Dic alia composita. *Confringo, perfringo, defringo, suffringo.* Cur *frango fregi* facit praeteritum? Quia tertiae conjugationis verba in *go* desinentia *r* antecedente, si sint simplicia, faciunt praeteritum in *si,* ut *mergo mersi, spargo sparsi:* alia ve- 220
ro in *xi,* ut *pingo pinxi, tingo tinxi, rego rexi,* unde et ab eo composita *pergo perrexi, surgo surrexi:* exceptis *lego legi,* et ex eo compositis, quando eandem significationem servant, ut *relego relegi, perlego perlegi;* mutata autem significatione in *xi,* ut *diligo dilexi, intelligo intellexi, ne-*

---

accentuum servant legem. Sic Lind. Vulgo: *accentum servant.* *Terentius in Phorm.* IV, 4, 6. *Virg. in I. vs.* 149.

§. 217. *hoc inveniri.* *Hoc* pro *haec* scripsit Lind. e Codd.

§. 218. *veniunt ab activo duo.* Addidit Lindem. *duo.*

§. 219. *labor laboro — amo.* In his Lindemannus recte delevit praepositionem *a* post nomina singula positam.

gligo neglexi. Excipitur similiter *frango fregi, pango pegi* vel *pepigi*, ex quo *impingo.* Excipitur etiam *tango tetigi*, et *pungo pupugi* vel *punxi*, et *ago egi*, et ex eis composita. Cur *infractus?* Quia omnia in *gi* vel *xi* praeteritum facientia per *ctus* faciunt participia, ut *legi lectus*, *dilexi dilectus*, *tetigi tactus*, *sanxi sanctus.* Excipiuntur duo, *flexi flexus*, et *fluxi fluxus.*
221 *Adverso* quae pars orationis est? Nomen hic, quia caret tempore, unde licet ejus comparativum facere *adversior*, et superlativum *adversissimus.* Quale est hoc nomen? Appellativum. Cujus speciei? Adjectivae qualitatis, et mobile, et derivativum a participio, id est participiale. Fac ab eo aliud derivativum. *Ad-*
222 *versarius adversaria adversarium.* Declina verbum. *Adverto tis tit* et caetera. Dic ejus frequentativum. *Adversor adversaris*, quod ab activo factum est deponens, quamvis *adverto* et *advertor* aliam significationem habent. Sciendum autem, quod omnia frequentativa primae sunt conjugationis, et plerumque a participio praeteriti solent fieri, *versus verso*, *adversus adversor;* exceptis in *go* vel in *sco* desinentibus. Illa enim, a praesenti faciunt frequentativa, ut *ago agito*, *lego legito*, et *scisco sciscito*, et *nosco noscito. Viso* enim *visis*, et *lacesso lacessis*, et *accerso accersis*, non sunt primae, sed potius tertiae conjugationis. Frequentativa primae sunt conjugationis, et inchoativa
223 tertiae, meditativa quartae. Dic aliud compositum ab eo, quod est *verto. Adverto*, *converto*, *everto* et *subverto*, *animadverto*, *praeverto*, et pene cum omnibus praepositionibus indubitabilibus invenitur, *circumverto*, *anteverto.* Et notandum, quod adverbia quoque inveniuntur non solum ex obliquis casibus nominum masculinorum vel foemininorum, sed etiam ipsi

---

§. 222. *Sciendum autem.* E conjectura dedi *sciendum.* Vulgo: *scias.* Lindem. *scis.*

versus verso. Vulgo: *versor.* Illud restituit Lindem. *accerso accersis* ex Edd. vett. dedi pro *arcesso arcessis.*

§. 224. *Salustius in Catil.* Cap. 56. §. 4. ed. Cort. *in Hispaniam versus* non leguntur in Salustio.

Ter. in Phorm. I, 2, 38. In sequentibus scripsi *deverto* pro *diverto* et sic etiam derivativa. Nam haec scriptura unice vera est. Cf. Forcellini Lexicon s. v. *deverto.* Lindeman-

nominativo similia, ut *adversus*, quod quidam, quia accusativo conjungitur, magis praepositionem existimaverunt. *Versus* quoque suppositum localibus nominibus adverbium esse invenitur, ut *Italiam versus*, *Galliam versus*. Salustius tamen etiam praepositio- 224
nem ei anteposuit in Catilinario: *In Galliam versus, in Hispaniam versus*. *Exadversum* quoque compositum, ut Terentius in Phormione: *Exadversum tonstrina erat quaedam*. A *deverto* fit derivativum *deverticulum*. *Deversorium* quoque dicitur locus, in quo *devertimus*. *Versus* quoque literarum ordinatio, vel quod *vertimus* stilum a fine ad initium, vel ab initio ad finem, vel quod antiqui a dextra parte in sinistram, et a sinistra ad dextram scribebant. *Vertigo* quoque et *vertex* a *verto* verbo fiunt, et *Vertumnus* deus et *Verticordia*, compositum, dea. *Marte* quae pars ora- 225
tionis est? Nomen proprium speciei primitivae. Fac ab eo derivativum. *Martius Martia Martium*. Solemus etiam et *Martiaticus Martiatica Martiaticum* dicere, unde stipendia militum *Martiatica* dicuntur. Inde etiam derivatur *Mavors*, ex quo *Mavortius*. Dicitur tamen etiam *Maspiter* quasi *Mars pater*, quomodo *Diespiter*, id est diei pater, Iupiter. Hic et haec *Martialis* et hoc *Martiale*. Potest tamen et proprium esse *Martialis* et appellativum. Quid interest 226
inter proprium *Martialis* et appellativum? Quod, si proprium sit, masculinum est et ablativum in *e* terminat: si autem appellativum sit, commune est et ablativum in *i* terminat, quomodo *Iuvenalis*, *Felix*. Cur *Mars Martis* facit? Quia omnia in ls rs ns desinentia interposita ti faciunt genitivum, ut *puls pultis*, *ars artis*, *mons montis*. Excipitur differentiae causa *frons*, quod quando folium significat, *frondis*

---

nus post *deverticulum* haec inseruit: *Terentius: postquam ad ipsum veni diverticulum.*

et a sinistra. Vulgo: *vel a sin.* Correxit Lindem.

§. 225. *Fac ab eo derivativum.* Recte Lindem. reposuit *derivativum* pro vulg. *compositum.*

Solemus etiam. Displicet, quod Lindem. posuit: *Est etiam.*

Dicimus tamen etiam. Recepi, quod Lind. e conj. addidit, *etiam.*

Martialis et appellativum. Miror, quod Lindemannus omiserit *et appellativum*, quod abesse non potest.

facit. *Frons* enim capitis *frontis*, et *lens*, quando pul-
los pediculorum significat, *lendis*, quando autem signi-
227 ficat legumen, *lentis*. Praeterea *glans glandis*, cujus
quidam nominativum et genitivum similes esse vo-
luerunt. *Libripens* vero, quia a *pendo* verbo compo-
nitur, consonantem verbi servavit, *Libripens Libripen-
dis*. Praeterea a *corde* composita habent genitivum
secundum simplicis genitivum, *concors concordis*, *dis-
228 cors discordis*. *Latinos* quae pars orationis est? No-
men derivativum, generis masculini, numeri singula-
ris, figurae simplicis, speciei derivativae. Potest
tamen et proprium esse regis soceri Aeneae, et gen-
tile a *Latio Latinus*, et possessivum, *Latinus ager*.
Latium autem vel a latendo, vel a latitudine est no-
minatum. A *Latino Latinitas*, a *Latio* derivatur etiam
Latius et *Latiaris*. Fac compositum. *Latinigena*,
quomodo *Trojugena*, *Grajugena*. Sed in eis gemina-
tio *i* mutavit sequentem *i* in *u* alternitatis causa pro
Trojigena, *Grajigena*, *Trojugena* et *Grajugena* faciens.

PRISCIANI

DE ACCENTIBUS

LIBER.

PRISCIANI

DE ACCENTIBUS

LIBER.

I Litera est nota elementi, quae cum scribitur et in
1 voce minima resonat, nihil aliud quam nota ad formandum elementum esse comperitur, sed cum ex sono in vocem prorumpitur, elementi vocabulum

---

§. 1. *minima resonat.* *Minima* exhibent Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Mediol. Ald. Bas. Colon. Cod. G. Pro hoc ediderunt Putsch. Lindem. *minime.* Equidem *minima* retinendum esse censui, propter locos parallelos: Lib. I. Cap. 2. §. 3. (Vol. I. p. 10.) „*Litera est minima pars vocis compositae.*" Donati Ed. Pr. p. 1735. (ed. Putsch.) „*Litera est pars minima vocis articulatae.*" Sergii Gr. Comment. in I. Donati editionem p. 1826. „*Ideo dixit literam partem minimam esse vocis articulatae, quod, cum omnis oratio solvatur in verba, verba denuo solvantur in syllabas, rursum syllabae solvantur in literas, litera sola non habet, a quo solvatur, ideoque a Philosophis ἄτομος dicitur.*" Cledonii Ars p. 1881. „*Litera quid est? Pars minima vocis articulatae.*" Alcuini Grammatica p. 2082. „*S. Litera est pars minima vocis articulatae. — Litera quia est individua — Literae vero indivisibiles sunt.*" Velius Longus de Orthogr. p. 2213. „*Litera est pars minima vocis.*" Cassiod. de A. Gr. p. 2322. Marii Victorini Artis Gr. Lib. I. p. 2452. „*Litera est vox simplex, una figura notabilis. — Vox simplex quare? Ideo, quia ejus vocis, quae ἔναρθρος a Graecis dicta est, sub significationem aliquam venit, vel ut minima pars.*" Igitur *minima resonat* idem significat quod, *minima pars est.* Praestaret tamen *et in voce minima resonat* ponere post *prorumpitur.*

formandum. Ita Codd. Matthiaeus, Lugd. G. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lindemannus edidit: *informandum.*

ex sono in vocem. Ita Codd. Matth. Lugd. G. Q. Libri editi: *in vocem ex sono.*

concipit. Quod cum ratio ita se habeat, quasi imago hujus rei videtur esse, quippe cum aëre percusso constat, unde vox formatur, perficitur. Vox namque 2
corpus esse ostenditur. Nam si corpus non esset, auditus aurium minime vi percuteretur. Sed dum tangit auditum, etiam reverberat elementum. Elementum vero tripartito dividitur, scilicet altitudine, latitudine, longitudine. Habet quidem litera altitudinem in pronunciatione, latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore. Habent etiam syllabae suum 3
elementum, quod productio dicitur. Sed inter literarum elementum et syllabarum hoc distat, quod literarum elementa sunt ipsae pronunciationes, syllabarum vero elementa ipsae productiones. Quid est enim aliud elementum quam pars minima vocis articulatae? Illud vero, quod remanet, nota vel figura

---

Quod cum. Cod. Matth. *quod dum.* Idem *se* pro *sese.*

videtur esse e Cod. Matth. recepi pro *esse videtur. aëre percusso constat.* Ante *aëre* omisi *ex* auct. Cod. Matth. Post *percusso* delevi meo ipsius arbitrio *ictu linguae.* Et pro *perficitur*, quod in Edd. post *formatur* poni solet, e Codd. restitui *constat.* Cf. Lib. I. Cap. 2. §. 4. (Vol. I. p. 11.) *vox, quae ex aëre icto constat. ictu linguae* pro glossemate habeo. Fortasse pro *percusso* legendum est *icto.*

§. 2. *vi percuteretur.* Ita Codd. Matth. Lugd. G. Q. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Quomodo Lindemannus meus *inde* pro *vi* e Cod. Gr. recipere potuerit, equidem, ingenue fateor, non perspicio.

dum tangit. Ita Cod. Matth. et Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lindemannus: *cum tangit.* Pro *auditum* Cod. Matth. *auditus.*

etiam pro *et* edidi e Cod. Matth.

Elementum vero. Haec inserui e Cod. Matth. Ejusdem libri auctoritate *tripartito* restitui pro *tripartite.*

Habet quidem. Ita Cod. Matth. et Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lindemannus: *Habet quippe.*

longitudinem in tempore. In Edd. sequuntur haec: *hoc est aut alte aut longe aut late auditur.* Insulsum glossema! Abest a Cod. Matth. In Codd. aliis aliter legitur. Cod. Q. omittit *aut — aut — aut.* Cod. Gr. *et — et — et.* Cod. G. *audiatur.*

§. 3. *hoc distat.* Ita Cod. Matth. et Edd. omnes praeter Lindem. in qua *distare videtur* legitur.

pars minima. Post *minima* omisi *partium*, quod meo qui-

elementi est. Distat autem et illud inter literas et elementa, quod elementa proprie ipsae pronunciatio-
4 nes dicuntur, notae autem literae. Sed abusive et elementa pro literis, et literae pro elementis ponuntur. Nam aliud est litera, quae videtur, aliud, quod per eam colligitur. Videntur literae esse longae, aut rotundae, aut quadratae. Colligitur namque per eas res gesta alicujus, dum colliguntur in syllabis, de syllabis in partibus, de partibus vero in orationibus. Sed nos locuturi de partibus ad accentum, qui inest dictionibus necessarius, transeamus.

II Accentus itaque est certa lex et regula ad elevan-
5 dam et deprimendam syllabam uniuscujusque particulae orationis, qui fit ad similitudinem elementorum, literarum atque syllabarum, qui etiam tripartito dividitur, acuto, gravi, circumflexo. Accentus namque acutus ideo inventus est, quod acuat sive elevet syllabam. Gravis ideo, quod deprimat aut deponat. Circumflexus ideo, quod deprimat et acuat. Sunt autem accentus decem, quos ita huic operi dignum existimavi praenotare: acutus accentus, gravis, circumflexus, longa linea, brevis, hyphen, diastole, apostro-
6 phos, dasia, psyle. Quid est acutus accentus? Nota per obliquum ascendens in dextram partem ita ′. Quid est gravis? Nota per obliquum ad dextram partem descendens ita ‵. Quid est circumflexus? Nota de acuto et gravi facta ita ʌ. Quid est longa linea? Nota a sinistra in dextram partem aequaliter ducta ita –. Quid est brevis linea? Nota iacens similiter,

---

dem judicio rectius abest. Cf. supra ad §. 1. locos excitatos.

Distat autem et illud. E Cod. Matth. inserui *et.*

notae autem. Auctoritate Cod. Matth. post *autem* omisi *earum.* Putsch. *eorum.* Cod. Q. *illorum.*

§. 4. *per eam colligitur.* Cod. Matth. *per eam intelligitur.*

Videntur literae. Auctoritate MS. Matth. delevi *autem* post *videntur.*

Colligitur namque. Ita MS. Matth. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lindemannus: *colligiturque.*

de partibus vero. Cod. MS. Matth. *et de partibus* Edd. *qui inest dictionibus.* Vulgo: *qui in dictionibus est.* Lindemannus; *qui in partibus vel dictionibus est. transeamus.* Recte Lindemannus expulit haec: *cujus rei mysterium*

sed panda, sicut pars inferior circuli ita ᴗ. Quid est
hyphen? Virgula subjecta versui hac nota ᴗ, qua duo
verba, cum res exigit, copulamus, ut, *antetulit gressum*,
et, *Turnus ut antevolans tardum praecesserat agmen*.
Huic est contraria diastole: dextra quidem pars cir-
culi ad imas literas deposita, quae fit ita, et hac
nota male cohaerentia discernuntur, ut est, *Tum Danai*
gemitu atque ereptae virginis ira: et, *Procubuit, viri-*
dique in litore conspicitur, sus. Apostrophos est cir- 7
culi altera pars dextra, sed ad summam literam ap-
posita, quae fit ita '. Hac nota ostendimus, parti ora-
tionis deesse ultimam vocalem, cujus consonans re-
manet, ut est: *Omnipotens genitor, tanton' me crimine*
dignum duxisti? Quid est dasia? Flatilis, quae hac no-
tatur figura ⊢. Quid est psyle? Siccitas, quae nota-
tur ⊣. Notandum etiam, quod acutus accentus duo
loca habet, penultimum et antepenultimum, apud
Graecos autem penultimum, antepenultimum et ulti-
mum. Circumflexus autem penultimum tantum. Po- 8
nitur namque gravis vel cum acuto vel circumflexo
in eadem dictione, sed non tamen in eadem syllaba.
Observatur namque unus accentus in integris dictio-
nibus, ut *Romanus, Hispanus.* In compositis vero
unus similiter, ut *malesanus, interealoci.* Sed in in-
terjectionibus et in pergrinis verbis et barbaris no-
minibus nulli sunt certi accentus, ideoque in pote-
state uniuscujusque consistunt, ut, quod necessarium
videat, sic in metro ponat. Tres siquidem res accen-
tuum regulas conturbant: distinguendi ratio, pronun-

---

praebente deo vitam latius tractemus. Absunt haec a Cod. MS. Matth.

§. 5. *Accentus itaque.* Pro vulg. *namque* reposui e Cod. MS. Matth. *itaque.* Rectius tamen utrumque abesse puto.

circumflexus ideo. Pro *eo* e MS. Matth. restitui *ideo.* Quae sequuntur, edidi ego e Cod. Matth. et Edd. Lindemannus interrogationes sustulit, omnemque hujus loci formam immutavit. *dasia* pro *dasea* dedi e Cod. Matth.

§. 7. *acutus accentus.* Post haec omisi *apud Latinos*, quae absunt a Cod. MS. Matth.

§. 8. *in interjectionibus* cum Lindemanno ante *et peregrinis verbis* posui.

videat. Lindemannus *viderit* ex uno Codice.

ciandi ambiguitas atque necessitas. Sed qualiter hoc
fiat, intimandum est. Ratio namque distinguendi le-
gem accentuum conturbat; tum, si quis pronuncians
dicat, ponè, ergò vel quod apud Latinos in ultima
syllaba, nisi discretionis causa poni non potest accen-
tus. Ideo ponè diximus, ne putaretur esse verbum
imperativi modi, quod est pône; ergò diximus, ne pu-
9 taretur esse conjunctio rationalis, quae est érgo. Am-
biguitas vero pronunciandi legem accentuum saepe
conturbat, ut si quis dicat *interea loci*, qui nescit,
utrum dicat alteram partem *interea* et alteram *loci*,
(quod non separatim, sed sub uno accentu pronun-
ciandum est,) ideoque ambiguitatem in sermone fa-
cit. Necessitas pronunciationis regulam corrumpit,
utpote si quis *in primis* dicat *doctus*, et addat *que*
conjunctionem, et dicat *doctusque*, ecce in pronuncia-
tione accentum mutavit, cum non in secunda syl-
10 laba, sed in prima accentum habere debuit. Sunt
quidem tres syllabae, in quibus accentus corrumpi-
tur: *que ne ve*, ut *itáque*, quando adverbium est; nam
ítaque, quando conjunctio est, dicimus. *Venerúntne*

---

qualiter hoc fiat. Ita e Cod. Matth. pro *haec fiant* edidi.

accentuum conturbat. Post *accentuum* omisi *saepe* auctoritate MS. Matth.

tum, si quis. Pro vulg. *dum* ex ed. Lindem. reposui *tum.*

Ideo ponè. Ante *Ideo* expuli haec: *et hoc est quod diximus ponè ergò.* Absunt haec a Cod. MS. Matth. *Ideo* posui secundum Cod. Matth. ante *ponè.* Lindem. omisit, et pro *diximus* scripsit *dicimus*, quod e correctione ortum mihi esse videtur.

putaretur — putaretur. Prius e conjectura, alterum e Cod. Matth. dedi pro *putetur.*

quod est pone. Duas priores voces e Cod. Matth. inserui.

§. 9. *legem accentuum saepe conturbat.* Ita MS. Matth. pro: *saepe legem acc. perturbat.*

ideoque ambiguitatem in sermone facit. Haec ego dedi e Cod. MS. Matth. Vulgo: *ne ambiguitatem in sermone faciat.* Lindemannus: *ne ambiguitates i. s. faciat.*

utpote si quis. E Cod. MS. Matth. dedi *utpote* pro *ut puta.*

§. 10. *nam ítaque, quando conjunctio est, dicimus.* Lindemannus: *quando vero conjunctio, ítaque dicimus.*

Syllaba quoque, quae. Inserui e Cod. MS. Matth. *quoque.* In his et proxime sequentibus secutus sum Lindemannum, qui diversitatem lectionis accurate, ut solet, notavit.

ad vos? Carbonibúsve lumbos assaverunt suos. Sylla-
ba quoque, quae correptam vocalem habet, acuto
accentu pronunciatur, ut *páx*, *fáx*, *píx*, *níx*, *núx*, *dúx*.
Quae etiam tali accentu pronuncianda est, quamvis
sit longa positione, quia naturaliter brevis est. Quae 11
vero naturaliter est longa, circumflexo accentu expri-
menda est, ut *rês*, *dôs*, *spês*, *rôs*. Disyllabae vero
dictiones, quae priorem productam habent et poste-
riorem correptam, priorem syllabam circumflectunt,
ut *Mêta*, *Crêta*, *Rôma*. Illae vero, quae sunt ambae
longae, vel prior brevis et ulterior longa, acuto ac-
centu pronuntiandae sunt, ut *népos*, *léges*, *réges*. Hae
vero, quae ambae sunt breves, similiter acuto accentu
proferendae sunt, ut *bónus*, *málus*. Sed notandum, 12
quod, si posterior brevis sit et prior longa positione,
non circumflexo, sed acuto accentu pronuncianda est,
ut *árma*, *árca*: quia, quamvis sit longa positione,
tamen exprimenda est tali accentu, quod non est na-
turalis. Trisyllabae namque et tetrasyllabae et dein-
ceps, si penultimam correptam habuerint, antepenul-
timam acuto accentu proferunt, ut *Túllius Hostílius*.

---

naturaliter est longa. Ita Cod. MS. Matth. et Edd. Lindemannus: *naturaliter est producta. exprimenda.* Hoc praestat Cod. MS. Matth. et Edd. Lindemannus: *pronuntianda.*

rès, dòs, spès, rôs. Ita Cod. MS. Matth. Edd.: *rôs dôs spès rès.* Lindemannus: *rès rèx dòs òs spès.*

Disyllabae vero dictiones, quae. Haec praestat Cod. MS. Matth. Editiones: *Bissyllabae vero, si.* Lindemannus: *Disyllabae vero, si.*

proferendae sunt. Vulgo: *pronuntiandae sunt.* Illud Cod. Matth. in quo *sunt* ante *proferendae* positum est. Lindemannus: *proferuntur.*

§. 12. *quod, si posterior brevis sit et prior longa positione.* Haec dedi e Cod. MS. Matth. Vulgo: *quod, si prior positione longa sit.*

árca. Cod. MS. Matth. *árcha.* Vulgo: *arcus. quod non est naturalis.* Haec ex ed. Lindem. restitui. Vulgo: *quod non est natura οἷον ὄχλος. Trisyllabae namque.* Lindemanno duce omisi *οἷον αἴσχιον*, quae his addi solent in Edd. Idem ita edidit: *Trisyllabae namque et tetrasyllabae et deinceps*, quae, cum et in Cod. Matth. legantur, recepi.

antepenultimam — proferunt. Ita Cod. Matth. et Lindemannus, quem secutus sum. Edd. *antepenultima — profertur.*

Nam penultima si positione longa fuerit, acuetur, antepenultima vero gravabitur, ut *Catéllus*, *Metéllus*. Si vero ex muta et liquida longa in versu consistit, in oratione mutat accentum, ut *latébrae*, *tenébrae*.
13 Syllaba vero ultima si brevis fuerit et penultimam naturaliter longam habuerit, ipsam penultimam circumflectet, ut *Cethêgus*, *perôsus*. Ultima vero si naturaliter longa fuerit, penultimam acuet, ut *Athénae*, *Mycénae*. Ad hanc autem rem arsis et thesis sunt necessariae. Nam in unaquaque parte orationis arsis et thesis sunt, non in ordine syllabarum tamen, sed in pronuntiatione, velut in hac parte: natura, ut, quando dico natu, elevatur vox; et est arsis in *tu*: quando vero *ra*, deprimitur vox, et est thesis de *tu*. Quantum suspenditur vox per arsim, tantum deprimitur per thesim. Sed ipsa vox, quae per dictiones formatur, donec accentus perficiatur, in arsim deputatur: quae autem post accentum, in thesim. His itaque praelibatis, de consequentia hujus libri videamus.

III Latina quidem propria nomina, nominativum sin-
14 gularem a terminantia, in penultima syllaba accentum servant, quamquam nonnulla vocalem ante vocalem habere videantur, quorum alia differentiae causa, alia solo usu producenda sunt, ut *Catilína*, *Uránia*, *Stephánia*. Appellativa vero eundem accen-

---

gravabitur. MS. Matth. *gravetur*.

longa in versu consistit. Pro vulg. *constat* reposui e Cod. MS. Matth. *consistit*. Lindemannus: *longam in versu esse constat*.

mutat. Cod. Matth. *non mutat*.

§. 13. *penultimam circumflectet*. Cod. MS. Matth. *penultimam circumflectit*.

perôsus. Lindemannus meus: *Perôsus*.

arsis in tu. Lindemannus: *arsis in tus*.

quando vero ra. Ita Edd., Cod. Matth. inserit *dico* post *vero*. Lindemannus: *quando vero sequitur ra*. Scribendum censeo: *quando vero natura*.

deprimitur vox. Ita Cod. MS. Matth. et Edd. Lindemannus: *vox deponitur*.

est thesis de tu. Ita Edd. Lindemannus: *est thesis deforis*, quod equidem non intelligo.

Quantum suspenditur vox. Post *quantum* inseruit Lindemannus *vero*, quae vox abest a Cod. Matth. et Edd. *vox* addidi e Cod. Matth. et ed. Lindem.

tum servant a terminantia, ut *poeta*, *regina*, *habena*, *fortuna*, *arena*, *carina*. Composita vero eandem pronunciationem sibi defendunt, quam habent in simplicitate, ut *concava*, *transfuga*: *fuga* enim in simplicitate brevis est, et ideo *tránsfuga*, et non *transfúga* dicimus. *Homicida* quoque et *parricida* ideo longam i in penultimo loco habent, quia *e* longam in *i* productam convertunt. Composita vero a cano 15
penultimam corripiunt. Excipitur *tibīcen*, quod euphoniae causa pro duabus ĭĭ brevibus unam servat longam. Notantur autem pleraque, quae i longam vocalem habent ante vocalem, ut *philosophía*, *Papía*, quemadmodum unum verbum fio, quod solum i productam ante o vocalem habet. Ideo autem diximus *pleraque*, quia omnia vocalem i ante vocalem habentia in antepenultima mutant accentum, ut *Veneria*, *Marcellia*, *Aricia*, *Placentia*, *Ausonia*, *Iunonia*, et illa, quae in *tia* finiuntur, ut *justitia*, *sapientia*, *moestitia*. Hanc autem regulam sequuntur omnia, quae sic finiuntur, praeter illa, quae supra diximus, quorum alia differentiae causa, alia solo usu pronunciantur. Ex- 16
cipitur istius, ipsius, illius, genitivi quorundam pronominum, quorum penultimae indifferenter ponuntur. Illa quoque, quae a verbis *colo* et *gigno* componuntur, brevem penultimam habent, ut *ruricola*, *coeli-*

---

post accentum. Additur vulgo: *sequitur*, quam vocem Lindem. omisit.

Pro *deputatur in thesim* Cod. Matth. *in arsis deputatur.* Cf. Lindem. ad h. l.

§. 14. *a terminantia.* Cod. Matth. Vulgo: *in a terminantia.*

quorum alia. Ita Cod. MS. Matth. et Edd. Lindemannus: *que alia.*

Urania. Lindemannus ex uno Cod. *Verona* restituit.

arena, carina. Hanc vocem e Cod. Matth. et Edd. reposui.

§. 15. *unam servat longam.* Ita Cod. Matth. et Edd. Lindem. *sonat.*

Ideo autem. Omisit Lindem. *autem.*

Iunonia. Addit Cod. Matth. *Tauronia Sardinia Teuthonia.* Cod. Lugd. G. omisso *Iunonia* sic pergit: *Turonia Colonia Brixia*, *Cardinia Theutonia.* Cum Lindemanno addidi *Aricia*, quod Cod. Matth. exhibet.

§. 16. *Excipitur.* Cod. MS. Matth. Vulgo: *excipiuntur.*

Illa quoque. Lindemanno praeeunte reposui *quoque* pro *autem* e Cod. Matth.

ruricola. Cod. MS. Matth. pro *agricola.*

cola, *silvicola*, *rurigena*, *terrigena*. Reliqua vero omnia in *a* desinentia, participio futuri temporis similia, penultimam producunt, ut haec, scriptura, litura, literatura: quae omnia, quando sunt nomina, ca-
17 rent tempore. Ea vero, quae u ante a vel quamlibet vocalem habent, omnia corripiuntur, ut *Mantua*, *Capua*, *Danaa*. *Corsica* vero et similia breviantur, et omnia, quae sunt possessiva, vel quae sunt eis similia, si *i* habent in penultima, sequente *c* consonante, ut *Cretica*, *Isaurica*, *Alemanica*. Excipitur *vesica*, quod producitur. Quae vero habuerint n, producentur, ut *Romana*, *Campana*, *Hispana*, *Cumana*. Et haec omnia per obliquos casus producta sive correpta iti-
18 dem pronuncianda sunt. *E* finita fixa penultimam habentia *i* in eadem syllaba omnia producuntur; alias vero vocales habentia similem regulam sequuntur, ut *sedile*, *monile*, *singulare*, *verbale*, quae aequaliter per
19 obliquos casus producenda sunt. *O* litera terminata, praeposita vocali *e*, penultimam corripiunt, ut *ganeo*, *labeo*, *aleo*; quae solos nominativos habent et vocativos. Ea vero, quae *i* habent ante *o*, similiter corripiuntur, sed per caeteros casus, excepto vocativo, producuntur, ut *mulio mulionis*, *quaternio quaternionis*. Praeposita autem qualibet consonante, penul-

---

litura. Hanc vocem, Putschio praeeunte, e Cod. MS. Matth. adjeci. Lindem. *natura.*

§. 17. *ante a.* Ita Cod. Matth. Lindem. *a ante a vel u ante a.* *vel quae sunt eis similia.* Ita Cod. MS. Matth. Vulgo: *et quae sunt* rel. Lindemannus: *vel eisdem similia.*

Quae vero habuerint. Haec, Lindemannum secutus, auctoritate Cod. MS. Matth. edidi. Vulgo: *quae enim habent.*

n, producentur. Futurum pro praesenti *producuntur* e Cod. MS. Matth. reposui. *Et haec omnia.* Omisi *secundum diversas regulas* auctoritate Cod. Matth. Ejusdem libri jussu posui *per obliquos casus* ante *producta.* Lindemannus post *correpta* haec sequi jussit. *itidem* recepi ex ed. Lindem. et Cod. Matth.

§. 18. *aequaliter per obliquos casus.* Recepi e Cod. Matth. *obliquos* pro *omnes.*

§. 19. *solos nominativos habent.* Omisit Lindemannus *habent.* *i habent ante o.* Ita Cod. Matth. Vulgo: *i ante o habent.* *per caeteros casus.* Lindemannus: *per obliquos casus.* Receptam lectionem praestant Edd. et Cod. MS. Matth.

Praeposita autem. Omisit Lindemannus *autem.* *haec imago.* Adjeci *haec* e Cod. Matth.

timam productam servant, ut haec, *imago nis*, *uligo nis*, *fuligo*, *caligo*, *dissimilitudo*, *magnitudo*. Quorum alia *o* in obliquis casibus servant et producenda sunt, alia in *i* convertunt et corripienda sunt, ut *carbo carbonis*, *bubo bubonis*, *caligo caliginis*, *altitudo altitudinis*. *I* terminatum unum invenitur trisyllabum in- 20
declinabile, quod in penultimo breviatur, ut hic et haec et hoc *nihili*. *U* litera finitum unum reperitur in singulari aptotum, in plurali declinatur, quod in penultimo liquescit, ut *tonitru*. *Al* syllaba terminata producta sunt in penultimo, si sint appellativa, ut *vectigal*, *tribunal*. Excipitur animal. Barbara autem propria breviantur, ut *Annibal*, *Asdrubal*, quae omnia in obliquis casibus in neutro *a* productam habent, in masculino brevem. *Il* sylla- 21
ba terminata corripiuntur in penultimo, ut *vigil* hujus *vigilis*, quod magis videtur per syncopam proferri, et hoc in obliquis penultimam corripit. *Ol* syllaba terminatum invenitur unum, quod in penultimo corripitur, ut *Eliol*. *Ul* syllaba terminatum unum invenitur proprium, quod breviatur, ut hic *Eriul*, quod barbarum est. *Um* terminata brevian- 22
tur, ut *Sophronium*, *Abrotonium*, *Dorcium*, *Philorcium*. *En* syllaba terminata si sint a prima conjugatione

---

fuligo, *caligo*, — *magnitudo*. Auctoritate Cod. Matth. delevi genitivos singulis his nominibus in Edd. appositos.

§. 20. *I terminatum*. Post *I* omisi *litera* auctoritate Cod. Matth.

in penultimo breviatur. Haec est lectio Edd. et Cod. Matth. (hic tamen omittit *penult.*). Lindemannus: *penultimam corripit*.

Al syllaba — *in penultimo*. Haec, ut dedi, exhibet Cod. Matth.

tribunal. Praeeunte Lindemanno omisi *consonante antecedente al*, quamvis haec legantur in Cod. Matth.

§. 21. *vigil*. Lindemannus: *cvigil*. Male! Quod dicit, in nomine *vigil* penultimam correptam sentiri non posse, in eo falli videtur. Nam haec vox pronunciatur *vigil* vel *vigil*. *magis videtur*. Ita Cod. Matth. Vulgo: *videtur magis*

ut Eliol. Cod. Matth. *ut hic Eliol aut liol*. *Eriul* pro *Heriul* reposui e Cod. Matth.

§. 22. *Um terminata*. Post *Philorcium* leguntur in Cod. Matth. haec: *El syllaba finita producunt penultimam in obliquis, ut michael, gabriel, daniel, mel autem et fel corri-*

vel quarta producenda sunt, ut *solor solamen*, *munio munimen, farcio farcimen:* si a secunda vel tertia, corripienda sunt, ut *sedimen, regimen.* Praeposita itaque consonante *c* corripienda sunt, ut *liricen, fidicen.* Excipitur *tibicen,* quod solum producitur, ut praedixi-
23 mus. *Ar* syllaba terminata producuntur ad instar supradictorum nominum, ut *torcular, lacunar, pulvinar,* quae omnia in obliquis producuntur. Excipitur *iubar iubaris*, quod in obliquis breviatur teste Virgilio. *Er* syllaba finita, si sint neutri generis, in penultima producenda sunt, ut *cadaver*, *papaver:* si masculina aut foeminina sunt, corripiuntur, nisi sint positione longa, ut *alacer, volucer, mediocer*, et haec *mulier.* Et haec omnia et similia in obliquis corripiuntur, ut *cadaver cadaveris*, *volucer volucris*, excepto *mulier mulieris:* caetera autem omnia, *cadaveris, papaveris, lateris, tuberis,*
24 *itineris, sileris, ciceris* corripiuntur. In *ir* syllaba terminata breviantur, ut *semivir, duumvir, triumvir, septemvir, decemvir,* et haec omnia in obliquis casibus sub uno accentu proferenda sunt. *Or* syllaba terminata *i* vocali praeposita breviantur, ut *melior, doctior,* et haec omnia in obliquis productionem sibi defendunt. Propria vero nomina sibi minime defendunt, ut *Hector Hectoris, Ne-*

---

pitur. Deinde sic pergit: *nomina tertio positione producit ut Sophronium* rel.

liricen. Hanc vocem praestat Cod. Lugd. Q. Lindemannus edidit *liticen.* Vulgo: *tubicen.*

§. 23. Post *pulvinar* auctoritate Cod. Matth. omisi haec: *notatur laquear, quod breviatur, jubar jubaris.* Auctoritate Codd. Matth. et Lugd. Gr. Q. omisi *impar imparis.* et post *Virgilio* delevi haec: *ut jubare exorto. Et idem numero deus impare gaudet, et propriis nominibus, ut Arar Araris, Caesar Caesaris, Bostar Bostaris.*

lateris pro *laseris* recepi e Cod. MS. Matth.

ciceris pro vulg. *cineris* recte reposuit Lindemannus e Codd.

§. 24. *triumvir.* Cod. Matth. *levir.* *Septemvir, decemvir* omisit Lindemannus; ego auctoritate Cod. MS. Matth. retinui. In proxime sequentibus ex eodem libro mscpto addidi *haec* ante *omnia.*

sibi minime defendunt. Haec praestat Cod. Matth. Lindemannus: *sibi non defendunt.* Vulgo: *corripienda sunt.*

Producuntur autem pleraque. Ita Lindemannus meus. *Neutra.* Lindemannus: *neutralia.*

§. 25. In hac paragrapho edenda Lindemanni vestigiis insistere non dubitavi. Vulgo haec ita scripta leguntur: *No-*

stor Nestoris. Producuntur autem pleraque appellativa
tam masculini quam foeminini generis, quamvis non
habeant i ante or, ut *odor odoris*, *amor amoris*, *uxor*
uxoris, *soror sororis*. Neutra vero breviantur, ut *aequor*
aequoris. Notatur *memor*, quod est omnis generis et 25
tamen corripitur; et compositum *immemor*, et *inde-*
cor, cujus simplex *decor* penultima correpta inveni-
tur apud vetustissimos, quando pro *decorus ra rum*
accipitur, et unum communis generis, quod producitur,
ut hic et haec *auctor*. *Ur* syllaba terminata brevian- 26
tur, ut *lepifur*, *sapifur*, et omnia in obliquis casibus
breviantur, ut *sapifur sapifuris*. Similiter *satur saturis*,
hoc *jecur jecoris* vel *jecinoris*, hoc *sulphur*. *As* finita
producuntur, ut *dignitas*, *felicitas*. Notantur pauca
masculini generis partim propria, partim a no-
minibus civitatum propriis translata, quae per syn-
copam proferuntur, dum accentum in ultimo servant,
quod est contra regulam Latinorum, ut *Maecenâs*, *La-*
rinâs, *Arpinâs*. Sed in vetustissimis libris inveniun-
tur proferri *Larinatis*, *Maecenatis*, *Arpinatis*, pro *La-*
rinas, *Maecenas*, *Arpinas*; unde subtracta *ti*, accentus
remansit. *Es* syllaba finita breviantur, ut *Hercules*, *so-* 27
nipes, *alipes*, *poples*, *stipes*, et in obliquis similiter bre-

---

tetur memor et ab eo composita, ut immemor, quae sunt omnis generis corripientia o in obliquis — accipitur, et arbor arboris, quod est generis foeminini. et a puero composita, ut publipor et marcipor, et omnia in or desinentia neutra vel graeca, et quaecunque derivantur vel componuntur a primitivis, unum communis generis, quod producitur, ut hic et haec autor. Cod. MS. Matth. *et tamen corripitur, ut hic et haec et hoc memor, ris, et compositum immemor ris, et unum compositum, quod producitur, ut hic et haec auctor ris.*

§. 26. *jecoris vel jecinoris.* Haec e Codd. Matth. adjeci. Post haec, Lindemanno praeeunte, omisi *hoc guttur. felicitas.* Omisi, et *omnia a literam servant in omni casu productam*, auctoritate Cod. MS. Matth. *Notantur pauca masculini generis.* Haec ex ed. Lindemanniana recepi. Vulgo: *in qua terminatione quaedam masculina.* Mox *propriis* post *civitatum*, et *quae* ante *per* ex eadem ed. adjeci.

Sed in vetustissimis — Arpinas. In hoc loco edendo Lindemanni vestigia pressi.

§. 27. *alipes.* Hanc vocem tuentur Edd. et Cod. Matth. Lin-

viantur. Excipitur *heres dis*, *locuples tis*. Et notandum, quod omnia, quae sunt quintae declinationis, producuntur in obliquis, quando eorum penultimae in nominativo corripiuntur, vocali ante *es* posita, ut *facies faciei*, *dies diei*. Consonante autem ante *es* posita corripiuntur, ut *fides fidei*. Praeterea unum notatur in eadem clausula finitum, quod non quintae, sed tertiae declinationis est, producitur tamen, ut *quies quietis*. Caetera in obliquis corripiuntur, ut *abies*, *paries*,
28 *aries*. *Is* syllaba finita, si sint adjectiva, producuntur, ut *suavis*, *memorialis*, *specialis*, *popularis*. Haec autem omnia communis sunt generis; faciunt enim neutra sic: *suave*, *memoriale*, *speciale*, *populare*, et in obliquis producuntur, ut hujus *suavis*, hujus *memorialis*. Appellativa autem sunt producenda, ut *securis*, *sinapis*, *lebetis*; caetera corripienda sunt in obliquis, quae sunt disyllaba in nominativo, ut *lapis lapidis*, *jaspis jaspidis*, *pulvis eris*, *sanguis nis*, *vomis vomeris*. Excipitur

---

demannus: *adipes*. Mox *poples* pro *miles*, *gurges* ex ed. Lindem. recepi.

vocali ante es posita. Lindemannus haec delevit; ego auctoritate Cod. Matth. servavi. Item *consonante ante es posita*, quae Lindemannus expulit. Omisi tamen ea, quae his subjiciuntur: *in obliquis*.

producitur tamen. Ante *producitur* Cod. Matth. expelli jussit *quod*; ex ed. Lindemanni et Cod. Matth. adjeci *tamen*.

§. 28. *si sint adjectiva*. Hanc vocem pro *accidentia* e Cod. Matth. et ed. Lind. reposui.

ut suavis, *memorialis*, *specialis*, *popularis*. Haec e Cod. MS. Matth. hoc loco inserui. Idem fecit Lindemannus; omisit tamen *popularis*.

faciunt neutra in e sic. Haec ex ed. Lind. edidi. Vulgo: *facientia neutrum in e*.

populare e Cod. Matth. adjeci.

et in obliquis producuntur. Haec in Edd. praeter Lindem. post *neutrum in e* addita leguntur.

hujus memorialis. Cod. Matth. *hujus memorabilis*. Lindemannus: *ut hujus specialis et suavis*.

quae sunt disyllaba. Lindemannus: *quae inveniuntur disyllaba*. *Sunt* tuetur cum Edd. Cod. MS. Matth.

lapis lapidis — vomeris. In his Cod. MS. Matth. cum Edd. consentit. Lindemannus: *lapis lapidis*, *pulvis pulveris*, *sanguis sanguinis*. Post *vomeris* omisi *pollinis* auct. Cod. Matth.

quam in obliquis casibus, *ut hujus impuberis*. Haec e Cod.

impubis, quod corripitur tam in nominativo quam in obliquis casibus, ut hujus *impuberis*. *Os* syllaba termi- 29
nata, in penultimis producenda sunt, ut hic et haec sacerdos sacerdotis, lepos leporis (quod eloquentiam significat), nepos nepotis. *Us* syllaba finita in penultima productionem sibi defendunt, ut *tribunatus*, *consulatus*, *magistratus*, *principatus*, et omnia, quae a verbo veniunt, quae sunt similia participio, ut *amatus*, *deletus*, *stratus*, *lacessitus*, *cupitus*, *munitus*, *auditus*. Excipiuntur haec: *satus*, *situs*, *litus*, *quitus*, quae corripiuntur non solum in simplicitate, sed etiam in compositione, ut *insitus*, *illitus*, *nequitus*. *Citus* quoque licet corripere et producere: dicimus enim *incitus* et *incitus*. Composita vero ab *eo* corripiuntur, ut *aditus*, 30
obitus, *praeteritus*. A *do* quoque, et a *sto* corripiuntur composita, ut *datus*; inde fit *inditus*; *status*, unde *institus*: a *reor* vero similiter *ratus*; inde fit *irritus*. A *spiro* quoque et *halo* nomina venientia breviantur, ut

---

MS. Matth. dedi. Vulgo: *quam in genitivo*. Lindemannus: *quam in obliquis casibus*.

§. 29. *ut hic et haec sacerdos*. Addidi e Cod. Matth. *hic et haec*.

eloquentiam pro *eloquentem*, quod Cod. Matth. cum Edd. exhibet, recepi ex ed. Lindem. In reliquis Codicis Matth. et Edd. auctoritatem secutus sum. Vocem, quam MS. Matth. post *nepotis* addit, *ermagatos*, *totis* (vel *ris*) omisi, cum monstrum vocabuli esse videatur. Totum hunc locum Lindemannus ita reddidit: *ut sacerdos sacerdotis, armagatos, servigatos; in obliquis producuntur, ut lepos leporis, quod eloquentiam significat; nepos nepotis.*

productionem sibi defendunt. MS. Matth. *productionem sibi servant*.

a verbo. Ita MS. Matth. Vulgo: *a verbis*.

deletus. Ita Cod. Matth. Lindemannus: *delatus*. Edd. *delectus*.

Excipiuntur haec. Lindemannus: *Excipiuntur. hic*. Edd. *excipitur, hic*. Ego Codicis Matth. lectionem recepi. *satus*. Hoc ex ed. Lind. reposui.

Citus quoque. Pro *vero* e Cod. MS. Matth. restitui *quoque*.

incitus et incitus. Additur vulgo: *producte — et correpte*. Lindemannus haec omisit.

§. 30. *aditus*. Quod Lind. addidit *abitus*, deest in Cod. Matth. et in Edd.

inde fit inditus. Vulgo: *unde fit inditus*. *Inde* praestat MS. Matth.

spiritus, *halitus*. Ab *ambio ambitus*, sed quando participiale est, servat penultimam productam. A *rutus*
31 quoque penultimam corripiunt, ut *erutus*, *dirutus*. Notandum autem, quod haec, quando sunt nomina, carent temporibus, quando vero participia, tempus cum significatione demonstrant, ut *amatus sum ab illo*. Nomina autem tertiae declinationis terminantia in *us* nominativum breviant, quae autem in supradictis regulis non inveniuntur, ut *servitus*. Excipitur *papirus*, quod
32 producitur, ut haec *papirus* hujus *papiri*. Alia vero omnia, quanquam non sunt longa in nominativo, in obliquis producuntur, ut *servitus servitutis*, *palus paludis*, *juventus juventutis*. Excipiuntur haec, quae corripiuntur in nominativo, *Venus Veneris*, *Ligus Liguris*, *lepus leporis*, quod est animal. Propria vero vel appellativa masculini generis, sive ex se foeminina faciunt, sive in aliud genus minime transformantur, si sunt tri-

---

a reor vero similiter. Vulgo: *a reo quoque.* Nos Cod. Matth. secuti sumus.

inde fit irritus. Inde pro *unde* recepi e Cod. Matth.

quando participiale est. Ita Cod. Matth. et Edd. Lindemannus: *quando participium est.*

penultimam productam. Auctoritate Cod. MS. Matth. omisi *ut* (vel *sicut*) *ambītus.*

§. 31. *quando vero participia.* Ita Lindemannus. Vulgo: *quando participialia.*

quae autem in supradictis regulis non inveniuntur. Haec est lectio Cod. Matth. Vulgo: *quae a supradictis regulis non inveniuntur.* Lindemannus: *quae supra dictis regulis non conveniunt.*

servitus. Cf. ea, quae Lindemannus ad h. l. dixit in Notis criticis.

§. 32. *quamvis non sunt.* Cod. Matth. Vulgo: *quamquam non sint.*

producuntur in nominativo. Adjeci ex ed. Lindem. *in nominativo.*

si sunt trisyllaba vel tetrasyllaba aut deinceps. Pro *ac* e Cod. Matth. restitui *aut.* Post *deinceps* ejusdem libri auctoritate omisi, *habentia i.* Haec omnia omisit Lindemannus, quoniam absunt a Codd. Lugd. Reperiuntur tamen in Cod. Matth. neque commode abesse possunt.

vel a possessoribus. Vulgo: *aut a possessoribus.* Illud praestat Cod. MS. Matth.

Placentinus. Cod. MS. Matth. *Placentanus. leporinus.* Hanc vocem e Cod. MS. Matth. et e Codd. Lugd., quos Linde-

syllaba vel tetrasyllaba aut deinceps, corripiuntur, ut
Terentius, *Martius*. Excipiuntur haec, quae habent
a in penultima, vel possessionem significant, vel a pos-
sessoribus derivantur, ut *Terentianus*, *Martianus*, *Ca-
puanus*, *Beneventanus*, *Hispanus*, *Placentinus*, *lepori-
nus*, *taurinus*. Quae autem habent c inter *i* et *u*, cor-
ripiuntur, ut porticus, rusticus, Gallicus, Italicus.
Excipiuntur, quae habent a, ut *Taurinacus*. *Ax* syllaba 33
terminata omnia breviantur, ut *pertinax*, *contumax*,
pervicax; in obliquis casibus producuntur, ut *per-
tinacis*, *contumacis*. *Ex* syllaba finita breviantur, ut
artifex, *aurifex*, *opifex*, *murifex*, *sorex*; quae omnia in
obliquis casibus corripiuntur. Excipitur unum ma-
sculini generis, quod in obliquis casibus producitur,
hic *vervex* hujus *vervecis*, quod est animal. *Ix* 34
syllaba finita producuntur, ut *bellatrix*, *venatrix*. Ex-
cipitur *meritrix*, *genitrix*, sed haec in obliquis pro-

---

mannus consulit, addidi. Pessime Lindemannus *taurinus* majuscula litera initiali protulit.

rusticus. Hanc vocem omisit Lindemannus. Equidem eam servandam censui, cum in Cod. Matth. post *Italicus* reperiatur. Pro *Italicus* legitur in Edd. vett. *Romanicus*, in cujus locum Lindemannus *Italicus* restituit. *Taurinacus*. Hanc vocem Lindemannus e Codd. protulit. Vulgo legitur: *Tauricanus*.

§. 33. *terminata omnia*. Ita Cod. Matth. et ed. Lindem. Vulgo: *finita*, omissa voce *omnia*. Post *pervicax* duce Cod. Matth. expuli *et omnia*, quae in Edd. leguntur.

producuntur. Ita Lindem. pro vulg. *productam a habent*.

murifex, *sorex*. Has voces e Cod. Matth. adjeci. *in obliquis casibus corripiuntur*. Haec dedi e Cod. MS. Matth. Vulgo: *e literam in i brevem convertunt, ut opificis, artificis, murex muricis, sorex soricis*.

masculini generis. Omisi cum Lindemanno post haec: *scilicet vervex*.

hic vervex hujus vervecis. E Cod. MS. Matth. addidi *hic — hujus* et omisi ut ante *hic*.

§. 34. *Excipitur meritrix, genitrix*. Lindemannus: *Excipiuntur mer. gen.* Ego Cod. Matth. et Edd. secutus sum. In Cod. MS. Matth. post *genitrix* addita leguntur haec: *quae corripiuntur*.

sed haec in obliquis. Pro *haec* Cod. Matth. *omnia*. Idem liber post *obliquis* addit *casibus*. Mox pro *venatricis*, *genitricis* exhibet MS. Matth. *bellatricis*, *cornicis*, omissa sequente voce *meritricis*.

ducuntur, ut *venatricis*, *genitricis*, *meritricis*, *radicis*. Exceptis his: *salix salicis*, *calix calicis*, *silex silicis*, *filix filicis*. *Ox* terminata breviantur, ut *velox, atrox, celox, velivox, esox*; in obliquis producuntur, ut *velocis*, *atrocis*, *celocis*, *velivocis*, *esocis*. *Ux* finita syllaba producuntur, ut *Pollux Pollucis*. Excipitur *conjunx*, quod nomen sine *n* in obliquis casibus profertur, ne
35 verbum putetur. *T* litera terminata tam in nominativo quam in obliquis breviantur, et neutri generis sunt, ut *sinciput*, *occiput*. Persius: *Et scissa fumosum sinciput aure.* Quae in duas consonantes desinunt, nisi sint longa positione, aut in compositione, antequam componantur, producuntur, et simplici figura productionem sibi defendant, ut *cedens*, *intercedens*, *clamans*, *conclamans*, omnia breviantur, ut *omnipotens*, *praepotens*, *armipotens*, *audiens*, *insidens*.

Exceptis his. Ita Lindemannus e Codd. Vulgo: *Excipiuntur haec, quae gravantur.*

filix filicis. Haec adjeci e Cod. MS. Matth. Cf. Lib. V, Cap. 7. §. 37. (Vol. I. p. 191.). Legitur haec vox in ed. Putsch. pro *silex silicis*. Caeterum *meritrix* pro *meretrix* ἀναλόγως recte scripsisse mihi videor.

velox. Hanc vocem auctoritate Cod. MS. Matth. primo loco posui. Ex eodem libro reposui haec: *velivox* (in Edd. *velifox*), *esox*. Haec vox in nullo alio libro legitur.

velocis. Ita Cod. MS. Matth. Edd. *velifocis*. Lindemannus: *velivocis.* Miror, quid sit, quod Lindemannus addiderit, *quod scafam navis significat.* Importunum et ineptum glossema!

velivocis, esocis. Haec e Cod. MS. Matth. adjeci. *ut Pollux Pollucis.* Praeponuntur vulgo haec: *polinurux*, *calinurux*, Lindemannus: *pullinurux*, *crurinurux*. Putschius pro *calinurux* edidit *Galinurux*. Equidem Cod. MS. Matth. secutus sum.

quod nomen sine n in obliquis casibus profertur. Vulgo: *quod quidam in nominativo sine n scribi volunt, quod in obliquis casibus amittit.* Lindemannus: *quod nomen sine n quidam proferri volunt, quia in obliquis casibus amittit.* Ego Codicis Matth. expressi lectionem.

§. 35. *in obliquis breviantur.* Omisi *casibus* auctoritate Cod. Matth. Item *omnia* ante *neutri*. *sinciput*, *occiput.* Haec exhibet Cod. Matth. Vulgo: *caput capitis, occiput occipitis, sincipitis.*

Persius. Sat. VI. vs. 70. *scissa.* Ita e Cod. Matth. apicibus: *scilla*, edidi. Vulgo: *fissa.* Pro *fumosum* Cod. Matth. *formosum*. *Et* ex ed. Lindem. adjeci.

Et haec omnia tam correpta quam producta in obliquis producuntur, quia servant positionem. Excipiuntur haec, quae non servant, ut *inops inopis, hiems hiemis, coelebs coelibis, adeps adipis.*

Regulis accentuum nominis expositis, tractandus IV
est accentus, qui in verbis consideratus certis defi- 36
niendus est regulis. Universa enim verba primae
conjugationis, quae in secunda persona *as* syllaba
finiuntur, cum in trisyllabis et in tetrasyllabis ve-
niunt, in penultimis syllabis per omnes modos pro-
ducenda sunt, ut *amo amas, amabam, amavi.* Excipi-
tur plusquamperfectum, quod corripitur solum, ut
amaveram, et futurum ejusdem modi in primis et in
secundis personis pluralibus, cujus exemplum hoc
est, *amabo bis bit*, et pluraliter *amabimus itis bunt.*
Ab his namque regulis exeunt novem, quae in *ui* di- 37

---

quae in duas. Post *quae* omisi *autem* secundum Cod. Matth.

nisi sint, pro vulg. *si sint* recte Lindemannus reposuit e Codd.

antequam componantur. Haec e Cod. Matth. et Lindemanni editione, nisi quod in hac *componuntur* legitur, reposui. Mox *et simplici* posui auct. Cod. Matth. pro *in simplici.*

defendant dedi pro *servent*, quod Lindemannus reposuit.

conclamans, omnia. Post *conclamans* auctore Lindemanno sustuli majorem interpunctionem, et minorem restitui.

praepotens. Hanc vocem e Cod. MS. Matth. pro vulgato *penipotens* restitui. Mox *armipotens* e Codd. Lugd. Lindemanno duce inserui.

insidens. Hanc vocem Cod. MS. Matth. inseri jussit.

correpta quam producta. Haec e Cod. MS. Matth. reposui. Vulgo: *longa quam correpta. Excipiuntur haec.* E Cod. MS. Matth. adjeci *haec.*

§. 37. *Ab his namque regulis* rel. Totum hunc locum usque ad §. 39. acute emendavit Lindemannus. Vulgo legitur hic locus ita: *Ab his namque regulis exeunt novem, quae in ui divisas syllabas mittunt praeteritum perfectum et plusquamperfectum, primas et secundas personas plurales futuri indicativi corripiunt. ut seco secas, secavezam, secui, secabimus secabitis: caetera namque producuntur, ut domo domas, domabam, domabo domabunt, seco secas, secabam, secabo secabunt, frico fricas, fricabam, veto vetas, vetabam, sono sonas, sonabam, tono tonas, tonabam, mico micas, micabam, crepo crepas, crepabam, plico plicas, plicabam. tamen annexis praepositionibus praesens breviatur. quod in dissyllabis venit, nisi positione aut natura ipsa verba producta sint, ut reparo, resono, reseco, replico. Notatur*

visas syllabas mittunt praeteritum perfectum, ut *seco, secui; domo domui; frico, fricui; veto, vetui; sono, sonui; tono, tonui; mico, micui; crepo, crepui; plico, plicui.* Caetera namque producuntur. Notandum autem, quod plico plicas praeteritum *plicui* et *plicavi*
38 facit. Quatuor ab hac regula exeunt: *sto, do, lavo, juvo;* quae cum componuntur, sicut in simplicitate,

---

autem plico, quod praeteritum plicui et plicavi facit. Quatuor ab hac regula exeunt, formulam superiorem sequuntur, resto, restiti, restiteram, restabimus restabitis, reddo, reddidi, reddideram, reddemus reddetis. Excipiuntur relavo et revivo, quae in praeterito sic exeunt, relavi, revixi. sequuntur enim regulam superiorem. Excipitur relavo rel. Quamvis cum his Codices fere omnes consentiant, nihilo tamen minus haec omnia partim aliena partim turbata esse, recte dixit Lindemannus. Haec vero Vir doctus ad hunc locum annotavit: ,,*Ab hac autem regula* cet. *Autem* praebent Gr. et Q. Ceteri: *namque.* Ablativus singularis e conjectura est, omnes pluralem. Infra ponitur in Edd. singularis, ubi ex nexu pluralis requiritur. *Quae in vi mittunt.* Interponunt Edd.: *divisas syllabas*, quae verba nesciuntur a Mss. Quae mox sequuntur in Edd.: *Et plusquamperfectum;* ea desunt in scriptis libris omnibus. Sed quae deinde leguntur: *et primas et secundas personas plurales futuri indicativi corripiunt;* ea manifestam repetitionem ex superioribus exhibentia omisimus. Quoniam autem haec repetierant librarii, consequens erat, ut etiam sequentia exempla ad regulam accommodarent. Sed cum viderent, in fine legi: *caetera namque producuntur;* nec tamen exempla hujus regulae sequi animadverterent, omnem exemplorum nubem huc transtulerunt. Nos mentem auctoris nobis assequi visi, veram lectionem e conjectura restituimus. *Cetera namque producuntur.* Videlicet cetera verba, quae non in his novem sunt. Quod non intelligentes librarii, de ceteris verbi formis acceperunt, ad eamque mentem exempla finxerunt. cf. quae statim antea diximus. Quae jam sequuntur: *Notandum autem, quod plico, plicas* cet.; ea, in omnibus alieno loco infra post verba: *reparo, resono, reseco, replico* posita, huc pertinere, per se intelligitur, neque opus est, quod plura adiiciam. Ceterum in seqq. pro: *quatuor ab hac regula* posuimus: *quatuor ab his regulis* postulante sententia, quod supra iam indicavimus. *Annexis praepositionibus.* Hoc loco secuti sumus Putschianam; reliqui aut: *Tamen annexis*, ut G. O. P. Med. aut: *cum annexis*, ut Q. Unus Gr. cum Putsch. consentit. *Excipitur relavo* cet. Haec huc pertinere et iam post exempla compositorum sequi debere, nemo est tam alienus a vero, quin sentiat. Dixerat auctor, corripi praesentis penultimam annexa praepositione, nisi natura sylla-

nec in *avi*, nec in *ui* exeunt. Annexis praepositionibus praesens breviatur, quod in disyllabis venit, nisi positione aut natura ipsa verba producta sint; ut reparo, resono, reseco, replico. Excipitur relavo, quod in praeterito perfecto et plusquamperfecto, et in uno futuro conjunctivi modi syllabam la longam habet, in caeteris vero temporibus breviatur, *relavi relave-*

---

bae impediat. Sed quoniam naturae syllabae in *relavo* ambigua est, exceptionem significavit hoc verbum. Quae vero antecedunt in omnibus libris praeter Gr., ea aliunde huc introducta esse, nemo non intelligit, modo rationes recte expendat. exhibentur autem haec in Edd. ita: *formulam superiorem sequuntur: resto, restiti, restiteram, restabimus, restabitis; reddo, reddidi, reddideram, reddemus, reddetis. Excipiuntur relavo et revivo, quae in praeterito sic exeunt: relavi, revixi. Sequuntur etiam regulam superiorem.* In minutiis tantum differunt Scripti; v. c. pro *sequuntur, sequentes;* quod debebat esse: *sequentia.* Sed quam prava haec omnia! Primum formulam superiorem sequi dicuntur. Quid? nonne erat formula superior: Universa verba primae conjugationis per omnes modos penultimam producunt? Hocne cadit in verba *resto, reddo?* Deinde quid sibi vult exemplum *revivo, revixi?* Nonne hoc ad tertiam conjugationem pertinet? Ut brevi dicam, sunt haec a manu interpolatoris, ita tamen laxe, ita imperite cum textu sociata, ut ne sensum quidem commodum exhibeant et pravam suam naturam primo aspectu prodant. Desiderabat librarius exempla verborum compositorum ad verba *sto, do, lavo, iuvo*, quoniam supra viderat ab auctore ea poni: *reparo, resono.* Quo autem probabilius faceret inventum suum, eandem *re* praepositionem ad componenda verba adhibere voluit. Sed cum compositum *rejuvo* nullum nosset, scripsit *revivo.* Aut forsitan scripsit ipse *rejuvo*, ex quo alii fecere *revivo;* verba enim *juvo* et *vivo* saepissime confunduntur in Mss. Hinc orta est tota illa interpolatio, quam merito ejecimus. Ceterum notandum etiam pro: *revivo — revixi* esse in Q. *renuo — renui.* Verba autem: *sequuntur regulam superiorem*, quae iterata leguntur, videntur ex iis assumta esse, quae infra de tertia conjugatione dicuntur, ubi locum, unde emigrarunt, indicabimus." Haec hactenus Lindemannus, in cujus sententiam transire nullus equidem dubitavi.

Ab his namque regulis. Pluralem damnavit Lindemannus et e conjectura reposuit singularem, quod mihi, cum Codices omnes in plurali consentiant, minus probandum videtur.

divisas syllabas. Haec, damnata a Lindemanno, servavi auctoritate Cod. MS. Matth. et Edd.

39 *ram relavero.* Notantur enim quae in simplici figura sunt longa, quia ipsam productionem, quam habent in simplicitate, retinent in compositione. Praepositio etiam quando componitur cum aliqua parte orationis, qualis ipsa praepositio est, talis remanet in
40 compositione, ut *redimo*, *subverto*, *inhaereo*. Omnia verba secundae conjugationis, quae *es* syllaba finiuntur in secunda persona praesentis temporis, cum in trisyllabis et in tetrasyllabis, vel etiam in polysyllabis inveniuntur, omnia in penultimo corripiuntur, ut *rubeo*, *habeo*, *misceo*, *langueo*, *iaceo*, *rigeo*, sed per caeteros modos superiores formulas, quas in prima conjugatione perscripsimus, sequuntur. Notantur quae in praeterito perfecto et plusquamperfecto, et in uno futuro modi conjunctivi producuntur, et in compositione et in simplicitate, in caeteris autem temporibus et modis breviantur, ut *sedeo sedi sederam sedero, resideo resedi resederam resedero, caveo cavi caveram cavero, voveo vovi voveram vovero, video vidi videram videro.*

V Verba tertiae conjugationis, quae in secunda per-
41 sona praesentis temporis is syllaba finiuntur, si in trisyllabis vel tetrasyllabis vel polysyllabis veniunt, corripiuntur in praesenti et in caeteris temporibus,

---

§. 39. *Notantur enim.* Haec Lindemannus e Cod. reposuit pro vulg. *notetur etiam.*
retinent in compositione. Omisit Lindemannus *sibi.* Editiones deinde sic pergunt: *Sic et praepositio.* Ego Lindemannum secutus sum.
cum aliqua parte. Ita Edd. et Cod. Lindemannus: *cum qualibet parte.*
qualis ipsa praepositio est. Ita Lindemannus. Vulgo: *qualis ipsa fuerit praepositio.*
quae es syllaba. In his et sequentibus Codicem Matth. expressi, qui cum Edd. consentit.
sedero — resedero — cavero. Haec ex ed. Lindem. inserui.
§. 41. *in secunda persona praesentis temporis*, Lindemannus e Codd. adjecit.
vel tetrasyllabis. Haec e Cod. Matth. inserui. *fiet* pro vulg. *fit* recepi e Cod. MS. Matth. Lindemannus: *erit.*
§. 42. *Ab his regulis.* Recte Lindemannus *ergo* omisit post *his.*
§. 43. *ut superiora.* Reliqui ego intactam vulgatam lectionem. Codices: *et in superiora.* Haec nihili esse sponte in

nisi sint positione longa. Excepto praeterito imperfecto praesentis temporis, ubi semper penultima syllaba longa fiet, ut *tribuo tribuebam tribui tribueram tribuam tribuero.* Notantur autem, quae in ivi vel in evi exeunt in praeterito, quae productionem servant in eodem praeterito perfecto, ut *cupio*
cupivi, quiesco quievi, sapio sapivi. Caetera vero bre- 42
vem sibi regulam defendunt, nisi positionem habeant, ut *contempno contempsi, gero gessi.* Excipiuntur haec, quae in praesenti tempore et in caeteris temporibus breviantur; in praeterito vero perfecto et plusquamperfecto et in uno futuro conjunctivi modi producuntur, ut *lego legi legeram legero, facio feci feceram fecero;* similiter *fugio fugi fugeram fugero, fodio, ago, emo.* Ab his regulis discrepant duo verba, quae in praeterito breviantur et in praesenti producuntur,
ut *pono, cogo.* Dicimus enim *repono reponis reposui,* 43
recogo recoegi. Co enim syllaba in praesenti longa et in praeterito brevis est. Similiter vero alia duo verba excipiuntur, quae sunt primae conjugationis, quae etiam, ut superiora, in praesenti sunt producta, et in praeterito breviata, ut *do, sto:* dicimus enim *reddo reddidi, resto restiti.*

Quartae conjugationis verba, quae in i literam VI
44

oculos incurrit. Equidem *superiora* pertinere puto ad ea verba, quae in proxime antecedentibus enumerata sunt. Lindemannus e conjectura: *ut in superiore forma restiti.* In Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. sequuntur haec: *Notandum namque est, quod omnis dictio, quae in trisyllabis aut in caeteris polysyllabis exit, antepenultimam syllabam, seu productam seu correptam licenter quod fert Poeta in metro est fidutia, qua nos protegat omnipotens Rex.* Hacc sensu prorsus esse destituta, imo inepta et absurda, me non monente, intelligitur. Nec meliora dant Codices: — *quae in caeteris polysyllabis, quae ex* (*ex* deest in Q. *est ita* Gr.) *antepenultima seu productam seu correptam habent* (Q. *habeat*) *licet in metro proferri poetica fiducia.* (Gr. *poetica licentia est.*) (Q. *in metro poetica licentia proferri.*) Nec ex his sensum equidem elicere possum ullum. Lindemannus e conjectura dedit: *Notandum autem est, quod omnis dictio, in trisyllabis et in ceteris polysyllabis, quas extra penultimam seu correptam seu productam habeat syllabas, licet in metro poetica licentia proferri.* Ne haec quidem me intelligere ingenue fateor.

productam desinunt, in secunda persona praesentis temporis in trisyllabis et in caeteris polysyllabis omnia, penultimam syllabam brevem habent, ut *audio, accio, mollio, sepio.* Excipiuntur *eo* et *queo*, et quae in dissyllabis veniunt, ut *scio:* sed haec et his similia regulam primae conjugationis sequuntur. Notantur haec, quae in praesenti tempore, et in caeteris temporibus breviantur, in praeterito vero perfecto et plusquamperfecto, ut jam in aliis diximus, et in uno futuro conjunctivi modi producuntur, *scio scivi sciveram scivero, venio veni veneram venero, queo quivi quiveram quivero.*

VII Quoniam, ut opinor, latius et convenienter tra-
45 ctatum est de his accentibus, nunc de sequentibus videamus. Participium namque illos accentus, quos nomen, habet in omni loco, ut diximus, cum de his tractabamus. Pronomen vero similiter eisdem regu-
46 lis utitur. Notandnm vero, quod illa pronomina, quae in ultimis servant accentum, ut *illic, nostrâs, vestrâs*, ideo apud modernos ita habent, quia apud antiquos *illicce* et *nostrâtis vestrâtis* dicebatur, unde retinent accentum in ultimo, quem habebant in penultimo. Et non solum haec erant apud illos, sed etiam multa alia, quae differentiae causa vel solo usu dicebantur, ut *egomet feci: met* namque syllabica ad-
47 jectio est in *ego*, ut in aliis *ce*, ut *hicce hujusce.* Adverbia, si *e* terminantur, breviantur in penultima, ut *hodiè, sedulè:* quae vero a nomine veniunt, producuntur, ut *Tulliane, Martiane.* Si *m*, producuntur, ut *meatim, tuatim;* si *i*, breviantur, ut *vesperi;* si *o*, differentiae causa in ultimo servant accentum, ut *falsò;*

---

§. 44. *et in caeteris polysyllabis.* Lindemanni auctoritate *aut* mutavi in *et;* et post *polysyllabis* omisi *veniunt.*
mollio. Vulgo: *pollio.* Illud Lindemannus e Codd. dedit.

§. 45. *latius.* Lindemannus: *satis.* Idem mox *consequentibus* pro *sequentibus.*

§. 46. *illic* pro *hiccine* ex ed. Lindem. recepi. *illicce* pro *hiccine* e conjectura reposui. Lindemannus: *illiccine*, quod falsum est.
met namque. Adjeci, Lindemanno auctore, *met.*
ut in aliis ce. Haec ex ed. Lindem. dedi pro vulg. *ut i. a. videlicet ne ce.* Deinde *hicce* e conj. posui pro *illice*, quod Lindemannus posuit. Edd. *illiccine.*

si *a* et *as*, in ultimo, ne putetur nomen esse, ut *unà*, *aliás*; si *er*, breviantur, ut *brevitèr*; si *ol*, similiter, ut *aedepòl*; si *c*, in ultimo, ut *istic*, *illìc*; si *us*, breviantur, *fúnditus*. Notantum autem, quod adverbia 48
omnia, quae cum praepositionibus componuntur, sub uno accentu proferenda sunt, ut *déinde*, *éxinde*. Hanc enim regulam sequitur omnis conjunctio, et in compositis, et in simplicibus, ut *intérea*, *étenim*. Praepositio vero semper in fine accentum servat, ut *apúd*, *anté*. Interiectio nullam certam regulam retinet, tamen in fine vel in medio acuitur, ut *papaé*, *évax*.

---

§. 47. *si a et as*. Haec e conj. reposui. Vulgo haec omissa sunt. Lindemannus in duas enuntiationes descripsit. Reliqua ex ed. Lindem. dedi.

PRISCIANI GRAMMATICI

DE FIGURIS NUMERORUM ET DE NUMIS VEL PONDERIBUS.

DE TERENTII METRIS.

LIBELLI DUO.

PRISCIANI GRAMMATICI
DE FIGURIS NUMERORUM ET DE NUMIS VEL PONDERIBUS.

PROOEMIUM.

PRISCIANUS GRAMMATICUS SYMMACHO.

1 Omni te, Symmache, nobilitatis splendore celebratum, ac omni naturae munere praestantem, omni virtutis luce fulgentem, studiis etiam optimarum artium disciplinarumque florentem, iustissimeque prospera fortunae meritis vitae probantem, fama quidem antea nobis, absentem, venerabilem faciebat; nunc autem praesentem veritas, supergressa laudes praedi-
2 cationis, ostendit. Mediocritatis enim altissimae, qua superbiae calcas tumores, et pietatis ponderibus gravissimis superas omnia. Itaque gloriosum mihi cre-

---

§. 1. *Priscianus Grammaticus Symmacho.* Hanc inscriptionem e Cod. D. protulit Lindem. Putschius omisit *Grammaticus.* A reliquis edd. abest inscriptio; idque, videtur, recte.

omni virtutis. Putschius: *omnique.* Reliqui editores omnes omiserunt *que.*

§. 2. *mihi credens.* Putschius et Lindem. Reliqui *mihi credas.*

ad exercendos juvenes. Haec omisit Putschius.

§. 3. *tam praesentes quam absentes.* Lindemannus Putschium secutus e Cod. D. edidit *praesentis — absentis*, quod mihi minus placet.

§. 4. *qui sunt medii, numeros.* Ita Lindemannus e Codd. et Putschius. Edd. vett. *qui sunt medii numero.*

quarum rationes — disseram. Haec et intermedia absunt a Cod. V. notante hoc Lindemanno.

dens, aliquid a tanta auctoritate interrogationis mereri; de figuris, sicut jussisti, numerorum breviter collecta demonstrabo et de numis vel ponderibus, praeterea de Terentii metris, nec non etiam de praeexercitamentis rhetoricis, quae graece προγυμνάσματα vocant, quoniam diligentius ea sophistae juniores, quos sequimur, aptioribusque divisionibus ad exercendos juvenes, ad omne rhetoricae genus exposuisse
creduntur. Petimus igitur sapientem eloquentiam 5
vestram, hac enim dignitate nihil in homine melius novimus, ut et nos hujuscemodi frequentius quaestionibus, tam praesentes quam absentes, cum felicitate exerceatis, et Romanorum diligentiam vestrorum ad artes suorum alacriores reddatis auctorum, quibus solis ceteras cum Graiis gentes superasse noscuntur. Quarum decus et munimen industria vestri nititur culminis.

Sciendum, quod, cum ab uno ad milies mile nu- I
meri notentur, apud Latinos non plus tredecim eos 4
figuris notari invenimus. Nam principales repetuntur quater singuli, tam ante quinarios, qui sunt medii, numeros, quam post eos. Sunt igitur principalium figurae septem, mediorum vero sex, quarum rationes diu exquisitas, ut potero breviter disseram. Una per I, scribitur antiquo more Atticorum, qui solebant principalem nominis numeri litteram pone-

---

Una per I. Lindemannus: *μία*, quod ferri non potest. Sequentia dedi ex ed. Lindemanni. Ed. Aso. sic: *Ergo μ. pro μία dicentes ι scribebant. et δ. δύο et τ τρεῖς. et sic τ. π. ἑ. ἑ. τέσσαρα πέντε ἑπτα ὀκτῶ* (sic!) *significantes: et ε ἐννία. Vetustissimi quoque Graeci pro aspiratione h scribebant, quam habebant ⊦ δασεῖαν in principio et sic ⊦ε. ⊦ε. ⊦ε id est ἕν. ἕξ. ἑπτά. sic ⊦ε. ⊦ε. ⊦ε. id est ἑξήκοντα ἑβδομήκοντα, ἑκατόν. vel ϑ sic quod significat ἐννενήκοντα. quidam autem et sic scribebant. Non incongruum re..* Ed. Veneta a. hunc locum ita reddidit: *Ergo μ pro μια dicentes i. scribebant et δ διο: et τ τρεῖσ et sic π εο. τεσσαρα πεντε επτα οκτω significantes: et εvεα vetus itaque quoque Graeci pro aspiratione h scribebant. quam habebant. H δασεῖαν in principio. et sic He H eH. idem est εν εξ επτα. sic HeHeHeHe.* i. (id est) *ἑξήκοντα ἑβ-*

re, et significare numerum. Ἴα ergo pro μία dicentes, I scribebant, et $\overline{\Pi}$ πέντε et $\overline{\Delta}$ δέκα; et sic $\overline{\Pi\!\!\!\Delta}$ πεντήκοντα, πεντάκις δέκα, significantes; et $\overline{H}$ ἑκατόν. 5 Vetustissimi quoque Graeci pro aspiratione *H* scribebant quam habebat Ἡκατὸν in principio; et sic $\overline{\Pi\!\!\!H}$ πεντακόσια id est πεντάκις ἑκατόν. $\overline{X}$ χίλια; sic $\overline{\Pi\!\!\!X}$ πεντακισχίλια, id est πεντάκις τὰ χίλια. $\overline{M}$ μύρια, vel sic $\underline{X}$, quod significat δεκάκις χίλια; quidam autem et sic scribebant: $\underline{\Pi\!\!\!M}$ Non incongruum tamen videtur etiam versus graecos aptissime de his numeris compositos subjicere. Χείλια $\overline{X}$ πέλεται, καὶ Πεῖ μέσον Ἦτα φέροντος, Ἥμισυ τῶν ἐφάμην· ἑκατὸν δ' ἄρα Ἦτα πέλονται. Δέλτα δὲ τεμνομένοιο μέσον καὶ Πεῖ φορέοντος, Πεντήκοντ' ἀριθμοῦ σημήϊα, καὶ δέκα Δέλτα. Πεῖ δ' ἄρα πέντε πέλει καθαρόν, καὶ Ἰῶτα ἕν ἐστιν.
6 Hos igitur Latini quoque in plerisque imitati sunt. Nam per I unum notant illos secuti. Quinque per V, quia quinta est vocalis: A, E, I, O, V; decem per X, quia decima est consonans apud Graecos: *B, Γ, Δ, Z, Θ, K, Λ, M, N, Ξ*; vel quod post V apud Latinos X sequitur; quinquaginta per L, quia apud antiquos Graecos L pro N, quae nota est quinquaginta,

---

σομηκοντασεκατον. vel. p. sic quod significat ἐννενήκοντα. quidam autem et sic scribebant. Non incongruum rel. Cum his consentiunt in omnibus fere Edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. Ab his recte discessit Putschius, quem secutus est Lindemannus, nisi quod hic numerorum signa diligentius et concinnius exprimenda curavit. Sequentes versus Graeci desunt in editionibus omnibus Anteputschianis.

§. 6. *Tarrheo.* Ita Edd. Asc. Ven. 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. Sola Putschiana *Tarrhaeo*, quam scripturam, quamvis ea in Cod. Voss. reperiatur, jure Lindemannus repudiavit.

Virgilius in I. Aen. vs. 701. Hic locus abest a Cod. Lugd. V. Recte, videtur.

§. 7. *Centum autem per principalem.* Ab Edd. Ven. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Lindem. abest *per*, quam vocem ex ed. Putsch. restitui.

sic: I. Ita Putschius Edd. Asc. Ald. Bas. Colon. Iunt. secutus. Lindemannus: *II*, quod signum propter antecedens *subdita linea* minus videtur probandum.

§. 8. *Vel, quod verisimilius est* rel. In his, oratione et signis, exprimendis secutus sum Lindemannum, qui haec annotavit: „*Notantur per m circumscriptum ex utroque*

ponebant, teste Apollonide et Lucio Tarrheo. Unde
Latini quoque lympha dicunt pro nympha, aquam vel
fontem volentes significare. Virgilius in primo Ae-
neidos:

Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris.

Centum autem per principalem nominis litteram C, quin- 7
genta per sequentem litteram consonantem; nam post
C D sequitur. Mile secundum Atticos per X grae-
cam, sed, ut sit differentia, ad decem circumscriptis late-
ribus cxↃ. Quinque milia per I et duos in dextera
parte apostrophos IↃↃ. Decem milia per supradictam
formam, additis in sinistra parte contrariis duabus
notis quam sunt apostrophi: CCIↃↃ. Et hoc ad imita-
tionem Graecorum, qui μύρια unius nota, subdita
linea, nunc quoque scribunt sic: Ι̲. Quinquaginta
milia per I et in dextera parte tres apostrophos: IↃↃↃ.
Centum milia per I mediam et tres in dextera parte 8
apostrophos et in sinistra totidem contrarias: CCCIↃↃↃ.
Vel, quod verisimilius est, decem milia notantur per
m circumscriptum ex utroque latere sic: cɪlɪↃ; et
hoc ad imitationem Graecorum, quia Μύρια eam lit-
teram habent principalem sui nominis. Sed diffe-
rentiae causa media linea altior facta est, quia milies

---

latere. M hoc loco non intelligi illam majusculam literam, qua nunc utimur, sed illam, quae tribus erectis lineolis cernitur, partim ex consentiente scriptura codicum, partim ex sententia auctoris colligitur. Ipsum autem signum numeri in D. fere ut Graecum *ω μέγα;* in S. ita: — m —; in V. autem emendatius: IcIↃI (plane ita) scriptum exstat. Apud Putschium hoc signum est: CMↃ. Quae vero in Editionibus post haec leguntur: *Quomodo mille per X circumscriptam ex utroque latere sic:* CXↃ, ea nesciuntur a duobus Codicibus D. et S. leguntur in V. Nos omisimus. Nam ipsa haec importuna repetitio peperit in sequentibus falsam lectionem: *quia χίλιοι eam literam* cet. pro qua codices nostri recte, *quia μ ί ρ ι α eam literam* cet. quod dedimus. *Solet notari sic:* CIIIↃ. Numeri signum ita scribi debere, ostendit descriptio auctoris. Proxime ad hanc scripturam accedit D. in quo est: CCIↃↃ. In S. legitur fere sic: CCCIII: quod perperam. In V. legitur m circumducto quadrangulo, quod nihili. In Ald. P. et Mediol. cxↃ rursum; in Putsch. rursum CMↃ." Haec ille. In Edd. Ven. 2. Asc. *solet notari sic:* X. *decem milium.* Addunt Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. hoc signum: CCIↃↃ. *dimidiam partem scripturae*

quoque mile per m circumscriptam solet notari, sic: cɪɪɪɔ. Ergo quinque milia cum sint dimidia pars decem milium, dimidiam partem scripturae reservaverunt, sic: Iɪɔ; quomodo quinquaginta milia dimidia pars centum milium, qui numerus per eandem notam decem milium scribitur, additis tamen ex utroque latere singulis circumscriptionibus: ccɪIɪɔɔ. Quingenta milia per cꞁɔ, quod est initium nominis, et apostrophon. Mile milia similiter per m, unde incipit nomen, ex utraque parte circumscriptam, ut: cɪɪɪɔ, vel etiam sic: ccꞁɔɔ.

II
9 De ponderibus etiam necessarium esse putavimus addere. *As* nummus est libralis, et per I perscriptam notatur: Ɨ. *Dupondius* nummus est bilibris per duas II perscriptas: II̶. *Sestertius* nummus duarum semis librarum per duas II et S, ex qua incipit semis, perscriptas: HS, unde Sestertius dicitur semis tertius, ⌈de quo Aruntius haec ait: *Sestertius olim dupondius et semis, quasi semistertius, quo tempore denarius decussis valebat.* Hoc est, post duos sequens tertio loco est semis. Hoc quoque secundum Atticos et Ionas, qui ἥμισυ τρίτον dicebant pro δύο ἥμισυ, teste etiam Didymo, qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos, unde et Herodotus in primo Historiarum: Ἐποιεῖτο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. Οὗτος ὁ λέων

---

servaverunt sic: Iɪɔ. Ita Lindemannus. Putsch. IƆƆ. Ita et Edd. Ven. 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. Ed. Asc. IƆƆƆ.

ccɪIɪɔɔ. Ita Lindemannus hoc signum expressit. IƆƆƆ Edd. Ven. 2. Asc. ccclɔɔɔ Edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. Putschius omisit. Abest a Codd. D. S. — cꞁɔ. Ita Lindem. q. Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. qɔ Putschius.

cɪɪɪɔ. Hoc signum protulit Lindem. cмɔ. Putschius. M. Edd. Ven. 2. Asc. Ald. Iunt. Bas. Colon.

ccꞁɔɔ. Ita Lindemannus hoc signum expressit. cqɔ Edd. Ven. 2. Asc. q. Edd. Ald. Iunt. Bas. Colon. CCM. Putschius.

§. 9. *per I.* Ita Lindem. Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. *per L.* Igitur in sequentibus etiam dedi ea signa, quae Lindemannus exhibuit.

dupondius et semis. His addunt Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *id est duae librae et semis.* Putschius recte haec expulit.

post duos. Ita Edd. omnes. Lindemannus; *post duo asses.*

ἐπεί τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι ναὸς, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων, ἐπὶ γὰρ τούτοις ἵδρυτο. καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Ἰδοὺ δὴ οὖν, εἰπὼν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα, καταλέγει ἔχειν ἕβδομον ἡμιτάλαντον, τουτέστιν ἓξ ἥμισυ τάλαντα. Septimum semitalentum dixit pro: *sex semis talenta. Denarius* quoque decem librarum nummus per X perscriptam notatur: ✕. Horum pleraque in Verrinis 10
Ciceronis licet invenire, antiquissimae scripturae emendatis codicibus. *Obolus* dicitur, ut Dardanus docet, scripulus esse, id est sex siliquae. *Drachma*, sive *Argenteus*, scripuli tres. *Uncia* drachmae octo, scripuli viginti quatuor. Unciae duodecim, *libra*. *Libra* vel *mina Attica*, drachmae septuaginta quinque. *Libra* vel *mina Graia*, drachmae centum quinque. *Libra* vel *mina Italica*, drachmae nonaginta sex. *Talentum* Atheniense *parvum*, minae sexaginta, *magnum*, minae octoginta tres et unciae quatuor. *Libra* vel *As* unciae duodecim. *Deunx*, unciae undecim. *Dextans*, unciae decem. *Dodrans*, unciae novem. *Bessis*, unciae octo. 11
Septunx, unciae septem. *Semis*, unciae sex. *Quincunx*, unciae quinque. *Triens*, unciae quatuor. *Quadrans*, unciae tres. *Sextans*, unciae duae. *Uncia sescunx*, vel, ut alii, *sescuncia*, duae partes et uncia. *Semiuncia*, semis unciae. *Duae sextulae* sunt tertia pars unciae, id est, scripuli octo. *Sicilicus*, scripuli sex. *Sextula*, scripuli quatuor; *dimidia sextula*, scripuli duo. Rur-

---

ἥμισυ τρίτον. Ita Putschius, quem secutus est Lindemannus. Edd. Ven. 2. Asc. Ald. Iunt. Bas. Colon. *ἡμίδραχμον. δύο ἥμισυ*. Pro his, quae Putschius et Lindem. dederunt, Edd. vett. *δύο ἥμισυ δραχμάς*.

Herodotus in I. Hist. Cap. 50. Putschius *ἐποιεῖτο*. Lindemannus *κατεκαίετο* Deinde idem: *τούτοις ἵδρυτο*. In Herod. legitur: *ἐπὶ τούτοισι ἵδρυτο*.

Ἰδοὺ δὴ οὖν. Haec dedit Lindem. Codex: *ΕΙΔΟΥ ΔΙΟΝΙΙΙΩΝ*. Putschius *εἰδοῖλον τῶν*.

§. 10. *Horum pleraque*. Ita Putschius. Lindemannus: *Eorum pleraque*.

scripulus. Edd. vett. *scrupulus*. Ego Putschium secutus sum. *Libra vel mina Italica, drachmae nonaginta sex*. Haec e Cap. III. §. 14. addidi.

§. 11. *Bessis*. Ita Edd. omnes. Lindem. *Bissis. duae partes et uncia*. Codd. *duae partes unciae*. Edd. *tres dimidiae partes unciae*. Lindemannus: *dimidia pars et uncia*.

sus *sextula* et *dimidium sextulae sicilicus* appellatur. *Scripulus* siliquae sex; *siliqua* est quod dicunt Graeci *Κεράτιον* vel *Λεπτός*.

III Necessarium tamen existimavi ad confirmanda su-
12 pradicta a diversis auctoribus de his dicta subjicere. Livius in xxxiv ab Urbe condita: *Multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse, cum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Mile enim ducentos ea ratione Achaia habuit captivos Italicos.* Qua ratione ostenditur, sex milia denariorum habere talentum. Nam cum quingeni denarii pro mile ducentis captivis dati colligantur sexcenta milia dena-
13 riorum, centum ea ostendit fuisse talenta. Centesima enim pars sexcentorum milium sex milia inveniuntur, denarii autem illo tempore nummi argentei erant viginti quatuor siliquarum, quod in eodem libro ostendit Livius: *signati, octoginta quatuor milia fuere Atticorum; τετράδραχμα vocant. Trium fere denariorum in singulis argenti est pondus.* Vide, quod quatuor drachmae sunt septuaginta duae siliquae. Diximus enim superius, quod tres oboli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciunt. Tres autem denarii idem habebant, id est septuaginta duas siliquas. Idem Livius in xxxviii ab Urbe condita ostendit, magnum talen-

---

§. 12. *subjicere.* Lindemannum *subicere* scripsisse miror.

Livius in XXXIV. Cap. 50. Apud Livium haec ita leguntur: *Multitudinis eorum argumentum sit,* (*est* Gron. Crev.) *quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse, quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent.* Ed. Asc. *est* pro *sit.* Ed. Ven. 2. *fit.* Eadem *Athenis* pro *Achaeis*, et *quod recideret* pro *redderetur.* Iunt. *redderentur.* Ven. 1. *reddere.* Pro *ex ratione* Livius *ea ratione*, quod ego restitui. Ed. Asc. *a regione. captivos Italicos.* Haec absunt a Livio.

§. 13. *Livius in eodem libro.* XXXIV. Cap. 52. med. Pro *tetradrachma* Gron. et Crev. *tetradrachmum* legi jubent. Edd. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. *tetradrachmam.* Equidem Putschium secutus Graecis literis scripsi hanc vocem, cum in Edd. Ven. 1. 2. post *de* lacuna relicta sint, qua, Graecam vocem abesse, significatur.

quatuor drachmae sunt. Ita Putschius. Lindemannus: *q. d. sint.*

tum Atticum octoginta habere libras, et paulo plus,
cum supradictorum computatio manifestet, octoginta
tres libras et quatuor uncias habere talentum, quod est
sex milia denariorum. Livius: *talentum ne minus pondo
octoginta Romanis ponderibus pendat.* Id est, sic decre-
vit Senatus, ut non plus quam ternae librae et quater-
nae unciae singulis desint talentis. Et sciendum, quod 14
secundum Livii computationem centum minae Atticae,
quarum singulae septuaginta quinque drachmas habent,
faciunt talentum magnum. Nam minus habet sexa-
ginta, secundum Dardanum. Quod autem est magnum
et minus, ostendit Terentius in Phormione: *Si quis
daret talentum magnum.* Italica autem mina drachmas
habet, ut supra dictum est, nonaginta sex, quod est libra
duodecim unciarum, id est denarii septuaginta duo.
Hac igitur computatione octoginta tres librae Romanae
et quatuor unciae, quod est magnum talentum, centum
minas Atticas faciunt. Seneca in decimo Epistolarum
ad Novatum: *Viginti quatuor Sestertia, id est talentum
Atticum parvum.* Viginti quatuor enim HS sexaginta li-
bras habent. Varronis quoque auctoritate supradicto- 15
rum pleraque comprobemus. Varro de Lingua Latina
Libro quinto: *Multa pecuniae signatae vocabula sunt.
Aeris et argenti haec: As, ab aere. Dupondius, a duo-
bus ponderibus, quod unum pondus Assipondium diceba-*

---

tres oboli. Ita Edd. omnes. Unus Putschius: *tres scripuli.* *Livius* in *XXXVIII.* Cap. 58.

§. 14. *faciunt magnum talentum.* Addunt Edd. vett. *et minus,* quod Putschius sustulit.

est magnum et minus. Typothetae errore in Lindem. ed. legitur: *est magnum est minus.*

Ter. in Phorm. Act. IV. sc. 5. vss. 38. 39. Falsa, nec Codicum auctoritate confirmata sunt ea, quae Putschius post *Phormione* addidit: *Act. III. sc. III. Seneca in decimo Epp. ad Novatum.* Quae sequuntur, in M. Senecae Controv. Lib. X. scripta exstant.

§. 15. *Varro de L. L. Libro V.* Est Lib. IV. p. 47. ed. Bip. *Assipondium.* Ita Edd. Asc. Putsch. et libri Varronis. Lindemannus: *assispondium.* Edd. Ven. 1. 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. *assis pondium,* quod falsum est. *Id ideo, quod.* Ita Edd. Putsch. Lindem. Edd. vett. *ideo quod. librae pondus* dederunt Putsch. et Lindem. Edd. vett. *libra pondus.*

tur. Id ideo, quod As erat librae pondus. Deinde ab numero usque ad Centussis. Ab tribus assibus, Tressis, et sic proportione usque ad Nonussis. In denario numero hoc mutat. Quod primum est ab decem assibus, Decussis; secundum ab duobus decussibus, Vicessis; reliqua conveniunt, ut Tricessis; et sic proportione usque ad Centussis (quod Persius ostendit: *Et centum Graecos uno centusse licetur). Quo majus aeris proprium vocabulum non est. Nam ducenti et sic proportione quae dicuntur, non magis asses, quam denarii aliaeque res significantur. Aeris minima pars Sextula, quod sexta pars unciae est; Semuncia, quod dimidia pars*
16 *unciae. Uncia ab uno dicta. Sextans ab eo, quod sexta pars assis est. Quadrans, quod quarta est. Triens, quod tertia pars. Semis, quod semis, id est dimidium assis, ut*

---

deinde ab numero usque ad Centussis. In edd. Varronis sic legitur: *deinde ab numero reliquum dictum usque ad Centussis, ut as singulari numero.* In Edd. Prisciani legitur *Centussem*, quod ego emendavi secundum *ad Nonussis*, et paulo post, *usque ad Centussis.*

Vicessis. Edd. Ven. Asc. Iunt. Ald. *vigessis.* Illud Putschius. In Varrone legitur *Bicessis.* Priscianus hoc etiam loco plura omisit. Nam Varro haec tradit: *secundum a duobus decussibus Bicessis, quod dixi solum a duobus decussibus Bicessis.* Ad hunc locum haec annotata sunt: „Videtur scribendum: *a duobus decussibus vicessis, quod dici solitum a duobus, bicessis.* Turnebus. Pro *bicessis* marg. Scalig. *vicessis.* Priscianus in libro de Ponderibus integrum hunc locum recitat, sed omittit haec verba, *Quod dixi — Bicessis.* Quae si Varronis sunt, ita legendum: *Quod dici solitum a duobus Bicessis.* Vicessis dicitur a duobus decussibus, quasi viginti asses, id dici solitum Bicessis, quasi duo asses. Popma."

ut Tricessis proportione. Haec dedit Putschius, quem ego secutus sum. Edd. vett. *ut Trigessis per proportionem.* Lindemannus: *ut Tricessis; et sic proportione.* Varro: (ex ed. Bip.) *ut Tricessis, sic proportione.* Equidem *et sic* a glossatore additum esse credo. Absunt certe ab Edd. antiquis omnibus; nec, ut adjiciantur, opus esse videtur.

Persius. Sat. V. vs. 191. Editum ibi est: *curto centusse.*

et sic proportione. Ita Prisciani editiones omnes, quas contuli. In Varrone legitur: *Nam ducenti in proportione.* Marg. Scalig. *ducenties.*

quae dicuntur. Varro: *cum dicuntur.* Lindemannus *quando* Priscianum scripsisse putat.

aliaeque. Varro: *aliaeve.*

supradictum est. Septunx a septem et uncia collisum. Reliqua obscuriora, quod a deminutione, et ea, quae deminuuntur, ita sunt, ut extremas syllabas habeant. Una dempta uncia, deunx. Dextans, dempto sextante. Dodrans, dempto quadrante. Bes, ut olim Des, dempto triente. In argento nummi id a Siculis. Denarii, quod denos aeris valebant. Quinarii, quod quinos. Sestertius, duobus semis. Dupondius enim et semis antiquus Sestertius est, et veteris consuetudinis, ut retro aera dicerent ita, ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nunciarent; ab semis tertius Sestertius dictus. Nummi denarii a decima libella. Didymus etiam ea 17
confirmat. *Δίδυμος ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας· Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ, ἥμισυ τρίτον φασίν. καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα, ἕβδομον ἡμιτάλαντον. καὶ*

---

significantur. Ita Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Putsch. Lindem. Varro. Edd. Ald. Bas. Colon. *significant;* typothetae, videtur, culpa.

dimidia pars unciae. Haec adduntur in Varrone: *Se valet dimidium, ut in Selibra et Semodio.*

Semis, quod semissis. Vulgo: *Semis, quod semis.* Ineptissima lectio. Legendum est: *Semis, quod semissis.* Falso etiam in edd. Varronis: *Semis, quod semiaes.*

collisum. In Varrone: *conclusum.*

Una dempta uncia deunx. Varro: *ut a duodecim una rel.*

in argento numi, id a Siculis. Edd. vett. *Et argentei numi id est a Siculis.* Putschius: *in argento numi id est a Siculis.*

duobus semis. Ita Edd. omnes. Varro: *quod semis tertius.*

dicerent. Varro: *dicerentur.* Mox Varro: *ita ut semis tertius semis quartus pronuntiarent.*

a decima libella. Ita Edd. vett. omnes. Putschius secundum Varronem omisit *a.*

§. 17. Ad Didymi locum Lindemannus: „Graeca haec in solo D. Lectiones autem hujus Codicis miro consentiunt cum iis, quae edidit Putschius, nisi ubi ille characteres legere non potuit, aut intellexisse sibi persuasit. Nos ergo maluimus profiteri difficultatem et pravam lectionem Codicis ponere, quam immutando pejorem facere. Ac primum notandum, ab initio ante vocem *Δίδυμος* legi in cod. has literas: *TK*; deinde pro *περὶ τῆς* esse *ΠΕΡΙCΤΗC*; ante vocem *παρὰ* recurrere literam *T*, et post vocem *ἀναλογίας* rursum apparere *T*, quod Putschius pro numero libri habuit. In reliquis haec commemoranda sunt. *φασίν.* Ita semper in Cod. ante commata vel ante plenam interpunctionem. *πίμπτην σπιθαμήν.* Nescio, quid acciderit Putschio, cum ederet: *πέμπτην ἡμισπιθαμήν.*"

τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις, πέμπτην σπιθαμὴν, καθάπερ φησὶν Ἡλιόδωρος, ὃς προσθεὶς τὸ, Ἐν δὲ βατουσιάδης, ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. Καὶ καθόλου ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προςκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ ἀεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασίν, οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ, ἕβδομον ἥμισυ φασίν, τοῦ ἑπτὰ ἕβδομον ὃς
18 μονάδι πλεονάζει τοῦ ἓξ, τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. Καὶ Ῥωμαῖοι δὴ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. Τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, σηστέρτιούμ φασιν· τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ, σήσκουας, σήσκουπλα· τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καί ἐστιν ἥμισυ τρίτον. Τὰ δὲ χείλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, (ὥς αὐτοὶ λέγουσι, δηναρίου παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένου) δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ καὶ μίλλε νούμμως φασίν. τὸ δὲ σήσκουας σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ση, καὶ τοῦ κουμ, καὶ τοῦ ἂς ἄσσις. Καί ἐστιν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ, τουτέστιν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. Ὥσπερ δὲ ἡμέδιμνον λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σημόδιουμ, πλεονάζοντος τοῦ σ.

IV Necessarium esse existimavimus etiam ipsa nomina
19 numerorum, et quae ab eis derivantur vel componuntur subjungere. Et sciendum, eos declinari numeros, qui variant genera; qui vero una voce tria genera continent, indeclinabiles esse tam apud Graecos quam apud Latinos. *Unus, una, unum; duo* et *duae* et *duo; hi* et *hae tres* et *haec tria; hi* et *hae* et *haec quatuor;* similiter *quinque* et *sex* et *septem, octo, novem, decem,*

καθάπερ φησὶν Ἡλιόδωρος, ὃς προσθεὶς τὸ, Ἐν δὲ βατουσιάδης κ. τ. λ. Ita dedi e certissima Godofredi Hermanni, Viri perillustris, emendatione. Putschius: **Καθάπερ φησὶν Ἡρόδωτος προσθεὶς τὸ ἑνδεκάτους. Ιάδης κ. τ. λ.** Haec sensu destituta esse ultro apparet. Lindemannus: **καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος, προσθεὶς τὸ ἓν δεβα. Τουσιάδης.** Ad illa haec annotavit in N. Crit. „Pro **προσθεὶς** in MS. quidem est **προθεὶς;** sed hoc falsum esse, sponte patet. **Τὸ ἓν** manifeste legitur. Ex quo auctoris mentem licet perspicere, quae etiam e seqq. satis clare apparet. Vitium latet in verbis: *ΔΕΒΑ ΤΟΥCΙΑΔΗC.* In his multa possunt tentari, sed praestat tacere.“ Hermannus, postquam emendandi loci rationem proposuit, haec addit: „Puto autem ego Heliodorum hic citari, metricum istum, quem verisimile est, cognatum rei metricae argumentum, musicam quoque

undecim, *duodecim*, *tredecim*, *quatuordecim*, *quindecim*, *sedecim*, *decem et septem*, *decem et octo*, *decem et novem*, *viginti*; *vigintiunus et vigintiuna et vigintiunum*; sic deinceps omnibus cardinalibus numeris minores usque ad *novem* adduntur, quamvis contrarium ante *decem* fiat usque ad *sedecim*. Licet tamen et praepostere, maxime conjunctione interposita, haec proferre: *decem et unum*, *decem et duo*. *Triginta*, *quadraginta*, *quin-* 20
quaginta, *sexaginta*, *septuaginta*, *octoginta*, *nonaginta*, *centum*; *ducenti*, *ducentae*, *ducenta*; *trecenti*, *trecentae*, *trecenta*; *quadringenti*, *quadringentae*, *quadringenta*; *quingenti*, *quingentae*, *quingenta*; *sescenti*, *sescentae*, *sescenta*; *septingenti*, *septingentae*, *septingenta*; *octingenti*, *octingentae*, *octingenta*; *noningenti et nongenti*, *noningentae et nongentae*, *noningenta et nongenta*; *hi* et *hae* et *haec mile*.

Ex his nascuntur ordinalia nomina haec, inaequa- V
liter quidem, quantum ad vocem: *primus* et *secundus*; 21
aequaliter vero: *tertius*, *quartus*, *quintus*, *sextus*, *septimus*, *octavus*, *nonus*, *decimus*, *undecimus*, *duodecimus*, ab undecim et duodecim Nam reliqua ex utraque parte declinantur contra consuetudinem Graecorum usque ad *nonum decimum*; ut: *tertius decimus*, *quartus decimus*, *quintus decimus*, *sextus decimus*, *septimus decimus*, *octavus decimus*, *nonus decimus*, *vicesimus*, *vicesimus primus*, *vicesimus secundus*, *vicesimus tertius*, *vicesimus quartus*, *vicesimus quintus*, *vicesimus sextus*. Sic omnes sequentes velut in primitivis ad imitationem Graecorum, a *vicesimo* et

---

attigisse. Ac suadet hoc etiam commemoratio pedis metrici, exemplique e poeta petiti. Confundi autem Heliodori Herodotique nomina satis constat. Omninoque grammaticus iste Herodotus ita mihi suspectus est, ut verear, an unquam ullus fuerit."

προσκείμενον. Ita pro *προκείμενον*, quod Lindemannus edidit, recte posuit Putschius. Hanc igitur lectionem, non invito Lindemanno, revocavi. *τοῦ ἑπτὰ ἕβδομον*. Hoc quoque loco Putschii restitui lectionem. Lindemannus ediderat: *ἕβδομον πλεονάζει τοῦ ἕξ*. Non satis recte Lindemannus post *πλεονάζει* virgulam posuit.

οὕτως καί. „Ita Codex. Putschius: *οὕτω καί*." Lind.

πλεονάζοντος τοῦ ο. „In MS. quidem, ut Putsch. edidit: *πλεονάζοντες τὸ ο*; sed tollendum erat mendum; *πλεονάζειν* enim activam vim non habet." Lindem.

supra, majori minorem addunt numero plerumque. Ante *decem* vero minorem ponunt, quando composita
22 accipiuntur, et sub uno accentu proferuntur. Nam licet dissoluta compositione diversis accentibus ea proferentes mutare ordinem, quomodo apud Graecos, et dicere *decimus et septimus* pro *septimus decimus*, et *tertius et vicesimus* pro *vicesimus tertius*. Sic et similia: *tricesimus*, *quadragesimus*, *quinquagesimus*, *sexagesimus*, *septuagesimus*, *octogesimus*, *nonagesimus*, *centesimus*, *ducentesimus* vel *ducesimus*, *trecentesimus* vel *trecesimus*, *quadringentesimus* vel *quadrigesimus*, *quingentesimus* vel *quingesimus*. Livius ab Urbe condita XXXI: *Anno quingesimo*. *Sescentesimus* vel *sescesimus*, *septingentesimus* vel *septigesimus*, *octingentesimus* vel *octigesimus*, *noningentesimus* vel *nongesimus* vel *nonigesimus* vel *nongentesimus*, *milesimus*.

VI Habent ex omnibus numeris Romani dispertitiva,
23 quae Graeci vocant *ἐπιμεριζόμενα*, quae naturaliter semper pluralia sunt, quippe in multos distribui eundem significant numerum, ut: *singulos oculos habebant Cyclopes*, quod Graeci dicunt: *ἀνὰ ἕν, ἀνὰ δύο, ἀνὰ τρία*. Sic usque ad mile habent Latini, ut: *singuli*, *bini*, quae sunt anomala, quantum ad vocem *unius* et *duorum*; *terni* vel *trini*, sed *terni ἀνὰ τρεῖς*, *trini τριχεῖς* magis significat vel *τρισσοί*, *trini ludi*; *quaterni*, *quini*, *seni*, *septeni*, *octoni*, *noveni*, *deni*, *undeni*, *duodeni*, *ternideni*, ex duobus integris, quomodo *tertiusdecimus* et deinde: *quaternideni*, *quinideni*, *senideni*, *septenideni*, *octonideni*, *novenideni*, *vicenisinguli*, *vicenibini*, *viceni-*
24 *terni*. Similiter caeteri: *triceni*, *quadrageni*, *quinquageni*, *sexageni*, *septuageni*, *octogeni*, *nonageni*, *centeni*, *ducenteni*, et per syncopam *duceni*; *trecénteni*, et per

---

§. 23. *ἐπιμεριζόμενα*. Edd. Asc. Ven. 2. Iunt. etc. *διαιρετικά*. *ἀνὰ ἕν, ἀνὰ δύο, ἀνὰ τρία*. Haec desunt in Edd. vett.

ἀνὰ τρεῖς — τριχεῖς — τρισσοί. Ita Lindemann s. Putschius: *ἀνὰ τρεῖς — τιχοὶ — τρισσοί*. Ed. Asc. *τριταίοι — τρίτοι — τριταῖοι*. Edd. rel. *τριταῖοι — τρίτοι — τριταῖοι*. Receptam formam *τριχεῖς* in Codd. reperiri dicit Lind.

§. 24. *quadrigeni* edidi secundum Edd. vett. *Lucanus*. Lib. VIII. 445. *Virg*. X. 207.

§. 25. *Cic. in II. Verrin.* Act. II. Or. 2. Cap. 52. s. fin. *Liv.* XXXV. Cap. 23. *Salustius in Catilin.* Cap. 6. 2. *Virg. in II.*

syncopam *treceni*; *quadringenteni*, et per syncopam
quadrigeni; *quingenteni et quingeni*; *sescenteni et sesceni*;
septingenteni et septingeni; *octingenteni et octingeni*; *non-
genteni et nongeni*; *mileni*. Auctores tamen non proprie
etiam singulari numero ea protulisse inveniuntur. Luca-
nus: *In septeno gurgite Nilus*. et Virgilius in x: *It gravis
Auletes, centenaque arbore fluctum verberat assurgens*.
Haec tamen ipsa etiam in semper pluralibus congemi- 25
natis ponuntur, ut bina moenia, terna arma. Cicero
in II Verrinarum: *inter binos ludos*, quia ludi, quando
spectacula significant, semper pluraliter dicuntur. Li-
vius in xxxv: *et bina equestria arma*. Uni quoque et
unae et una pluralibus adjunguntur, quando pro singu-
laribus accipiuntur, ut Salustius in Catilinario: *Hi
postquam in una moenia convenere*, pro: in unam urbem.
Virgilius in secundo Aeneidos: *Satis una superque vi-
dimus excidia*, pro: unum excidium; et Lucanus in
III: *Totumque in partibus unis bellorum fecere nefas*,
pro: una in parte. Donatus in arte prima: *Atque
excepto amphibracho et epitrito, quorum alterum tripla,
alterum epitrita divisione partimur, universorum pedum
trina conditio reperitur*. *Trina* pro *tripartita* dixit.
Primanus primae legionis, *secundanus* secundae legio- 26
nis. Similiter *tertianus*, unde *tertiana febris*. *Quar-
tanus*, unde et *quartana febris*. *Quintanus*, unde *quin-
tana porta castrorum*. *Sextanus*. *Septimanus*, unde
septimana dierum. *Octanus*. *Nonanus*. *Decimanus*, un-
de *decimana porta castrorum*. *Decanus* quoque a *de-
cem*, et *decuria* et *decurio*, nomen et verbum, *decurio*,
decurias, unde *decuriatus* et *decuriata comitia*; ut a
centum centurio nomen et verbum, et *centuriatus*,
ex quo *centuriata comitia*, ex quo *succenturiatus*.

Aen. vs. 642. *Lucanus in III*. vss. 548. 49. *Donatus in Arte Prima*. p. 1740. ed. Putsch. Ibi haec leguntur: „Atque excepto amphibracho et epitrito, quem metrici informem et incognitum judicant. Quorum alterum tripla, alterum epitrita divisione partimur. Universorum pedum trina condicio reperitur."

tripla. Edd. vett. *sescupla*. Illud Putsch. et Lindemannus e Codd.

§. 26. *quartana febris*. Unus Lindemannus omisit *febris*. Male id quidem.

Terentius in Eunucho: *Ego in subsidiis hic ero suc-*
27 *centuriatus, si quid deficias.* Est et alia forma ex omni numero derivativa in *rius* desinens, excepto uno et duo, e quibus *singularis* et *dualis* dicimus, ut *ternarius*, unde et *ternarius iambus*, qui tres habet pedes; *quaternarius*, *quinarius*, unde et *semiquinarius; senarius*, *septenarius*, unde et *semiseptenarius; octonarius*, *novenarius*, *denarius*, unde et *denarius numus; undenarius*, *duodénarius*, *ternariusdenarius.* Similiter ceteri: *vicenarius*, *tricenarius*, *quadragenarius*, *quinquagenarius*, *sexagenarius*, *septuagenarius*, *octogenarius*, *nonagenarius*, *centenarius*, *ducentenarius et ducenarius*, *trecentenarius et trecenarius*, *quadringentenarius et quadrigenarius*, *quingentenarius et quingenarius*, *sexcentenarius et sexcenarius*, *septingentenarius et septingenarius*, *octingentenarius et octingenarius*, *noningentenarius et nongenarius;* (sed melius per syncopam proferuntur;) *milenarius.*

VII Adverbia quoque ex omni numero inveniuntur,
28 ab uno quidem et duo inaequaliter, *semel* et *bis;* a ceteris vero aequaliter: *ter*, *quater;* reliqua omnia in es productam desinunt: *quinquies*, *sexies*, *septies*, *octies*, *novies*, *decies*, *undecies*, *duodecies*, *terdecies*, *quaterdecies*, *quinquies decies*, *sexies decies*, *septies decies*, *octies decies*, *novies decies; vicies*, *tricies*, *quadragies*, *quinquagies*, *sexagies*, *septuagies*, *octogies*, *nonagies; centies*, *ducenties*, *trecenties*, *quadringenties*, *quingenties*, *sexcenties*, *septingenties*, *octingenties*, *noningenties* et *nongenties*, *milies.* Infinitis tamen numerorum adverbiis etiam *n* interponitur, *quotiens*, *totiens*, similiter
29 *multotiens.* Inveniuntur et aliae derivationes vel compositiones, multae a nominibus numerorum, ut *unicus*, *ullus*, *unitas*, *unio*, *universus*, et *uno*, verbum,

---

Ter. in Eun. Est Phorm. Act. I. Sc. 4. vs. 51. *si quid deficias.* Ita Edd. omnes. Lindem. *si quod deficias.*

§. 27. *e quibus.* Lindem. *et quibus.*

§. 28. Edd. vett. *tredecies*, *tridecies.* Post *multotiens* addit Putsch. *aliquotiens.*

§. 29. *Persius.* Sat. III. vs. 48. *id* deest in Edd. Ald. Bas. Colon. In Edd. Persii legitur *in.*

trinum nundinum vel trinundinum. E conjectura addidi *vel trinundinum.* In Edd. Asc. Putsch. legitur ita: *trinundinum trinum nundinum.*

unas, unat; ternitas vel *trinitas; septimana, senio.* Persius: *Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret, milia. Semiquinarius, semiseptenarius; nundinum et nundinae, trinum nundinum vel trinundinum.* Et sciendum, quod poetae saepe derivativis utuntur pro primitivis, vel contra, vel aliis speciebus pro aliis, ut Virgilius in decimo Aeneidos: *Tot lecti proceres bis denis navibus ibant,* pro *bis decem;* et Lucanus: *In septeno gurgite Nilus,* pro *septenario.* Sunt praeterea *simplum, du-* 30
plum, triplum, quadruplum, et similia, quae proprie ad pondus vel numerum dicuntur; *simplex, duplex, triplex,* et similia, quae ad omnem rem dicuntur; et verba ex his, *duplico, duplicas; triplico, triplicas; multiplex, multiplico, multiplicas; dupondius,* et similia. Illud quoque sciendum, quod *undeviginti* dicimus, pro: *decem et novem,* id est, *unde unum deest viginti.* Vel *undeviginti,* post quem *viginti* numerus est, quod est *novem* et *decem* numerus, post eum enim sequitur viginti numerus. Horatius in secundo Sermonum: *Undeoctoginta annos natus, cui stragula vestis.* Unde octoginta dixit, id est septuaginta novem annos habens aetatis, hoc est octoginta, unde unum. Etiam duodeviginti dicunt pro decem et octo, quod Attici δυοῖν δεόντων dicunt; idem invenitur in ceteris cardinalibus numeris, id est triginta et quadraginta, et reliquis, duodetriginta pro viginti octo, et similia. Uniformis, bi-
formis, triformis, et similia. Duo asses, dussis, du- 31
pondius, tressis, quadrassis, decussis, vicessis, tricessis, quadragessis, quinquagessis, sexagessis, septuagessis, octogessis, nonagessis, centussis, post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri. Deunx, dextans, dodrans, bessis, septunx, sescunx, quincunx, triens, quadrans, sextans, sextula. Libra,

---

Virgilius in X. Aen. vs. 213. *Lucanus.* VIII. 445.

§. 30. *quadruplum.* Addunt Edd. Ald. Bas. Colon. *quincuplum.* Abest hoc ab Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Putsch. Lindem.

Horatius in II. Serm. 3. 117.

δυοῖν δεόντων. Edd. Ald. Bas. Colon. Iunt. *ἑνὸς δέον ὀγδοήκοντα ἔτη.* Receptas voces praestant Edd. Putsch. Lindem. In Edd. antiquissimus Ven. 2. Asc. desunt Graeca.

bilibris, trilibris, quadrilibris, et similia. Anniculus vel annuus, biennis, triennis, quadriennis, quinquennis, et similia; biennium, triennium, quadriennium, quinquennium, et similia; bimus, trimus, quadrimus, et similia; bipes, tripes, quadrupes, decempes, et decempeda, et similia; biduum, triduum, quadriduum, et similia; binoctium, trinoctium, quadrinoctium, et similia; bicorpor, tricorpor, et similia; biceps, tri-
32 ceps, quadriceps, centiceps, et similia; bifariam, trifariam, quadrifariam, et similia; bipatens, tripatens, et similia; bilinguis, trilinguis, et similia; bivium, trivium, et similia; bifidus, trifidus, quadrifidus, et similia; bisulcus, trisulcus, et similia; geminus, tergeminus, centumgeminus, et similia; unimanus, centimanus, et similia; duumvir, triumvir, quinquevir, septemvir, decemvir, centumvir, et similia; bigae, trigae, quadrigae, et similia; biiugus. Unde Virgilius in quinto: *Biiugo certamine campum corripuere.* Et bigati nummi. Triiugus, quadriiugus, et similia. Triangulum. Caesar in Arato: *Cur divite lingua Graecia praecurram potius, quam triangula dicam?* Quadrangulum, quinquangulum, sexangulum, et similia.

---

§. 31. *Biduum — binoctium — bicorpor.* „Haec in ed. Putschiana sequuntur supra post voces: *quadrimus et similia.* Ordinem codicum retinuimus.“ Lindem.

§. 32. *Unimanus.* „Quae post h. v. leguntur in Edd. *bimanus, trimanus*, absunt a codd.“ Lindem.

Duumvir. „Quae ante h. v. in Edd. leguntur: *Unicolor, bicolor, tricolor et similia*, desunt in MSS.“ Lindem.

Virg. in V. 144.

sexangulum et similia. „Quae agmen claudunt in Edd. *Bifurcus, trifurcus, quadrifurcus et similia*, iis carent libri scripti.“ Lindem.

PRISCIANI GRAMMATICI

DE METRIS TERENTII ALIORUMQUE COMICORUM.

Cum non solum Terentius, sed etiam Plautus, En- I
nius, Attiusque et Naevius atque Pacuvius, Turpi- 1
liusque, et omnes tam tragoediae quam comoediae
veteris Latinae scriptores eodem metri modo, iam-
bici, sunt usi, ut omnibus in locis indifferenter po-
nerent quinque pedes, id est iambum, vel tribra-
chum, vel anapaestum, vel dactylum, vel spondeum,
absque postremo loco, in quo vel iambum, vel
pyrrhichium omnimodo posuisse inveniuntur; miror
quosdam vel abnegare, esse in Terentii comoediis
metra, vel ea quasi arcana quaedam et ab omnibus
doctis semota, sibi solis esse cognita, confirmare.
Quorum ut vel imperitiae, vel arrogantiae vitium
effugiamus, breviter de supradictorum metris aucto-
rum exponamus, testimoniis, etiam metricorum usu-
umque approbationibus utentes. Sciendum igitur, 2

---

§. 1. *Attiusque.* In Codicibus et Edd. *Acciusque.* Ante *Ennius* Edd. vett. auctoritate delevi *et.*

sunt usi. Ita Edd. vett. Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lind. *sint usi.*

tribrachum. Secutus sum Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lindemannus: *tribrachyn.*

omnimodo Lindem. e Cod. D. Vulgo: *omnino.* *supradictorum.* Genitivum pro ablativo reposuit Lindemannus e Cod. D.

testimoniis, etiam metricorum usuumque approbationibus utentes. Haec restituit Lindemannus. Vulgo: *Et vetustissimorum testimoniis etiam metrorum usuumque.* Putsch. *versuumque. Usus et versus* saepe confusa sunt. Cf. Lib. I. Cap. 4. §. 20. et XVIII. §. 105.

quod iambici versus vel monometri sunt, ex duobus pedibus simplicibus conjunctis, vel dimetri ex quatuor, vel trimetri ex sex, vel tetrametri ex octo; nam pentametri et hexametri rarissime inveniuntur. Ergo trimetris et tetrametris frequenter utuntur Comici; aliis vero raro, et in medio dispersis, pronunciationis rhythmicae causa et distinctionis. Ideo autem spondeum vel dactylum in secundo vel quarto loco posuerunt, quod invenerunt etiam apud Graecos comicos vetustissimos, quamvis raro, fieri tamen hoc idem. Solent autem Latini in multis initium aliquod accipientes a Graecis ab angusto in effusum licentiae spatium hoc dilatare, quomodo fecerunt in sexto casu, secundum vetustissimos Graecorum grammaticos. Sextum enim casum illi dicebant *ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν,* id est a me, a te, a se, quem in omnibus casualibus servaverunt Latini. Similiter impersonalia a paucis Graecis accepta, *ἀπὸ τοῦ δεῖ, χρὴ, μέλει,* in om-
3 nibus fere activis et neutris habent. S quoque quum rarissime necessitate carminis vim consonantis amittit apud Graecos, ut Homerus in Boeotia: *πολυστάφυλόν θ' Ἱστιαίαν.* Idem in Φ Iliados: *Οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον.* Idem in Odyssea: *πέλεκυν μέγαν ἠδὲ σκέπαρνον.* Nostri tamen cum licen-

---

§. 2. *conjunctis.* Putschius: *conjuncti.* Illud exhibent MS. D. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Mediol. Post *pentametri* omisit Lindem. auct. Cod. D. *ex decem* et post *hexametri* idem *ex duodecim.*

frequenter. Ita Edd. Lindemannus: *frequentius.*

in secundo vel. Haec omisit Lindem. cum a Cod. D. absint. Nolui tamen ea praetermittere, quippe quae Editionum consensu satis confirmata videntur. Cf. infra §. 5. *Vide Terentianum quoque scire, quod non penitus caruerint hoc Graeci, ut in secundo et talibus ponerent spondeos vel dactylos. servaverunt Latini.* Putsch. *servavere Lat.* Edd. vett. *servavere magistri Latini.* Recte Lindemannus, Putschio praeeunte, expulit *magistri.*

ἀπὸ τοῦ δεῖ, χρὴ, μέλει. Post *χρὴ* addidit Putschius *λέγει,* quod Lindemannus ejecit. Edd. vett. *λέγεται, ᾄδεται, γίνεται. λέγεται Διογένην τὸν Κυνικόν.*

et neutris. Edd. vett. Ven. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. inserunt haec: *εἴωθεν φιλεῖ ζῇ, φρονεῖ γηρᾷ.* Ald. Bas. Colon. *εἴωθαν. habent.* Addidit Lindem. e Cod. D.

§. 3. *necessitate carminis.* Ita Edd. omnes. Lindemannus: *necessitate nominis.*

tia, et maxime vetustissimi subtrahunt eam in metris frequenter. Hoc igitur idem fecisse arbitror in supradictis metris, ut, quod illi rarissime posuerunt, hi frequentissime in iambis ponerent. Sunt tamen, qui 4
altitudinis causa etiam et pompalitatis, quae stimulo elocutionis convenit Latinae (hoc autem frequentia facit dactyli vel spondei) et ut pene dissoluta et pedestri simillima esse videatur personarum sermocinatio, id illos fecisse arbitrantur. Trochaicis etiam utuntur plerumque tetrametris catalecticis, id est, quibus una deest in fine syllaba, in quibus omnes iambicos ponunt in quocunque loco pedes, commixto tamen trocheo; in eis plerumque invenimus ante finem versus longam. Sunt tamen et ultra citraque tetrametro usi trochaico. Eorum igitur exempla pro- 5
feram; sed prius metricorum de supradictis scripta proponam. Terentianus de iambico metro:

Culpitur autem versus in tragoediis
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Ut ille contra qui secundo et talibus
Spondeon, aut quem comparem, receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Ut quae loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambum tractibus spondaicis,

Homerus in Boeotia. Iliad. *B.* 537. *θ᾽ Ἱστιαίαν.* Recte sic Putschius. Lindemannus: *τε Ἱστιαίαν*, quod damnandum.

Idem in Φ. Iliados. vs. 302. *τεὸν*, quod ediderat Lindemannus, ipse in Notis damnavit.

Idem in Odyssea. Lib. IX. 391. Legitur ibi *ἠδ᾽* pro *ἠδέ*. Pro his Homeri locis Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. haec in medium protulerunt: *Hom. in Boeotia: τῶν ἦρχ᾽ Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος υἷες Ἄρηος. Idem in Iliade: αἰθαλόεν πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα. Item in Odyssea.* (Lacuna).

§. 4. *dissoluta.* Putschius: *dissolutae.*

commixto tamen trocheo. Ita Lindemannus pro *c. t. metro trochaico.*

§. 5. *sed prius metricorum.* Egregia haec est Lindemanni coniectura, ex qua haec dedit pro: *si prius metris. Si* tamen retineri potuisse videtur.

Terentianus de iambico metro. p. 2443. ed. Putsch. *sumpta de vita.* Putsch. *de via.* Illud tuentur Edd. omnes. Ipse Putschius in Terentiano edidit: *de vita. praelucent.* Edd vett. *praelucent.*

Et in secundo, et céteris aequé locis;
Fidémque fictis dúm procurant fábulis,
In métra peccant árte, non inscitia,
Ne sint sonora vérba consuetúdinis,
Paulúmque rursus á solutis differant.
Magis ista nostri. Nám fere Graecís tenax
Cura ést iambi, vél novellis Cómicis,
Vel qui in vetusta praécluent comoédia.

Vide Terentianum quoque scire, quod non penitus caruerint hoc Graeci, ut in secundo, et talibus ponerent spondeos, vel dactylos, quod ostendit dicendo: *Magis nostri, nam fere Graecis tenax cura est iambi.*
6 Asmonius idem etiam confirmat his verbis: *Comici poetae laxius etiam in versibus suis, quam tragici, spatium dederunt, et illa quoque loca, quae proprie debebantur Iambo, dactylicis occupant pedibus, dum quotidianum sermonem imitari volunt, et a versificationis observatione spectatorem ad actum rei convertere, ut non fictis sed veris affectionibus interesse videantur. Iuba ideo in secundo et quarto et sexto loco iambos non recipit, nisi a brevi incipientes, quia in his locis feriuntur per conjugationem pedestrium metrorum. Et vult extrema pars pedum Iambicorum celerior esse,*
7 *quomodo et ipsi iambi. Accipere autem solet caesuras duas, quas et heroicum, id est, semiquinariam et semiseptenariam. Erit autem probabilis iambicus versus, et tragoediis aptus, si secundum et quartum pedem non alios feceris quam Iambos, aut eum, qui appellatur tribrachus, aut anapaestum, quoniam sunt pares. Cacome-*

---

§. 6. *Asmonius idem etiam.* Ita Putschius. Lindemannus: *Asm. etiam idem.* Edd. vett. *Asitionius idem etiam.*

etiam in versibus suis. Haec est lectio Editionum omnium; quam bonam esse nemo non videt. Religiosior igitur, quam par erat, fuit Lindemannus, cum Codici D. obsecutus scriberet, *etiam num*, quod ne sensum quidem ullum fundit.

interesse videantur. Secutus sum Putschium. Edd. vett. *inesse videantur.* Lindemannus e conjectura Bondami dedit: *inesse se videant*, quod equidem vel maxime improbandum puto.

non recipit. Lindemannus: *non recepit.*

tros autem, si aliter. Nam primus et tertius et quintus hanc admittunt permutationum pedis licentiam; causa obscura multis est, sed aperiatur a nobis. Nam quoniam ter feritur hic versus, necesse est, ubicunque ab ictu percussionis vacat, moram temporis adjecti non reformidet. In primo autem pede et tertio incipit, et in quinto; feritur in secundo et quarto et sexto. Attende Iubam quo- 8
que scire, inveniri quosdam iambos, in quibus secundus et quartus absque observatione ponitur, quos *cacometros* vocant. Idem in octavo. *Qui ergo confuderunt et multiformiter conjugaverunt hoc genus versuum, omnibus in locis indifferenter posuerunt trochaeos, aut pro spondeis, aut pro dactylis, et est haec quoque vitiosa confusio, ut:*

Si qua flagella jugabis, ante putare decet,
Ne resoluta et vidua ulmis et ornis
Agri discidium dare Nysia rura queant.

Hac confusione usi sunt Comici nostri in trochaicis suis, ut indiscrete dactylos vel spondeos vel trochaeos ponerent. At illud quoque sciendum, quod omnes quidem crebris synaloephis et episynaloephis et collisionibus et abjectionibus s litterae sunt usi, scandendo versus suos. Terentius autem plus omnibus.

Igitur in plerisque prologis et primis scenis trime- II
tris utuntur. Plautus in Truculenti prologo: 9

Perpárvam partem póstulat Plautús loci
De véstris magnis átque amoenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat.

---

§. 7. *aut anapaestum* recte pro vulg *aut anapaestus* dedit Lindemannus.

quoniam sunt. Ita edd. praeter Lindem. in qua *quoniam sint* legitur.

permutationum Lind. dedit pro *permutationis. reformidet.* Lind. *formidet.*

§. 8. *omnibus in locis. in* pro *vel* reposuit Lindem. Idem e Cod. *vis!us* pro *in locis* fortasse scribi posse dicit. *jugabis.* Edd. vett. *juvabis.*

ulmis et ornis. Vulgo: *ulmus et cornus.* Illud Lindemannus e Cod. protulit.

Nysia rura. Ita Edd. Lindemannus: *nya rura.*

In ejusdem prima scena:

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
Amánti, dum hic perdíscat, quot pereát modis;
Neque eám rationem ea ípsa unquam edocuit Venus.

Idem in Milite glorioso, in prima scena:

Curáte ut splendor méo sit clipeo clárior,
Quam sólis radii esse ólim cum sudum ést solent;
Ut ubi úsus veniat cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum áciem in acie hóstibus.

10 Idem in Amphitruone in prologo:

Ut vós in vostris vóltis mercimóniis,
Emúndis vendundísque me laetúm lucris
Affícere, atque adjuváre, in rebus ómnibus.

In ejusdem prima scena:

Qui me álter est audácior homo, áut qui confidéntior,
Iuventútis mores quí sciam qui hoc nóctis solus ámbulem?
Quid fáciam, si nunc trésviri me in cárcerem compégerint.

Ecce hic quamvis prima sit scena, tetrametris est usus. Ideo *in plerisque* diximus. Utitur tamen in hac ipsa scena et dimetris brachycatalectis, id est a tribus simplicibus pedibus, ut: *Itá peregre adveniéns.* Similiter: *Qui hoc nóctis a portú.* Vel dimetris catalecticis, id est, quibus una deest syllaba, ut: *Ingrátis excitávit.* Vel dimetris hypercatalectis, id est, quibus una abundat syllaba, ut in eadem: *Hospítio publicitus accipiar.* Utitur etiam monometris, ut in Truculento:

Pessima mane.
Optime ódio es.

11 Similiter Terentius in omni prologo, et in omni prima scena trimetris utitur, nisi confundant versus scriptores, ut in Andria:

---

§. 9. *In ejusdem prima scena.* ab in.
Idem in Milite Glorioso. meo Edd. vett. *vitro. praestringat oculorum.* Ita Lindem. Putschius: *oculorum praestringat.* Edd. vett. *perstringat oculorum.*
Truculent. Act. I. Sc. 2. vs. 25.
§. 11. *Ter. in Andr.* prol. *negoti* ex Edd. Iunt. Ald. Putsch. restitui pro *negotium*, quod posuit Lind. Edd. Asc. Ven. 1. 2. *negocii* vel *negotii.*
Vos istaec. (Sc. I. vs. 1.) Lind. *ista haec.*
In Adelphis. prol. *et adversarios.* Ita Edd. omnes. Lindem. expulit *et* Cod. auct.

Poéta quum primum ánimum ad scribendum áppulit,
Id sibi negoti crédidit solúm dari,
Populo út placerent quás fecisset fábulas.

Et:

Vos istaec intro auferte, abite. Sósia,
Adésdum, paucis té volo. Dictúm puta.

In Adelphis:

Postquám poeta sénsit scripturám suam
Ab iniquis observári, et adversários.

Item:

Storáx, non rediit hác nocte a coena Aéschinus,
Neque sérvulorum quisquam, qui adversum ierant.

Similiter in Eunucho: 12

Si quisquam est, qui placére se studeát bonis
Quam plúrimis, et minime multum laédere.

Et:

Quid igitur faciam? nón eam? ne núnc quidem,
Cum accersor ultro? an pótius ita me cómparem.

In Heautontimorumeno quoque:

Ne cui sit vestrum mirum, cur partés seni
Poéta dederit, quaé sunt adulescéntium.

In prima scena ejusdem:

Quamquam haéc inter nos núper notitia ádmodum est,
Inde ádeo, quod agrum in próximo hic mercátus es.

Idem in Hecyra: 13

Hecyra est huic nomen fábulae. Haec cúm data est,
Nová, novum intervenit vitium, et cálamitas.

Et:

Perpól quam paucos réperias meretricibus
Fideles evenire amatorés, Syra.

Similiter in Phormione:

Item: Storax. Ad. Sc. 1. 1.

§. 12. *Similiter in Eun.* Prol. Eun. Cf. de hoc loco Godofr. Hermanni Dissert. de R. Bentleio ejusque editione Terentii (Lips.) p. XI. *quid igitur faciam.* Eun. I. 1. 1.

In Heautont. prol. *ne cui sit vestrum mirum.* Ita Lindem. Edd. *ne cui vestrum mirum sit.*

Hec. ab init. *data est.* Verbum *est* omittunt Edd. Ven. 1. 2.

§. 13. *Similiter in Phorm.* ab initio. *in otium.* Addidit Lindem. hunc versum: *Male dictis deterrere, ne scribat, parat. Amicus summus.* Phorm. I, 1, 1,

Postquám poeta vétus Poetam nón potest
Retráhere a studio, et trádere hominem in ótium.

Et:

Amícus summus méus, et popularís Geta
Heri ád me venit. Erat ei de ratiúncula.

14 Item tetrametro in multis utitur iambico scenis, ut in Andria:

Mirábar hoc si sic abiret, ét heri semper lénitas.

Dimetro quoque distinctionis causa usus est per medium: *Verébar quorsum eváderet.* Post quem iterum tetrametros posuit:

Qui póstquam audierat nón datum iri fílio uxorém suo,
Nunquám cuiquam nóstrum verbum fécit, neque id aegré tulit.

Similiter:

Enimvéro, Dave, nihil loci est segnítiae, neque socórdiae,
Quantum íntellexti módo senis senténtiam de núptiis.

Nec solum Comici hujuscemodi sunt usi iambis, sed etiam Tragici vetustissimi, ut Ennius in Medea:

Utinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesa cécidisset ábiegna in terrám trabes!
Neve índe navis ínchoandae exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, qua vecti Argívi delecti viri
Petébant illam péllem inauratam árietis

---

§. 14. *in Andria.* Act. I. Sc. 1. vss. 4. 5. 6. 7. *Nunquam.* Lindem. *nusquam.*

Enimvero, Dave. Andr. I, 3. *Quantum intellexti.* Ita Edd. Lindem. *quando intellexi.*

Caesa cecidisset abiegna in terram trabes. Edd. vett. *caesae cecidissent abiegnae ad terram trabes.* Cf. Lib. VII. Cap. 8. §. 40. (Vol. I. p. 318.) Pro *accidisset* scribere illic debebam *cecidisset.* V. Henr. Steph. Fragm. vett. poët. Lat. p. 118. Prae caeteris tamen omnibus dignus est, qui conferatur, Frid. Creuzerus ad Cic. de Nat. Deor. Lib. III. Cap. 30. p. 655. *delecti viri.* Lindemannus: *dilecti viri,* quod falsissimum; neque in talibus Codicum auctoritas vel minimi valere debet.

efferret. Ita ex Edd. Asc. Putsch. aliisque edidi. Lindemannus Codicis sui auctoritate deceptus obtrusit Prisciano *offeret,* quod sensu destitutum est.

§. 15. *qui primam.* Ita Putschius. Lindemannus ex Edd. vett. *qui primus,* quod ipse in literis ad me scriptis

Colchis imperio regis Peliae per dolum.
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem.

Attius in Argonautis ex persona pastoris, qui primum vidit navem Argo: 15

Aut forte Triton fuscina evertens specus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad coelum vomit.
Fremibunda ex alto ingenti sonitu et spiritu,
Prae se undas volvit, vertices vi suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.

Idem in Persidis:

Satin' ut quem cuique tribuit fortuna ordinem?
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.

Idem in Phoenissis:

Sol qui micantem candido curru atque equis
Flammam citatis fervido ardore explicas,
Quianam tam adverso augurio et inimico omine
Thebis radiatum lumen ostentas tuum?

Idem in Telepho: 16

Quantam Tyndareo gnata, et Menelai domus
Molem excitarit belli, pastorque Ilius.

Turpilius quoque in suis idem facit comoediis; ut in Lindia:

Profecto, ut quisque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam vixit maxime,
Ut philosophi aiunt isti, quibus, quid vis, sat est.

---

damnovit. *subter.* Lind. e Cod. *supter.* Idem *eruit* pro *vomit.* Idem *fremibunda* pro *fremebunda* e Cod. reposuit, idque recepi.

Quianam. Ita Putschius et Lindem. Vulgo: *Quique natum.*

ostentas dedi e conj. Vulgo: *ostendis.* Lindem. *ostentum.* Graece: ἐφῦνας.

§. 16. *Tyndareo.* Ed. Asc. *Tyndarea.* Mox *Ilius* recte dedit Putschius pro *illius*, quod Cod. Lugd. et Edd. vett. praestant.

Lindia. Ed. Asc. *Lyndia.*

vitam vixit. Ita Edd. Asc. Putsch. Lindem. Edd. Ven. 1. 2. Ald. Iunt. Bas. Colon. *vitam duxit.* Ed. Ven. 2. *vita.* Apud Stephanum in Fragm. Vett. Poet. Lat. p. 300. (sive 301.) *vitam duxit.*

quibus inseruit Putschius, quem secutus est Lindem. Pro *quidvis sat* legitur in Edd. vett. Asc. Ven. 1. 2. *quis jus sat.* Haud dubie legendum: *quis* pro *quibus.*

Idem in Epiclero:

Quaeso, aédepol, quo ante lúcem te subitó rapis,
Here, cum úno puero? PH. Néqueo esse intus, Stéphanio.
Quid ita? PH. U't solent, me cúrae somno ségregant,
Forásque noctis éxcitant siléntio.

17 Idem in eodem tetrametris utitur:

Curréndo sic esse, síc datur, nimium úbi sopori sérvias,
Potius quam domino, et úbi severo império quae imperáta sunt.

Terentius trochaico mixto vel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic convenit, quem, puto, ut imitetur, hanc confusionem rhythmorum facit. Sunt autem et trimetri ac plus minusque, et habent penultimam versus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam brevem; ut in Andria:

Adhuc, Archillis, quae adsolent, quaeque oportet
Signa esse ad salutem omnia huic esse video.
Nunc primum fac ista ut lavet, post deinde
Quod iussi date bibere, et quantum imperavi.

Hos sequitur dimeter catalecticus finiendi sermonis causa, quem ad Archillida habuit:

Date, móx ego huc revértar.

18 Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillae Astaphii:

Ad fores auscultate, atque asservate aedes,
Ne quis adventor gravior abeat, atque adveniat,
Neu quis manus attulerit steriles intro ad nos,
Gravidas foras exportet: novi ego hominum mores.

---

§. 17. *Currendo sic esse.* E Cod. Lindem. dedit *esse* pro vulg. *est.* Cf. Not. (ad p. 244.) p. 388.

et ubi. Putschius omisit *ubi*, quod legitur in Edd. omnibus.

facit. Lindem. e Cod. pro *facere.*

in Andria. Act. III. Sc. 2. init. *ista* ex Edd. Asc. Ven. 1. 2. recepi. Vulgo: *istacc.* Mox *jussi*, *datė* ex Ed. Asc. Edd. Ven. 1. 2. *jussi da.* Edd. Ald. Bas. Colon. *jussi dari.*

Post *imperavi* Lindem. omisit *date.*

Hos sequitur. Vulgo: *Haec sequitur.*

§. 18. *Plautus in Truc.* Act. I, 2. init. *atque adveniat.* Ita Edd. omnes. Lindemannus: *quam adveniat. Neu quis* dedi ex ed. Asc. Putschius: *neu qui.* Lindemannus: *ne quis.*

perdidit. Edd. omnes. Lind. *perdit.*

Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem:

Dii advenientem perdant, hic quidem nos perdidit.
Festum ecce diem hic quartum hodie iterant ita conventum.

Cicero quoque in quarto Tusculanarum Euripidis 19
iambos transferens in locis paribus tam dactylos quam spondeos saepe ponit, ut:

Neque tám terribilis úlla fando orátio est,
Nec sórs nec ira coélitum invectúm malum,
Quod nón natura humána patiendó ferat.

His igitur exemplis facillime diligentes omnium III
possunt comoediarum metra comprehendere, et ver- 20
sus, si quos imperitia scriptorum confudit, ad integrum restituere musicae locum. Necessarium autem esse duximus, multo exquisita labore inventaque exempla diversorum nominatissimorumque Graeciae auctorum, quorum quaedam et Heliodorus protulit metricus, et Hephaestion, subjicere, ut ostendamus, non imperite, sed scientissime hoc quoque et ad illorum imitationem auctores fecisse nostros.
Heliodorus metricus ait: *῾Ιππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν* 21
ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις. Hoc est: *Hipponax multa praeteriit*, id est, praetermisit, *praefinita in iambis.* Hipponax enim in primo: *Λέγω γὰρ ου ω· Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ.* Iste enim versus cum sit choliambus, in quarto loco et in quinto habuit dactylos, cum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. In eodem: *Τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνῃ γύαλα ῥιγηλά.* Iste

---

festum ecce diem. Pro vulg. *esse* recepi *ecce* e Notis Lindem. p. 290. *hic* ex edd. Asc. Putsch. dedi. Ed. Asc. *factum est diem.* Ald. *factum esse diem.*

§. 19. *Cic. in IV. Tusc. 29. oratio* pro vulg. *ratio* reposuit Lindemannus. Vereor, ut Priscianus ita scripserit, cum libri quoque Ciceronis *ratio* exhibeant.

invectum. Lindemannus: *invictum.* *Sors.* Pessime in Edd. legitur *fors.* Pro *ferat* Dousius edidit: *ecferat.* Hi versus translati sunt ex Eurip. Cressis init.

§. 20. *confudit.* Lindemannus: *confuderit*

multo exquisita labore. Lind. *multo labore exquisita.* Receptum ordinem tuentur Edd. omnes.

§. 21. *choliambus* reposuit Lindemannus pro *choriambus.* *ὀδύνῃ γύαλα ῥιγηλά.* Ita dedi ex emendatione Lindemanni,

iambus habet in secundo loco spondeum, et in quarto dactylum. Pindarus teste Heliodoro *ἀντέστρεψεν*, hoc est, convertit rhythmum iambicum, hoc modo:

Πεπρωμέναν ἔθηκε μοῖραν μετατραπεῖν
Ἀνδροφθόρον, οὐδὲ σιγᾷ κατερρύη.

In secundo enim iambo pyrrhichium secundum et tertium trochaeum, et quartum spondeum posuit.
22 Idem: *Τροχὸν μέλος· ταὶ δὲ Χείρωνος ἐντολαί.* Hic iambus in tertio trochaeum habet, et in quarto spondeum. Idem: *Αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγριᾶν γνάθων.* Hic quarto loco spondeum posuit. Idem: *Ἐν δασκίοισιν πατήρ· νηλεεῖ νόῳ δ'.* In hoc quoque iambo trochaeum in tertio loco posuit, et in quarto spondeum. Idem: *δ' οὐδὲν προςαιτέων ἐφθεγξάμαν ἔτι.* Hic similiter in quarto loco spondeum habet. Itaque puto Horatium propter hujuscemodi versus Pindaricos dixisse in quarto Carminum:

Cum per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis.

Anacreon teste Heliodoro: *Ὁρᾷν, ἀεὶ λίην πολλοῖσι γὰρ*
23 *μέλεις.* Hic iambus quartum spondeum habet. Eupolis *Βάπταις*, cum in aliis iambis ejusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in

---

quam et Hermannus sibi probari dixit in Epistola ad Lindemannum. Ed. Asc. *τοὺσ ἄνδρασ τούτουσ.* (Lacuna.) Haec et Edd. Iunt. Ald. Bas. Colon. exhibent. Putchius: *τοὺς ἄνδρας τούτους, ὀδύνη πάλαι Ρειπε.*

ἀντέστρεψεν. Ed. Asc. *ἀντιστρ·ψεν.* Ald. *ἀντέστρεφεν.* Illud Putschius et Lindem. reposuerunt.

οὐδὲ σιγᾷ. Ed. Asc. *οὔ δ' εσιται.* Ald. *ουδ' ἔσεται.*

§. 22. *ταὶ δὲ Χείρωνος.* Hermannus ita pro *αἱ δὲ κ. τ. λ.* scribendum esse censet. Pro *ἀγριᾶν* Putschius: *ἀργίων.*

Ἐν δασκίοισιν πατήρ· νηλεεῖ νόῳ δ'. Haec dedi e Godofredi Hermanni emendatione. Cf. ed. Lindem. p. 399. Putschius: *ἐν δ' ἀνκίοισιν πατὴρ ἦν σεινοωας.* Ed. Asc. *ἐν δ' ἄσκιοισ ιν πατηρ ηv.* (Ald. — *ἦν*) *ἐφθεγξάμαν ἔτι* Ita Hermannus l. l. legendum esse dixit. Codex: *ΕΦΕΕΤΞΑΜΑΝ.* Putschius: *ἐφ' ἐτζαμεν ἔπι.* Edd. vett. has voces omiserunt.

Horatius in IV. Carm. Od. 2.

Ὁρᾷν, ἀεὶ λίην. Putschius cum caeteris: *ὁρᾷν ἀεὶ μήν.*

§. 23. *πολλοὶ μὲν οὖν.* Restitui *πολλοὶ* ex ed. Putsch. Lindemannus: *πολλοῦ* rel. In Codd. *Υ* saepe ponitur pro *I.* Ergo *ΠΟΛΛΟΥ* pro *ΠΟΛΛΟΙ* scribi facile potuit.

fine habentes spondeos:

'Ανόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας,
Πολλοὶ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Aeschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας·

Ἱππομέδοντος σῆμα καὶ μέγας τύπος.

In principio enim trochaeum posuit, quem imitans Sophocles, teste Seleuco, profert quaedam contra legem metrorum, sicut in hoc: 'Αλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατήρ. Hic quoque iambus a trochaeo incipit. Simonides et Alcman in iambico, teste Heliodoro, 24
non solum in fine ponunt spondeum, sed etiam in aliis locis. Simonides in ἐπ' 'Αρτεμισίῳ ναυμαχίᾳ in dimetro catalectico: 'Εβόμβησεν θαλάσσας. In secundo loco spondeum posuit. 'Αντιστρέφει δὲ αὐτῷ· 'Αποτρέπουσα Κῆρας. Alcman autem in primo catalectum trimetrum fecit habentem in quarto loco modo iambum modo spondeum sic:

Νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀείδεν
Καὶ ναὸς ἀγνᾶς εὐπύργω θεράπνας.

Hic quarto loco spondeum habet; similiter:

Χερσόνδε κωφὸν ἐν φύκεσσι πιτνεῖ.

Quarto loco spondeum posuit, (nam ΦΥ producitur) 25
teste Heliodoro, qui ait, Simonidem hoc frequenter

Ἱππομέδοντος Lindemannus reposuit pro eo, quod Putschius ediderat: ἐν τὸ μέδοντος.

ἣν ὁ γεννήσας πατήρ. Putschius: ην rel. Ed. Asc. νο γεννσταο πατηρ. Ald. ὁ γεννήτας πατήρ.

§. 24. Alcman dedit Lind. pro Alcmaeon.

ἀντιστρέφει δὲ αὐτῷ. Ita Edd. Asc. Ald. Iunt. Putsch. Hanc lectionem defendit Hermannus contra Lindemannum, qui ediderat: ἀντιστρέφει δ' ἑαυτῷ, Simonidis nimirum haec esse putans. Sed sunt „Heliodori, dicentis versui, quem modo attulisset, ἀντίστροφον esse, i. e. in antistropha respondere hunc ἀποτρέπουσα Κῆρας. (Cf. etiam Gaisford. Sim. fr. in poet. min. p. 401.)" Hermannus.

ἀποτρέπουσα. Edd. Asc. Iunt. ἀποτρέποισα ει. Ald. ἀποτρέπουσαν. Putsch. ἀποτρέποις εἰ. Lind. ἀποτρέποισ' εἰ.

νεοχμὸν ἄρχε dedi ex Hermanni emendatione. Ed. Asc. νεομον αρχε παρσενοισαι ειδεν και ναοσ αγναυ ευ πιργω σεραπνας. Ald. νεομόναρχε παρθένοιο ἀείδεν καὶ ναὸς ἀγνᾶς εὐπύργω θεραπαίναις. Putschius: — ῳ θεραπαίναις.

χερσόνδε legendum esse, non χερσάνδε, vidit Lind. φύκεσσι. Ald. φύκεσι. Asc. φιλεσσι.

facere. Idem ostendit Pindarum etiam trisyllabos in fine versus posuisse:

Νόμων ἀκούοντες θεόδμητον κέλαδον.

Ecce in hoc iambo in fine tribrachyn posuit, qui nec concatenatus esse potest cum consequente, quippe in consonantem desinens. Similiter Bacchylides:

Χρυσὸν βροτῶν γνώμαισιν μανύει καθαρόν.

26 Hic quoque iambicus in fine tribrachyn habet. Hipponactem etiam ostendit Heliodorus iambos et choliambos confuse protulisse:

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,
Ἐπεύχομαί τοι· κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

Nam ῥιγῶ spondeus est. Hephaestion quoque metricus ostendit comicum epionicum spondeos paribus locis habentem iambicarum συζυγιῶν, id est, conjugationum, ut est apud Eupolin in fabula quae dicitur χρυσοῦν γένος·

Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
Ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα, νῦν δὲ μᾶλλον ἔσει.

Idem:

Ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν.

---

§. 25. *γνώμαισιν μανύει.* Ald. *πτολίεσσιν ἀνύει.* Asc. *τ' 'νωμαισι μαννει.*

§. 26. *ἐπεύχομαί τοι.* Ed. Asc. *ἐπεύχομαι τοῦ.* Eadem: *κυλανιε* pro *Κυλλήνιε.* Ed. Ald. hos versus sic reddidit: *ἕρμη φιλέραιε κελαδεῦ κυλλήνιε. ἐπεύχομαι τοῦ· κάρτα γὰρ κακῶς ῥίγω.*

χρυσοῦν γένος. Ita edidit Lindemannus. Ed. Asc. *χρυσον. γένος.* Ed. Iunt. *χρύσον, γένος.* Ald. Putsch. *χρυσὸς· γέ ος.* Sequentem locum dedi ex ed. Lind. Ed. Asc. ita: *ωκαμίστη πολει πασω νοσασ κλεωνε φοραι. ωσ ευδαιμων προτερον γεσανιν τε μαλλον εσει.* Iunt. *ωκαμίστη πόλει πάσω νόσας κλέωνι φοραιως εὔδεμων πρότερον γέσανιν τε μᾶλλον ἔσει.* Ald. *ὁ κακίστη πόλει πᾶς ὤνασας κλέων ἔφορος ὡς εὔδαιμαν πρότερον γε σὺ νῦν τε μᾶλλον ἔσει;* cum qua consentit Putschius.

ἔδει πρῶτον κ. τ. λ. Haec reposui ex ed. Lindemanniana, secundum Hermanni auctoritatem nonnullis mutatis. Ed. Asc. *εδει πρωτον μεν υπαρχειν παντον σηγοριαν πωσου νου καντισο μιλον· χαιριγειαι δε πολειιν εξεστιν παν υλεν τῷ κακῷ τε την ιδεαν.* Iunt. *ἔδει πρώτον μὲν υπάρχειν πάντων σηγορίαν πώσου νοῦ κάντις ὅμιλον χαρίγε αιδε πυλίειν ἔξεστιν πᾶν ὕλευ τῶ κακῶ γε τὴν ἰδέαν.* Ald. *ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν πῶς ὄυν, οὐ κἄντις ὅμιλον χαιρυι ται αἰδε πόλεις ἣν ἔξεστι πάνυ δ' ἐν τῷ κακῷ γε τὴν ἰδέαν.* Putschius: *ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν πῶς οὖν, οὐκ ἄν τις ὅμιλον χαίροι τοι αἵδε πολεις ἣν ἔξεστι πανυδ' ἐν τῷ κακῷ*

Πῶς οὖν οὐκ ἂν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
Ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν.

Hi omnes locis paribus spondeos habent.

γε τὴν ἰδέαν. Ultimum versum Hermannus explicat ita: „ubi licet homini prorsus macilento et specie pravo." Caeterum vir magnus ipse fatetur, se in hoc fragmento emendando in Elem. doctr. metr. p. 586. a vero aberrasse, eoque confirmat, quod Celsus dicit: „magni ingenii ingenua est erroris confessio."

PRISCIANI GRAMMATICI

DE PRAEEXERCITAMENTIS RHETORICAE EX HERMOGENE

LIBER.

ʽΕΡΜΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΠΡΟΓΥΜΝΑ'ΣΜΑΤΑ.

HERMOGENIS PROGYMNASMATA.

PRAEMONENDA.

Celeberrima fuerunt inter antiquos rhetores Hermogenis Tarsensis progymnasmata, ita ut ipsi doctissimi homines et versione et commentariis ea illustrare non recusarent. Latine enim ea vertit ipse Priscianus, cujus versio, Hermogenis tamen nomine omisso *), legitur inter Grammaticos a Putschio editos p. 1330. Commentatus autem est in ea Aphthonius, cujus progymnasmata, monente jam Fabricio (Bibl. gr. Vol. IV. p. 431.), ad explicanda et exemplis dilucidanda Hermogenis praeexercitamenta scripta sunt; ita tamen, ut ex XII. Hermogenis capitibus, loca de confirmatione et confutatione, ut et de laude et vituperatione, quae Hermogenes conjunxerat, dividendo, XIV. efficeret. Testatur hoc Matthaeus Camariota in *συνοπτικῇ παραδόσει τῆς ῥητορικῆς* p. 12. ed. Hoeschel. *Τὰ ῥητορικὰ προγυμνάσματα εἰς δώδεκα περιέστησε πρὶν ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης, εἰς ὕστερον δὲ ταῦτα εἰς δέκα καὶ τέσσαρα παρεξέτεινεν ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀφθόνιος.* quod et ipsis Hermogenis progymnasmatibus, quae in lucem hic edimus, confirmatur. Pro deperditis vero ea habebantur et a Fabricio, et ab aliis omnibus, quantum scio, harum literarum peritis. Nos vero cum Taurini versaremur, ibique in bibliotheca regia codicem plura Hermogenis continentem accuratius perlustraremus, inopinati in ea incidimus, eaque statim de-

*) Non omissum est nomen Hermogenis. Ita enim inscriptus legitur hic liber in ed. Putsch. „Prisciani Grammatici Caesariensis de Praeexercitamentis Rhetoricae *ex Hermogene* Liber." *Krehl.*

scripta in Germaniam nobiscum reportavimus, operae nos pretium facturos esse existimantes, si hominis eruditissimi ac critici sagacissimi scriptum ex tenebris in lucem protraheremus. Codex, in quo exstant, est chartaceus, sec. XV. continens multa alia et Hermogenis et aliorum rhetorum scripta. Verba satis integra servata sunt, nosque ea, ut in Cod. leguntur, mutatis tantum apertis scribendi vitiis, exhibemus.

Heeren.

'ΕΡΜΟΓΕ'ΝΟΥΣ ΠΡΟΓΥΜΝΑ'ΣΜΑΤΑ.

ΚΕΦ. α.

Περὶ μύθου.

1 Τὸν μῦθον πρῶτον ἀξιοῦσι προςάγειν τοῖς νέοις, διότι τὰς ψυχὰς αὐτῶν πρὸς τὸ βέλτιον ῥυθμίζειν δύναται. Ἔτι οὖν αὐτοὺς ἁπαλοὺς ὄντας ἀξιοῦσι τάττειν. Φαίνονται δὲ τούτῳ χρησάμενοι καὶ οἱ ἀρχαῖοι· Ἡσίοδος μὲν τὸν τῆς ἀηδόνος εἰπών· Ἀρχίλοχος δὲ τὸν τῆς ἀλώπεκος. Ὀνομάζονται δὲ ἀπὸ τῶν εὑρόντων, οἱ μὲν Κύπριοι, οἱ δὲ Συβαριτικοί· πάντες δὲ κοινῶς Αἰσώπειοι λέγονται· διότι τοῖς μύθοις Αἴσωπος ἐχρήσατο πρὸς τὰς συνουσίας. Ὑπογραφὴν δέ τινα τοιαύτην διδόασι περὶ αὐτοῦ· ψευδῆ γε αὐτὸν ἀξιοῦσιν εἶναι, πάντως δὲ χρήσιμον πρός τι τῶν ἐν τῷ

---

§. 1. Praemittitur apud Priscianum definitio fabulae: *Fabula est oratio — veritatis;* quae nescio an apud nostrum exciderit. *Heeren.* Ita profecto statuendum est, cum in reliquis capitibus omnibus definitio rei, quae tractatur, agmen ducat. *Kr.*

[*oratores*]. Uncis inclusi hanc vocem propterea, quod in Graeco exemplo nihil, quod respondeat, invenitur; et quod non *oratores*, sed *rhetores* ponendum erat. Facile etiam intelligitur, cur haec vox addita sit; scilicet quia subjectum deesse videbatur. *Kr.*

Ἔτι edidi pro *ἐπὶ*, quod male habet Cod. *Heeren.*

vitae. Putschius: *vias vitae instituunt rite.* Edd. vett. *vias instituunt rite.* A Cod. Lugd. abest *rite* et pro eo *vitae* ponitur. Graeca vox *ῥυθμίζειν* patrocinari videtur *τῷ rite.* Nihilo minus tamen Codicibus parendum est. Igitur recepi lectionem, quam Lindem. praeiit. Putschius paulo ante *primum* dedit pro *primam,* quae lectio unice vera est. *Kr.*

[*Horatius*] — [*Horatius muris*]. Haec uncis inclusi, quia Horatius inter vetustissimos auctores referri non posse videtur. *Kr.*

Ἡσίοδος μὲν τὸν τῆς ἀηδόνος. In fabula de accipitre et luscinia Ἔργ. 201. seq. *Heeren.*

Ἀρχίλοχος δὲ τὸν τῆς ἀλώπεκος. Respicit vel ad fabulam de

HERMOGENIS PRAEEXERCITAMENTA.

CAP. I.

De fabula.

Fabula est oratio ficta verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis. Ideo autem hanc primam tradere pueris solent [oratores], quia animos eorum, adhuc molles, ad meliores facile vias instituunt vitae. Usi sunt tamen ea vetustissimi quoque auctores, ut Hesiodus, Archilochus, [Horatius]. Hesiodus quidem lusciniae, Archilochus autem vulpis, [Horatius muris]. Nominantur autem ab inventoribus fabularum, aliae Cypriae, aliae Libycae, aliae Sybariticae. Omnes autem communiter Aesopiae, quoniam in conventibus frequenter solebat Aesopus fabulis uti. Et pertinet ad vitae 1

---

vulpe et aquila, ex qua fragmentum servavit Ammonius p. 7. ed. Valk.

Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε,
Ὡς ἄρ' ἀλώπηξ κἀετὸς
Ξυνωνίην ἔθεντο

vel ad aliam de vulpe et simia, ex qua idem Ammonius l. c.

Πίθηκος ᾔει θηρίων ἀποκριθεὶς
Μοῦνος ἀν' ἐσχατιήν·
Τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλίῃ συνήντετο
Πυκνὸν ἔχουσα νόον. *Heeren.*

aliae Libycae. Lindemannus Codicum auctoritate delevit, quae in Edd. praeter Asc. his praefixa leguntur: *aliae Aesopicae.* Quod quam recte factum sit, docet textus Graecus.

οἱ δὲ Συβαριτικοί. Insignis enim erat apud Sybaritas Thurus quid in fabularum poësi: apud Cyprios Cypria quaedam foemina. Illustrat haec Theon progymn. Cap. III. *Καλοῦνται δὲ οἱ μῦθοι Αἰσώπειοι καὶ Λιβυστικοὶ καὶ Συβαριτικοί τε καὶ Φρύγιοι καὶ Κιλίκιοι καὶ Καρικοί, Αἰγύπτιοι καὶ Κύπριοι. Τούτων δὲ πάντων μία ἐστὶ πρὸς ἀλλήλους διαφορά, τὸ προσκείμενον αὐτῶν ἑκάστου ἴδιον γένος· οἷον Αἴσωπος εἶπεν, ἢ Λίβυς ἀνὴρ ἢ Συβαρίτης, ἢ Κυπρία γυνή, καὶ τὸν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων. Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο. Ὅμηρος γὰρ καὶ*

2 βίῳ. Ἔτι δὲ καὶ πιθανὸν εἶναι βούλονται. Πῶς δὲ γένοι-
το πιθανός; Ἂν τὰ προσήκοντα πράγματα τοῖς προσώποις
ἀποδιδῶμεν. Οἷον περὶ κάλλους τις ἀγωνίζεται, ταὼς οὗ-
τος ὑποκείσθω. Δεῖ σοφόν τι παρατιθῆναι ἀνθρώποις,
πιθήκους μιμουμένους τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἐν-
ταῦθα ὑποθήσεις. Χρὴ δὲ αὐτοὺς ποτὲ μὲν ἐκτείνειν,
ποτὲ δὲ συστέλλειν. Πῶς δ' ἂν τοῦτο γένοιτο; Εἰ νῦν μὲν
αὐτὸν ψιλὸν λέγοιμεν κατ' ἀφήγησιν, νῦν δὲ λόγους πλάτ-
3 τοιμεν τῶν δεδομένων προσώπων. Οἷον ἵνα σοι καὶ ἐπὶ
παραδείγματος γένοιτο φανερὸν, ὅτι πίθηκοι συνελθόντες
ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ χρῆναι πόλιν οἰκίζειν. Καὶ ἐπειδὴ
ἔδοξεν αὐτοῖς, ἤμελλον ἅπτεσθαι τοῦ λόγου. Γέρων οὖν
πίθηκος ἐπέσχεν αὐτοὺς, εἰπὼν, ὅτι ῥᾷον ἁλώσονται περι-
βόλων ἐντὸς ἀπολειφθέντες. Οὕτως ἂν συντέμοις. Εἰ δὲ
ἐκτείνειν βούλοιο, ταύτῃ πρόαγε· Οἱ πίθηκοι συνελθόντες
ἐβουλεύοντο περὶ πόλεως οἰκισμοῦ. Καὶ δή τις παρελ-
θὼν, ἐδημηγόρησεν, ὅτι χρὴ αὐτοὺς πόλιν ἔχειν. Ὁρᾷ τε
γάρ φησιν, ὡς εὐδαίμονες διὰ τοῦτο οἱ ἄνθρωποι, καὶ
οἶκον ἔχει ἕκαστος αὐτῶν καὶ εἰς ἐκκλησίαν οἱ σύμπαντες
καὶ εἰς θέατρον ἀναβαίνοντες, τέρπουσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν
4 θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι παντοδαποῖς. Καὶ οὕτω πρόαγε
διατρίβων καὶ λέγων, ὅτι καὶ τὸ ψήφισμα ἐγέγραπτο, καὶ
λόγου πλάττε παρὰ τοῦ γέροντος πιθήκου. Καὶ ταῦτα μὲν
ταύτῃ. Τὴν δὲ ἐπαγγελίαν βούλονται περιόδων ἀλλοτρίαν
εἶναι, γλυκύτητος ἐγγύς. Ὁ δὲ λόγος ὁ τὴν ὠφέλειαν δει-
κνὺς τὴν ἀπὸ τοῦ μύθου, ποτὲ μὲν προταχθήσεται, ποτὲ

Ἡσίοδος, καὶ Ἀρχίλοχος, καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ φαίνονται ἐπιστάμενοι, καὶ δὴ καὶ Κόννος καὶ (leg. vid. ὁ) Κίλιξ, καὶ Θοῦρος ὁ Συβαρίτης, καὶ Κυβισσὸς ἐκ Λιβύης μνημονεύονται ὡς μυθοποιοί etc. Accuratius discrimen inter fabulas Cyprias et Sybariticas explicat Schol. Aphthon. p. 4. edit. Ald. Οἱ μὲν Συβαρῖται ἐκ μόνων λογικῶν ζώων μύθους ἐφεῦρον· οἱ δὲ Κύπριοι καὶ Κίλικες, ἐμπορευόμενοι καὶ τόπους ἀγνώστους διερχόμενοι, ἐνεπλάσαντο τοὺς ἐξ ἀλόγων ζώων μύθους, ὡς ἑωρακότες ἐν τόποις τισὶ ξένην μορφὴν ἔχοντα ζῶα. *Heeren.*

§. 2. *Et fit verisimilis.* Ita Edd. Asc. Lindem. Edd. Ald. Ven. 2. Iunt. Bas. Colon. *et est verisimilis.* Cod. S. *et fit verisimile.* *Kr.*

μιμουμένους. Accusativum plur. dedi e conj. pro nominat. sing. μιμούμενος. *Kr.*

utilitatem. Et fit verisimilis, si res, quae subjectis ac- 2
cidunt, personis apte reddantur, ut puta de pulchritu-
dine aliquis certat, pavo hic supponatur. Oportet alicui
astutiam tribuere, vulpecula est subjicienda. Imitato-
res aliquos hominum volumus ostendere, hic simiis
est locus. Oportet igitur modo breviter, modo latius
eas disserere. Quomodo autem hoc fiet? Si nunc
narratione simplici proferantur, nunc etiam sermo in-
ductis fingatur personis. Exempli causa: Simiae con- 3
venerunt et consilium habuerunt de urbe condenda. Et,
quia placuit illis, paratae erant incipere aedificationem.
Sed vetus inter eas prohibuit ab incepto, eas docens,
quod facilius capientur, si intra muros concludantur.
Sic breviter dices. Si velis producere, sic: Simiae con-
venerunt. Consiliabantur de urbe condenda. Quarum
una in medium veniens, concionata est, quia oportet
ipsas quoque civitatem habere. Videtis enim, ajebat,
quod civitates habendo homines etiam habent domos
singuli, et concionem universi: et in theatrum ascen-
dentes delectant animos spectationibus et auditionibus
variis. Et sic proferes orationem morando, dicens, quod 4
et plebisscitum scriptum est, et finges etiam orationem
veteris simiae. Expositio autem fabularum vult circui-
tionibus carere, et jucundior esse. Sed oratio, qua uti-
litas fabulae retegitur, quam *ἐπιμύθιον* vocant, quod nos
affabulationem possumus dicere, a quibusdam prima,

Quomodo autem hoc fiet? Ita Edd. omnes praeter Lindem. in qua scriptum exstat: *Quod fiet*, quae lectio reperitur in uno Cod. S. Equidem antiquiorem revocavi lectionem, quippe quae Graeco textui: *Πῶς δ' ἂν τοῦτο γένοιτο;* convenientior est. *Kr.*

§. 3. *ἐβουλεύοντο.* Male et hic et infra scriptum erat *ἐβούλοντο. Heeren.*

τοῦ λόγου. Legendum duco *τοῦ ἔργου. Heeren.*

capientur. Haec est lectio Editionum Ald. Bas. Colon. Putsch. Reliqui libri editi: *capiantur.* Illam praetuli ego propter Graecum: *ἁλώσονται. Krehl.*

convenerunt. Legendum fortasse: *convenerant. Kr.*

§. 4. *morando* (*διατρίβων*) recepi ex edd. Asc. Lind. Vulgo: *in orando. Kr.*

δὲ ὑποταχθήσεται. Φαίνονται δὲ καὶ οἱ ῥήτορες αὐτῷ χρησάμενοι ἀντὶ δείγματος.

ΚΕΦ. β.

Περὶ διηγήματος.

5 Τὸ διήγημα βούλονται εἶναι ἔκθεσιν πράγματος γεγονότος, ἢ ὡς γεγονότος. Ἔνιοι μέντοι τὴν χρείαν ἔταξαν πρὸ τούτου. Διαφέρει δὲ διήγημα διηγήσεως, ὡς ποίημα ποιήσεως. Ποίημα μὲν γὰρ καὶ διήγημα περὶ πρᾶγμα ἕν· ποίησις δὲ καὶ διήγησις περὶ πλείονα. Οἷον ποίησις ἡ Ἰλιὰς καὶ ποίησις ἡ Ὀδυσσεία· ποιήματα δὲ Ἀσπιδοποιΐα, Νεκυομαντεία, Μνηστηροφονία. Καὶ πάλιν διήγησις μὲν ἡ ἱστορία Ἡροδότου, ἡ συγγραφὴ Θουκυδίδου· διήγημα δὲ, τὸ κατὰ Ἀρίονα, τὸ κατὰ Ἀλκμαίωνα. Εἴδη δὲ διηγήματος βούλονται εἶναι τέσσαρα. Τὸ μὲν εἶναι μυθικὸν, τὸ δὲ πραγματικὸν, [ὃ καὶ δραματικὸν καλοῦσιν, οἷα τὰ τῶν τραγικῶν,] τὸ δὲ ἱστορικὸν, τὸ δὲ πολιτικὸν ἢ ἰδιωτικόν. Ἀλλὰ νῦν ἡμῖν περὶ τοῦ τελευταίου πολιτικοῦ διηγήματος ὁ λόγος.

6 Σχήματα δὲ διηγημάτων πέντε. Ὀρθὸν ἀποφαντικὸν, ἀποφαντικὸν ἐγκεκλιμένον, ἐλεγκτικὸν ἀσύνδετον, συγκριτικόν. Ὀρθὸν μὲν οὖν ἀποφαντικὸν, οἷον· Μήδεια, ἡ Αἰήτου θυγάτηρ, αὕτη προὔδωκε τὸ χρυσόμαλλον δέρας. Ὀρθὸν δὲ καλεῖται, διότι παρ' ὅλον τὸν λόγον ἢ τὸν πλείω τηρεῖ τὴν πτῶσιν τὴν ὀνομαστικήν. Ἀποφαντικὸν δὲ ἐγκεκλιμένον· Μήδειαν τὴν Αἰήτου λόγος ἐρασθεῖσαν Ἰάσονος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐγκεκλιμένον δὲ λέγεται, διότι καὶ τὰς ἄλλας πτώσεις προσίεται. Ἐλεγκτικὸν δέ ἐστι τὸ σχῆμα τόδε, οἷον· Τί γὰρ οὐκ ἔδρασε Μήδεια δεινόν; οὐκ ἠράσθη μὲν Ἰάσονος; οὐ προὔδωκε δὲ τὸ χρυσόμαλλον δέ-

---

§. 5. *Ἀσπιδοποιΐα, Νεκυομαντεία, Μνηστηροφονία.* Singula haec nomina majusculis literis initialibus protuli, cum propria sint. *Kr.* Partes carminum Homeri, a rhapsodis primum, ac mox a grammaticis sic vocari solitae. *Heeren.*

τὸ κατὰ Ἀρίωνα rel. Arionis historia ap. Herod. I, 23. Alcmaeonis apud eundem I, 61. *Heeren.*

§. 6. *per rectum indicativum, per indicativum inclinatum.* Haec ego dedi ex Edd. Asc. et Cod. D. Edd. vett. et Lindem. *per rectum, per inclinatum. Kr.*

a plerisque rationabilius postrema ponitur. Sciendum vero, quod etiam oratores inter exempla solent fabulis uti.

CAP. II.

De narratione.

Narratio est expositio rei factae vel quasi factae. 5
Quidam tamen χρείαν, id est usum, posuerunt ante narrationem.

Species autem narrationis quatuor sunt: fabularis, fictilis, historica, civilis. Fabularis est ad fabulas supradictas pertinens. Fictilis ad tragoedias sive comoedias ficta. Historica ad res gestas exponendas. Civilis, quae ab oratoribus in exponendis sumitur causis. Nunc autem de ea, quae ad exercitationem pertinet, dicemus.

Quam variis proferre modis solemus: per rectum 6
indicativum, per indicativum inclinatum, per convictivum, per dissolutum, per comparativum. Rectum quidem indicativum, ut: *Medea Aeetae filia fuit; haec prodidit aureum vellus*, et sequentia. Rectum autem nominatur, quod per totam vel ampliorem orationem casum servat nominativum. Indicativa vero inclinata dicitur, in qua obliquis utimur casibus, ut: *Medeam Aeetae filiam dicunt amavisse Iasonem*, et reliqua, quia alios quoque casus assumit. Convictiva vero figura est, qua arguentes utimur, ut: *Quid enim non fecit Medea malum? non amavit quidem Iasonem? prodidit aureum*

---

per convictivum. Haec est lectio Ed. Asc. Reliqui libri: *per conjunctivum. Kr.*

Rectum quidem indicativum. Ita Ed. Asc. Reliquae edd. *Per rectum, ut. Kr.*

Indicativa vero inclinata. Sic Ed. Asc. Edd. vett. *Inclinata vero.* Lindem. his e conj. addidit *figura. Kr.*

Quid enim non fecit Medea malum? Ita Codd. et Edd. Asc. Put ch. Lind. Edd. Ald. Ven. 1. 2. Mediol. *Quid enim Medea?* Paulo ante *convictiva* dedi pro *conjunctiva. Kr.*

ρας; οὐκ ἀπέκτεινε δὲ τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον; καὶ τὰ
7 ἑξῆς. Ἀσύνδετον δὲ γίνεται ὧδε· οἷον, Μήδεια Αἰήτου θυγάτηρ Ἰάσονος ἠράσθη, προὔδωκε τὸ χρυσόμαλλον δέρας, τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον ἐφόνευσε. Συγκριτικὸν δέ ἐστι τὸ τοιοῦτο· Μήδεια ἡ Αἰήτου θυγάτηρ, ἀντὶ μὲν τοῦ σωφρονεῖν ἠράσθη, ἀντὶ δὲ τοῦ φυλάττειν τὸ χρυσόμαλλον δέρας προὔδωκεν, ἀντὶ δὲ τοῦ σώζειν τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον ἐφόνευσε. — Τὸ μὲν οὖν ὀρθὸν ἱστορίαις πρέπει· σαφέστερον γάρ. Τὸ δὲ ἐγκεκλιμένον μᾶλλον ἀγῶσι. Τὸ δὲ ἐλεγκτικὸν ἁρμόττει τοῖς ἐλέγχοις. Τὸ δὲ ἀσύνδετον τοῖς ἐπιλόγοις· παθητικὸν γάρ.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ χρείας.

8 *Χρεία ἐστὶν ἀπομνημόνευμα λόγου ἢ πράξεως, ἢ συναμφοτέρου, σύντομον ἔχον δήλωσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον χρησίμου τινὸς ἕνεκα. Τῶν δὲ χρειῶν αἱ μέν εἰσι λογικαὶ, αἱ δὲ πρακτικαὶ, αἱ δὲ μικταί. Λογικαὶ μὲν, αἷς λόγος ἔνεστι μόνον, οἷον, Πλάτων ἔφησεν, τὰς Μούσας ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν εὐφυῶν οἰκεῖν. Πρακτικαὶ δὲ, ἐν αἷς πρᾶξις μόνον· οἷον, Διογένης ἰδὼν μειράκιον ἀτακτοῦν, τὸν παιδαγωγὸν ἔτυψε λέγων· Τί γὰρ τοιαῦτα ἐπαίδευες; — Διαφέρει δὲ χρεία ἀπομνημονεύματος μάλιστα τῷ μέτρῳ. Τὰ μὲν γὰρ ἀπομνημονεύματα καὶ διὰ μακροτέρων ἂν γένοιτο, τὴν δὲ χρείαν σύντομον εἶναι δεῖ. Ἔστι δὲ, ὅτι ἡ μὲν ἀναφέρεται εἴς τινα πρόσωπα· τὸ δὲ ἀπομνημόνευμα καὶ καθ᾽ αὐτὸ μνημονεύεται. Γνώμης δὲ διαφέρει, τῷ τὴν μὲν ἐν ἀποφάνσει ψιλὴν λέγεσθαι, τὴν δὲ χρείαν πολλάκις κατ᾽ ἐρώτησιν καὶ κατ᾽ ἀπόκρισιν· καὶ πάλιν τὴν μὲν χρείαν καὶ ἐν πράξεσιν εἶναι, τὴν δὲ γνώμην ἐν λόγοις μόνον.*

---

§. 7. *Αἰήτου — Αἰήτου.* Heeren. *Αἰάτου — Αἰάτου. Kr.*

amoris turpitudini. Ita Edd. Asc. Lind. et Codd. MSSi. Reliqui libri: *turpitudine amoris. Kr.*

convictivum. Vulgo: *conjunctivum.* Illud tuetur Ed. Asc. *Kr.*

§. 8. *quam Graeci.* Ita Edd. Asc. Vulgo: *quem Graeci,* quod falsum est. *Kr.*

plerumque causa. Sic Edd. Asc. Lind. Reliquae: *causa plerumque. Kr.*

alii mixti. Lindem. haec omisit; Edd. omnes tuentur. *Kr.*

vellus? interfecit fratrem? et sequentia. Dissolutum 7
vero fit sic: *Medea Aeetae filia prodidit aureum vellus, Absyrtum interfecit* et sequentia. Comparativum est hoc: *Medea, Aeetae filia, debens pudicitiam servare, amoris turpitudini prodidit eam, et quam decebat custodem fraternae fieri salutis, interfecit fratrem, et quae debuit tutari aureum vellus, tradidit insidiatori.* — Et rectum quidem historiae convenit; est enim planius. Inclinatum vero magis certaminibus rhetoricis. Convictivum quoque ad arguendum accommodatius. Dissolutum autem perorationibus sive conclusionibus; est enim passivum, id est affectus animi commovens.

CAP. III.

De usu.

Usus est, quam Graeci χρείαν vocant, commemo- 8
ratio orationis alicujus vel facti, vel utriusque simul, celerem habens demonstrationem, quae utilitatis alicujus plerumque causa profertur. Usuum autem alii orationales, alii activi, alii mixti. Orationales sunt, quibus inest oratio sola; ut: *Plato dicebat, Musas in animis esse ingeniosorum.* Activi vero, in quibus actus inest solus, ut: *Diogenes, cum vidisset puerum indecenter agentem, pedissequum virga percussit.* Vel mixti, si addas: *dicens: Quare sic erudiisti?* Interest autem inter usum et commemorationes hoc, quod usus breviter profertur; commemorationes vero, quas Graeci ἀπομνημονεύματα vocant, longiores sunt. A sententia vero differt, quod sententia indicative profertur, usus vero saepe etiam per interrogationem et responsionem; praeterea, quod usus etiam in actu solent inveniri, sen-

---

Πλάτων ἔφησεν. Respicit ad ea, quae Plato disputat in Phaedr p. 1250. Ed. Francof. *Heeren.*

pedissequum. Hanc vocem recepi ego ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Reliquae: *paedagogum*, e glossemate. *Kr.*

Vel mixti. Ego ex Edd. Ven. 1. 2. Asc. Lindem. addidi *vel*, quod in Ald. Iunt. Bas. Colon. Putsch. omissum est. Ed. Asc. *vel mixte.* *Kr.*

commemorationes hoc. Ex edd. Asc. Putsch. adjeci *hoc*, quod Lindem. omisit. Mox secundum Edd. Ven. 1. 2. Ald. Iunt. Putsch. scripsi *A sententia.* Ed. Asc. *Sententiae.* Lindem. *Sententia.* *Kr.*

*Καὶ πάλιν τῷ τὴν χρείαν τὸ πεποιηκὸς πρόσωπον ἔχειν,
τὴν δὲ γνώμην ἄνευ προσώπου λέγεσθαι. Λέγεται δὲ περὶ
διαφορᾶς χρειῶν πλεῖστα παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὅτι αἱ μὲν
9 αὐτῶν εἰσιν ἀποφαντικαί, αἱ δὲ ἐρωτηματικαί. Ἀλλὰ νῦν
ἐπὶ τὸ συνέχον χωρῶμεν, τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ἐργασία. Ἐργασία τοίνυν οὕτως ἔστω. Πρῶτον ἐγκώμιον διὰ βραχέων,
τοῦ εἰπόντος ἢ πράξαντος. εἶτα αὐτῆς τῆς χρείας παράφρασις. εἶτα ἡ αἰτία, οἷον, ὁ Ἰσοκράτης ἔφησε τῆς παιδείας
τὴν μὲν ῥίζαν εἶναι πικράν, τὸν δὲ καρπὸν γλυκύν. —
Ἔπαινος. Ἰσοκράτης σοφὸς ἦν, καὶ πλατύνεις ἠρέμα τὸ
χωρίον. Εἶθ᾽ ἡ χρεία· εἶπε τόδε· καὶ οὐ θήσεις αὐτὴν
ψιλήν, ἀλλὰ πλατύνων τὴν ἑρμηνείαν. Εἶτα ἡ αἰτία. Τὰ
γὰρ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἐκ πόνων φιλεῖ κατορθοῦσθαι·
10 κατορθωθέντα δὲ εἰς τὴν ἡδονὴν φέρει. Εἶτα κατὰ τὸ
ἐναντίον. Τὰ μὲν γὰρ τυχόντα τῶν πραγμάτων οὐ δεῖται
πόνων, καὶ τὸ τέλος ἀειδέστατον ἔχει. Τὰ σπουδαῖα δὲ
τοὐναντίον. Εἶτ᾽ ἐκ παραβολῆς· ὥσπερ γὰρ τοὺς γεωργοὺς
δεῖ πονήσαντας περὶ τὴν γῆν κομίζεσθαι τοὺς καρπούς,
οὕτω καὶ περὶ τοὺς λόγους. Εἶτα ἐκ παραδείγματος.
Δημοσθένης καθείρξας ἑαυτὸν οἰκήματι, πολλὰ μοχθήσας,
ὕστερον ἐκόμιζε τοὺς καρπούς, στεφάνους καὶ ἀναρρήσεις. Ἔστι δὲ καὶ ἐκ κρίσεως ἐπιχειρῆσαι, οἷον, Ἡσίοδος
μὲν ἔφη· Τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν
ἔθηκαν. Ἄλλος δὲ ποιητής φησί· Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθὰ οἱ θεοί. Ἐν δὲ τῷ*

---

omnimodo dedi ex ed. Asc. pro vulg. *omnino*. **Kr.**

§. 9. *dixit vel fecit.* Ita Ed. Asc. Vulgo: *fecit vel dixit.* **Kr.**

esse amaram. Ita Edd. Asc. Putsch. Lindem. Reliquae: *esse amarum.* **Kr.**

et producis pedetemptim. Haec dedi ex ed. Lind. Asc. *et producens pedetemptim.* Putschius: *et producis per tempora.* Mox Ed. Ascensianam secutus scripsi: *non oportet tamen ipsum — sed latius eum interpretari*, pro iis, quae Edd. Ven. 1.2. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. Lindem. exhibent: *non enim oportet nomen ipsum — sed latius eam interpretari.* **Kr.**

πλατύνεις. Male scriptum erat *πλατὺν εἰς.* *Heeren.*

εἶπε τόδε. Corrupta sunt haec verba. Vertit Priscianus: *postea sequatur elocutio ipsius; non enim oportet nomen ipsum per se ponere, sed latius interpretari.* [Insere post *latius* pronomen *eam.* *Kr.*] Qui quid legerit, non assequor. Prius quoque *εἶθ᾽ ἡ χρεία* corruptum puto; nam cum de chria sermo sit, quomodo chria pars chriae dici potest? Legendum suspicor: *εἶθ᾽ ἑρμηνεία ἐπέσθω τῷδε*, nempe *τῷ ἐπαίνῳ.*

tentiae vero in verbis tantum; et quoniam usus habet
omnimodo personam, quae fecit vel dixit: sententia
vero sine persona dicitur. Traduntur tamen differen-
tiae usuum plures a veteribus. Alii enim sunt indica-
tivi, alii interrogativi. Sed nunc ad instans veniamus, 9
hoc est ad operationem et ordinationem ad usus perti-
nentium capitulorum. Disponendum igitur sic. Pri-
mum laus breviter dicat, qui dixit vel fecit. deinde ex-
positio ipsius usus; hinc causa, ut: *Isocrates dicebat,
stirpem quidem doctrinae esse amaram, fructum vero dul-
cem.* Laus: *Isocrates sapiens fuit:* et producis pede-
temptim locum: postea sequatur elocutio ipsius usus.
Non oportet tamen ipsum per se ponere, sed latius eum
interpretari. Deinde causa. Maxima enim factorum per
laborem perfici solent; perfecta vero afferunt jucundi-
tatem. Deinde utendum contrario. *Nam vilissimae re-* 10
rum non egent labore et finem teterrimum habent. Studio-
sissimae vero res ex contrario. Posthac a comparatione.
Quomodo enim agricolas oportet laborantes in terra acci-
pere fructus, sic etiam eloquentes. Deinde ab exemplo.
*Demosthenes inclusit sese in aediculis ad legendum et multo
labore post accepit fructus, coronas, praedicationes.* Prae-
terea ab judicio argumenteris: *Ut Hesiodus quidem dixit:
Virtuti sudorem Dii longe posuere. Alius poeta dixit:
Laboribus vendunt Dii nobis omnia bona.* Post omnia

Laudem excipiat elocutio (ut vocant grammatici Latini). *Heeren.*

§. 10. *Deinde causa.* Ed. Asc. *Deinde a causa. Kr.*

utendum contrario. Ed. Asc. *utendum a contrario. Kr.*

finem teterrimum. Nescio, quid Putschium impulerit, ut *terminum* scriberet; quod Lindemanno arrisisse miror. *Kr.*

Praeterea ab judicio argumenteris. Haec reposui ego ex Ed. Asc. Lindemannus: *Deinde a judicio arg.* Reliqui libri: *deinde a testimonio.* Nihil amplius. *Kr.* τῆς δ' ἀρετῆς. Ἔργ. 287. *Heeren.*

Virtuti sudorem rel. Haec dedi ex Edd. Asc. Ven. 1. 2. et MSS. Edd Ald. Bas. Colon. Putsch. Lind. *Virtutis viam asperam Dii fecere.* Lindem. pro Latinis Graecum versum ab auctore hujus libri insertum esse probabili conjectura contendit. *Kr.*

Ἄλλος δὲ ποιητής φησι. Incertum est, quem poëtam ante oculos habuerit, cum verba turbato ordine proferantur. Pro ἀπολοῦσι legendum duco ἀποδιδοῦσι. *Heeren.* [V. Xenoph. Mem. II, 1, 20. *G. H. S.*]

τέλει παράκλησιν προσθήσεις· ὅτι χρὴ πείθεσθαι τῷ εἰρηκότι ἢ πεποιηκότι. Τοσαῦτα πρὸς τὸ παρὸν, τὴν δὲ τελειοτέραν διδασκαλίαν ὕστερον εἴσῃ.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ γνώμης.

11 Γνώμη ἐστὶ λόγος κεφαλαιώδης ἐν ἀποφάσει καθολικῇ, ἀποτρέπων τι, καὶ προτρέπων ἐπί τι, ἢ ὁποῖόν ἐστιν ἕκαστον δηλοῦν. Ἀποτρέπων μὲν, ὡς ἐν ἐκείνῳ·

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Προτρέπων δὲ, ὡς ἐν ἐκείνῳ·

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτεσθαι τε πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Ἢ τούτων μὲν οὐδέτερον ποιεῖ, ἀποφαίνεται δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως. Οἷον· τὸ εὐπράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται.

12 Ἔτι δὲ τῶν μὲν γνωμῶν αἳ μέν εἰσιν ἀληθεῖς, αἳ δὲ πιθαναὶ, αἳ δὲ ἁπλαῖ, αἳ δὲ συνεζευγμέναι, αἳ δὲ ὑπερβολικαί. Ἀληθεῖς μὲν, οἷον· οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενός. Πιθαναὶ δὲ, οἷον· ὅστις δὲ ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ, οὐπώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, οἷς παρήδεται ξυνών. Ἁπλαῖ δὲ, οἷον· δύναται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν. Συνεζευγμέναι δὲ, οἷον·

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Ὑπερβολικαὶ δὲ, οἷον·

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

---

§. 11. *Οὐ χρή.* Versus Homeri Iliad. *B.* 61. *Heeren.*

vel dehortans. Verba, quae Edd. habent his intermedia: *deterrent id est*, recte desunt in MSS. *Lind.* Absunt ab Ed. Asc. *Kr.*

προτρέπων — ἐκείνῳ. Leguntur haec inter Theognidis sententias in Stob. Floril. Serm. 94. Vituperium paupertatis. Exstat ibi v. 2. *Ῥίπτειν* **καὶ πετρῶν** adversante metro: **πέτρα** enim corripitur. In Cod. nostro legitur **ῥίπτεσθαι καὶ πετρῶν**, quod et ipsum metro repugnat. Pro **καὶ** itaque dedi **τε.** *Heeren.*

ad scopulos applicare. Ita Edd. Asc. Lind. Reliquae: *inclinare. Kr.*

insipienter. Ita Edd. Asc. Lind. Reliquae: *in sapientem. Kr.*

τοῖς ἀνοήτοις. Scriptum erat **ἀνόκτοις.** *Heeren.*

inferes exhortationem, quod oportet parere illi, qui dixit aut fecit.

CAP. IV.

De Sententia.

Sententia est oratio generalem pronuntiationem habens, hortans aliquam rem vel dehortans, vel demonstrans, quale sit aliquid. Dehortans quidem, quomodo in illo Homerico: *Non oportet per totam noctem dormire consultorem virum:* et in illo Virgiliano: *Heu nihil invitis fas quenquam fidere divis.* Hortans vero, ut in illo: *Oportet pauperiem fugientem etiam latissimum pontum penetrare et ad scopulos applicare praecipites.* Demonstrans vero qualitatem rei, ut: *Prospere enim agentes indigni occasionem accipiunt insipienter malefaciendi.* 11
Praeterea sententiarum aliae sunt verae, aliae verisimiles, aliae conjunctae, aliae superlativae. Verae quidem, ut: *Non potest inveniri vita hominis carens molestia.* Verisimiles autem, ut: *Siquis cum malis conversatur libenter, nunquam de hoc bene interrogavi viro, sciens, quoniam talis est, quales illi, cum quibus conversatur.* Et: *Una salus victis nullam sperare salutem.* Simplices vero, ut: *Possunt divitiae et clementes facere.* Et: *Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames!* Conjunctae, ut: *Non bonum multos esse reges. Unus rex sit.* Et: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Superlativae, ut: *Nihil aegrius terra pascit homine.* Et: *Fama malum, quo non aliud velocius ullum, mobilitate viget.* 12

---

superlativae. Ed. Asc. et Codd. Lugd. *suprarelativae* Kr.
§. 12. παρῄδεσαι. Si lectio sana est, idem foret ac συνῄδεσαι. Posset quoque legi ὑπερῄδεσαι, vel οἷόσπερ ᾔδεσαι. *Heeren.* Legendum sane videtur οἷόνπερ ᾔδεσαι. *Kr.*

clementes. Lindemannus perperam: *dementes.* *Una salus* rel. Virg. II. Aen. 354. Sequens locus: *Quid non* rel. exstat in Aen. III. vs. 57. *Kr.*

Οὐκ ἀγαθὸν. Hom. Il. *B.* 204. *Heeren.* *Obsequium amicos* rel. Ter. Andr. Act. I. Sc. I. vs. 41. *Kr.*

nihil aegrius, pro, *nihil imbecillius*, recepi ego ex edd. Asc. Lind. *Kr.*

Οὐδὲν ἀκιδνότερον. Odyss. *Σ.* 129. *Heeren.* *Fama malum* rel. Virg. Aen IV. vss. 174. 75. Lind. omisit *mobilitate viget.* *Kr.*

13 Ἡ δὲ ἐργασία πολλαπλασία τῆς γνώμης. Πρόεισι γὰρ τοῖςδε· ἐγκωμίῳ τοῦ εἰρηκότος βραχεῖ, καθάπερ ἐν χρείᾳ, κατὰ τὸ ἁπλοῦν, κατὰ τὴν αἰτίαν, κατὰ τὸ ἐναντίον, κατὰ τὸ ἐνθύμημα, κατὰ τὸ παράβολον, κατὰ τὸ παράδειγμα, κατὰ κρίσιν. Ἔστω δὲ ἥγε γνώμη ὡς ἐν παραδείγματι·

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Οὐκοῦν ἐπαινέσεις διὰ βραχέων τὸν εἰρηκότα. εἶτα κατὰ το ἁπλοῦν. Τοῦτο δὲ ἔσται τὸ παραφράσαι τὴν γνώμην· οἷον· δι᾽ ὅλης νυκτὸς οὐ προσήκει ἄνδρα ἐν βουλαῖς ἐξεταζόμενον καθεύδειν.

14 Κατὰ τὴν αἰτίαν· Δεῖ μὲν γὰρ ἀεὶ διὰ φροντίδος εἶναι τὸν ἡγούμενον· ὕπνος δὲ βουλὴν ἀφαιρεῖται. Κατὰ τὸ ἐναντίον· Ἐναντίον ἐστὶ βασιλεῖ ἰδιώτης, τῷ δὲ ἐγρηγορέναι τὸ καθεύδειν. Πῶς ἂν οὖν λαμβάνοιτο; εἰ τὸν ἰδιῶτα οὐδὲν δεινὸν δι᾽ ὅλης νυκτὸς καθεύδειν, εὔδηλον, ὥστε τὸν βασιλέα προσῆκον ἀγρυπνοῦντα φροντίζειν. Κατὰ παραβολήν· ὥσπερ γὰρ οἱ κυβερνῆται ἐγρηγορότες ὑπὲρ τῆς κοινῆς διατελοῦσι σωτηρίας, οὕτως προσήκει καὶ τοὺς ἡγουμένους. Κατὰ παράδειγμα. Καὶ γὰρ Ἕκτωρ νυκτὸς οὐ καθεύδων, ἀλλὰ φροντίζων, κατάσκοπον ἐπὶ τὰς ναῦς ἔπεμπε Δόλωνα. Ὕστατος δέ ἐστι τόπος ὁ κατὰ κρίσιν, τὸ δὲ τέλος παράκλησιν ἐχέτω.

ΚΕΦ. ε.

Περὶ ἀνασκευῆς καὶ κατασκευῆς.

15 Ἀνασκευή ἐστιν ἀνατροπὴ τοῦ προτεθέντος πράγματος· κατασκευὴ δὲ τοὐναντίον βεβαίωσις. Τὰ δὲ πάνυ ψευδῆ

---

§. 13. *τῆς γνώμης* pro *τῆς χρείας* dedi ex conjectura Heerenii certissima. Ita Vir ille Celeberrimus: Legendum videtur *τῆς γνώμης*: statim enim sequitur *καθάπερ ἐν χρείᾳ*.
Sit autem sententia. *Sit* pro *Fit* dedi ex Edd. Asc. Lind. Kr.

§. 14. *διὰ φροντίδος.* Heerenius dedit *διαφόρον φροντίδα*, atque haec annotavit. „Corrupte editum erat *τ᾽ ἴδος*. Rescribendum est *φροντίδα*, cujus prior syllaba ob praecedentem terminationem periit. Idem confirmat Priscianus l. c. qui vertit: *Debet praeses in curis semper esse.*" Haec non satis recte emendasse videtur Vir Celeb. Primum enim inseruit syllabam, quae non legitur in Codice. In hoc enim scriptum exstat: *δια φορόντ ιδος*. Deinde, quid sibi

Operatio vero sententiae consimilis est meditationi usus, de qua superius dictum est. Provenit enim a laude brevi ejus, qui dixit, a simplici expositione ipsius sententiae, a causa, a contrario, a comparatione, ab exemplo, ab judicio, a conclusione. Sit autem sententia exempli causa: *Non oportet per totam noctem dormire virum multis consulentem.* Laudabis igitur eum, qui dixit, breviter. Deinde simplici expositione eloqueris sententiam; ut: *Non decet virum in summa potestate, multis praesidentem, ab occasu solis usque ad ortum opprimi somno.* 13

A causa: *Debet praeses in curis semper esse; somnus vero curas omnibus aufert.* A contrario; contrarium est enim *rex* et *privatus*, *somnus* et *vigiliae.* *Quomodo ergo molestum non est, si privatus homo per totam dormiat noctem, sic intolerabile, si rex non vigiliis consulat cujusque sibi parentium saluti.* A comparatione: *Quomodo enim gubernatores, etsi caeteri dormiant, soli pro communi vigilant salute; sic oportet imperatores curare pro suis.* Ab exemplo: *Hector enim noctu vigilans et curans speculatorem ad naves Graecorum mittebat Dolonem.* Ab judicio, ut Salustius haec comprobat dicens: *Sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique vitam sicuti pecudes transiere.* Conclusio vero exhortationem habet plerumque, ut: *Oportet et nos necessarias res suscipientes nimia cura vigiliisque eis consulere.* 14

CAP. V.

De refutatione, quam Graeci ἀνασκευὴν vocant.

Refutatio est improbatio rei propositae. Confirmatio vero ex contrario comprobatio. Quae vero planis- 15

---

vult illud: *διαφόρον φροντίδι.* Ego ne intelligo quidem. Quae cum ita sit, scribendum est: *διὰ φροντίδος.* Haec enim formula, a dito *εἶναι*, significat, *curis occupatum esse. Krehl.*

in curis. Dedi ex Edd. Asc. Lind. Reliquae: *in curia. Kr.*

Ἔπειτα Δόλωνα. Iliad. *K.* 340. seqq. *Heeren.*

Salustius. Catilin. Cap. II. §. 8. ed. Cort. *indocti incultique.* Haec ego inserui ex Edd. Asc. Lind. In reliquis omissa sunt. *sicuti pecudes* pro *sicuti peregrinantes* recepi ex ed. Asc. *transiere.* Ita Edd. omnes pro *transigere*, quod in Edd. Salustii legitur. *Kr.*

§. 15. Inscriptionem hujus capitis dedi ex ed. Asc. cum

οὔτε ἀνασκευαστέον οὔτε κατασκευαστέον, ὥσπερ τοὺς μύθους. Ἀλλὰ δεῖ δήπου τὰς ἀνασκευὰς καὶ τὰς κατασκευὰς τῶν ἐφεκατέρην ἐπιχείρησιν δεχομένων ποιεῖσθαι. Ἀνασκεύασις δὲ ἐκ τοῦ ἀσαφοῦς, ἐκ τοῦ ἀπιθάνου, ἐκ τοῦ ἀδυνάτου, ἐκ τοῦ ἀκολούθου, τοῦ καὶ ἐναντίου καλουμένου, ἐκ τοῦ ἀπρεποῦς, ἐκ τοῦ ἀσυμφόρου. Ἐκ τοῦ ἀσαφοῦς, οἷον· Ἀσαφὴς ἦν ὁ περὶ Νάρκισσον χρόνος. Ἐκ τοῦ ἀπιθάνου· Ἀπίθανον ἦν τὸν Ἀρίονα ἐπὶ δελφῖνος σωθῆναι. Ἐκ τοῦ ἀκολούθου, τοῦ καὶ ἐναντίου καλουμένου· Ἐναντίον ἦν τῷ σώσαντι τὴν δημοκρατίαν τὸ καταλῦσαι αὐτὴν θελῆσαι. Ἐκ τοῦ ἀπρεποῦς· Ἀπρεπὲς ἦν, Ἀπόλλω, θεὸν ὄντα, θνητῇ μίγνυσθαι. Ἐκ τοῦ ἀσυμφόρου, ὅταν λέγωμεν, ὅτι οὐδὲ συμφέρει ταῦτα ἀκούειν· κατασκευάσεις δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ κοινοῦ τόπου.

16 Ὁ κοινὸς τόπος προσαγορευόμενος αὔξησιν ἔχει τοῦ ὁμολογουμένου πράγματος, ὡς τῶν ἀποδείξεων ἤδη γεγενημένων. Οὐ γὰρ ἔτι ζητοῦμεν, εἰ οὗτος ἀριστεὺς, ἀλλ᾽ ὡς ἀποδεδειγμένου τὴν αὔξησιν ποιούμεθα. Λέγεται δὲ κοινὸς τόπος, διότι ἁρμόττει κατὰ παντὸς, οἷον μὲν ἱεροσύλου ἢ καὶ ὑπὲρ παντὸς ἀριστέως. Χρὴ δὲ οὕτως προάγειν· πρῶτα

---

qua Codices etiam Lugd., testante Lindemanno, faciunt. Vulgo verba, *quam — vocant*, ponuntur in contexta oratione post vocem *improbatio*. *Kr.*

ἐκ τοῦ ἀκολούθου. Schol. in marg. ἤτοι τοῦ φύσει πολεμίου. *Heeren.*

ἐκ τοῦ ἀπρεποῦς. Schol. in marg. διὰ τοῦ ἀπρεποῦς αἰνίττεται καὶ τὸ αἰσχρὸν, καὶ τὸ ἀσεβὲς, καὶ τὸ ἄδικον. *Heeren.*

indecente. Ed. Asc. *indecedente.* *Kr.*

Arionem malis affectum — impossibile erat. Haec et media desunt in Gr. *Kr.*

Ἐναντίον ἦν. Ex Heerenii conjectura dedi σώσαντι pro σῶσαι et θελῆσαι pro ἐθέλησαν. *Kr.* Vertit Prisc. *Contrarium erat, voluisse perdere libertatem eum, qui eam servasset.* Rescribendum itaque erit: ἐναντίον ἦν τῷ σώσαντι τὴν δημοκρατίαν τὸ καταλῦσαι αὐτὴν θελῆσαι. *Heeren.*

jungi mortali dedi ex Edd. Asc. Lind. Reliquae: *vim inferre.* *Kr.*

sime sunt falsa vel vera, nec refutanda sunt nec confirmanda, quales sunt fabulae Aesopiae vel historiae indubitabiles. Oportet enim refutationes et confirmationes de illis rebus fieri, quae ancipitem adhibent opinionem. Refutandum igitur ab incerto, ab incredibili, ab impossibili, ab inconsequente, ab indecente, ab incommodo. Ab incerto, ut: *Incertum erat tempus, quo Narcissum fuisse dicunt.* Ab incredibili: *Incredibile est Arionem malis affectum voluisse canere.* Ab impossibili: *Impossibile erat, Arionem a delphino servari.* Ab inconsequente, quod et contrarium dicitur, ut: *Contrarium erat voluisse perdere libertatem eum, qui eam servasset.* Ab indecente: *Indecens erat Apollinem, cum sit deus, mulieri jungi mortali.* Ab incommodo, cum dicimus, quod neque prodest haec audire: confirmes vero a contrariis.

CAP. VI.

De loco communi.

Locus communis exaggerationem habet manifestae 16
rei, quasi argumentationibus jam peractis. Non enim quaerimus in hoc, an iste sacrilegus vel vir fortis, sed rei convictae et manifestae exaggerationem facimus, cui tamen legibus supplicium definitum sit vel praemium. Dicitur autem communis locus, quia convenit contra omnem v. c. sacrilegum, vel etiam, ut quibusdam placet, pro omni viro forti. Oportet autem sic

---

§. 16. *quasi argumentationibus.* Auct. Ed. Asc. omisi ex post *quasi.* *Kr.*

εἰ οὗτος ἀριστεύς. Vertit Priscian. *an iste sacrilegus vel vir fortis sit*; supplendum itaque erit: *εἰ οὗτος ἱερόσυλος ἢ ἀριστεύς.* *Heeren.*

οἷον μὲν ἱεροσύλου ἢ καὶ ὑπὲρ παντὸς ἀριστέως. Haec dedi ex Heerenii emendatione, pro: *μὲν ἱεροσύλλου ὑπὲρ παντὸς ἀριστέως.* *Kr.* Corrupta haec sunt. Rescribo: *οἷον μὲν ἱεροσύλου, ἢ καὶ ὑπὲρ παντὸς ἀριστέως.* Vertit Prisc. *convenit contra omnem v. c. sacrilegum, vel etiam, ut quibusdam placet, pro omni viro forti.* *Heeren.* *καλοῦ, νόμοις.* Vertit Prisc. *per capitula, quae finalia dicuntur, i. e. utili, justo, legitimo, honesto et similibus et per demonstrationem hujus rei actae.* Unde pauca hic apud nostrum desiderari patet. Cf. infra s. f. capitis. *Heeren.* *ipsius rei* pro *hujus rei* reposui ex edd. Asc. Lind. *Kr.*

μὲν κατὰ τὴν ἐξέτασιν τοῦ ἐναντίου· εἶτα αὐτὸ τὸ πρᾶγμα· εἶτα ἡ σύγκρισις· εἶτα ἡ γνώμη· εἶτα στοχαστικῶς τὸν παρελθόντα βίον ἀπὸ τοῦ παρόντος διαβαλεῖς, εἶτα ἐκβαλεῖς τὸν ἔλεον, τοῖς τελικοῖς κεφαλαίοις καλουμένοις, — — — καὶ ὑποτυπώσει τοῦ πράγματος. προοίμια γὰρ οὐκ ἔσται καθαρῶς ἐν τόπῳ, ἀλλὰ μέχρι τύπον τινὸς σωθήσεται.

17 Οἷον ἵνα ἐπὶ παραδείγματος γένηταί σοι φανερὸν, ἔστω τόπος καθ' ἱεροσύλου. Οὐκοῦν τὰ προοίμια τῇ ἐννοίᾳ, ἀλλὰ τῷ τύπῳ τοιάδε. Πάντα μὲν μισεῖν προσήκει, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοὺς κακούργους, μάλιστα δὲ ὅσοι περὶ τοὺς θεοὺς τολμῶσι. Δεύτερον. Εἰ μὲν βούλεσθε τοὺς ἄλλους πονηροὺς ποιεῖν, ἐατέον καὶ τοῦτον· εἰ δὲ μὴ, κολαστέον. Τρίτον. Τὸ μὲν οὖν δοκεῖν ὁ κρινούμενος κινδυνεύει μόνον· τῇ δὲ ἀληθείᾳ καὶ ὑμεῖς, ὦ δικάζοντες. Τὸ γὰρ περὶ τοὺς ὅρκους πλημμελῆσαι οὐκ οἶδα, εἰ φαυλοτέραν δίκην ἔχει τῆς παρανομίας. Εἶτα πρὶν ἐλθεῖν ἐπ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, περὶ τοὐναντίου διαλεκτέον, ὅτι οἱ νόμοι τῆς τῶν θεῶν θεραπείας προὐνοήσαντο, βωμοὺς ἔστησαν, ἀναθήμασιν ἐκόσμησαν, θυσίαις ἐτίμησαν, πανηγύρεσι, παρόδοις. Εἶτα ἐπίκρισις κατὰ τὴν ἐξέτασιν τῆς αἰτίας εἰκότως. Τὸ μὲν γὰρ τούτων εὐμενὲς διασώζει τὰς πόλεις. Εἰ δὲ ἑτέρως ἔχοιεν,
18 ἀνάγκη ταύτας διαφθείρεσθαι. Καὶ προὔβαινε ἐπὶ τὸ προκείμενον. Τούτων οὕτως ἐχόντων οὗτος τί ἐτόλμησε; Καὶ λέγε τὸ πεπραγμένον, οὐχ ὡς διδάσκων, ἀλλ' ὡς δεινοποιῶν. Καὶ ὅτι ὅλῃ τῇ πόλει ἐλυμήνατο, καὶ τοῖς κοινοῖς καὶ τοῖς ἰδίοις. Καὶ δέος μὲν, μὴ ἐκλίπωσιν οἱ καρποὶ, δέος δὲ, μὴ τῶν πολεμίων ἡττηθῶμεν, καὶ ὅσα ταῦτα. Ἑξῆς καὶ ἐπὶ

μέχρι τύπου τινός. Cod. *μέχρι τούτου.* Leg. vidi *μέχρι τύπου τινὸς* ex Prisc. qui vertit: *usque ad formulam quandam. Heeren.*

§. 17. *exemplo tibi.* Addidi *tibi* ex edd. Asc. Lind. *Kr.*

ἀλλὰ τῷ τύπῳ. Apud Prisc. *usque ad formulam,* quare leg. vidi *μέχρι τοῦ τύπου. Heeren.*

progredi per inquisitionem contrarii; deinde ponere ipsam rem; post, comparationem, quam sequitur sententia; post eam conjecturaliter praeteritam vitam crimineris a praesentibus; dehinc amoveas misericordiam per capitula, quae finalia dicuntur, id est, utili, justo, legitimo, honesto et similibus, et per demonstrationem ipsius rei actae. Principia enim in loco communi non invenis, sed usque ad formulam quandam serventur.

Et ut exemplo tibi manifestum fiat, sit locus com- 17
munis contra sacrilegum. Principia igitur dicenda sunt usque ad formulam hoc modo. *Omnis equidem oportet maleficos homines in odio esse vobis, judices: maxime vero eos, qui contra deos aliquid audent.* Secundum quasi principium: *Ergo si vultis facere, ut caeteri quoque sint pessimi, isti concedite; sin hoc minime placet, istum suppliciis afficite meritis.* Tertium: *Videtur enim reus in periculum duci solus; re autem vos quoque in discrimen maximum venitis. Contemptio enim jurisjurandi et fidei, religionisque violatio nescio an minores debeat sacrilegio poenas.* Post has igitur formulas principii, antequam in ipsam rem veniamus, de contrario est dicendum, *quod leges constituerunt prudentissime deos placare aris, templa eis devoverunt, donariis ornaverunt, hostiis honestaverunt, festis diebus, reditibus celebraverunt.* Et infers etiam approbationem tractando causam, *quod justissime haec leges constituerunt. Deorum enim placatorum providentia custoditur salva respublica, violatorum vero proditione corrumpitur.* Sic pro- 18
gredere ad propositum: *Quae cum ita sint, iste quid ausus est facere?* Et exponis rem, non quasi docens, sed quasi exaggerans: *Quod universae nocuit civitati, et communibus et privatis rebus, et timendum, ne tale scelus consequatur sterilitas frugum, ne hostium superemur armis:* et similia. Post haec ad comparationes venies:

---

omnis equidem pro *omnes quidem* reposui ex Edd. Asc. Lind. *Kr.*
debeat. Hoc ego ex ed. Asc. et Codd. Lugd. restitui. Vulgo: *habeat. Kr.*
et infers. Ita Ed. Asc. et Cod. D. Vulgo: *inferes. Kr.*
haec leges dedi ex edd. Asc. Lind. *Kr.*
§. 18. καὶ ἐπὶ τὰς συγκρίσεις. Patet ἐπὶ addendum esse. *Heer.*

τὰς συγκρίσεις πρόϊθι. Ὅτι τῶν ἀνδροφόνων χαλεπώτερος, τὸ δὲ διάφορον ἐκ τῶν πεπονθότων· οἱ μὲν εἰς ἀνθρώπους παρετόλμησαν, ὁ δὲ εἰς θεοὺς παρῴνησε. Τοῖς τυράννοις οὗτος παραπλήσιος, κἀκείνοις οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς χαλεπωτάτοις. Ἐκείνων γὰρ τοῦτ' εἶναι δοκεῖ τὸ δεινότερον, ὅτι τῶν ἀγαλμάτων ἅπτονται. Τὰς δὲ πρὸς τὸ ἔλαττον συγκρίσεις κατ' ἐπιτίμησιν εἰσάξεις, ἐπειδήπερ εἰσὶ καθαιρετικαί. Οὐ δεινὸν τὸν μὲν κλέπτην διδόναι δίκην, τὸν δὲ ἱερόσυλον
19 μή; Ἔξεστι δέ σοι καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐκ τοῦ παρόντος διαβαλεῖν, ὡς ἀπὸ μικροῦ ἀρξάμενος ἐπὶ τοῦτο προὔβη τελευταῖον, ὥστ' ὁμοῦ καὶ κλέπτην ἔχοιτε, καὶ τοιχωρύχον καὶ μοιχόν. Ἐξετάσεις δὲ καὶ τὴν γνώμην, ἀφ' ἧς ἦλθεν ἐπὶ τοῦτο· ὅτι μὴ βουλόμενος γεωργεῖν, ἀπὸ τούτου πλουτεῖν ἤθελεν. Εἰ δὲ λέγεις κατ' ἀνδροφόνου, καὶ τὰ παρακολουθοῦντα, γυνὴ ἐν χηρείᾳ, παῖδες ὀρφανοί. Χρῶ δὲ καὶ τῇ ἐκβολῇ τοῦ ἐλέου. Ἐκβαλεῖς δὲ τὸν ἔλεον τοῖς καλουμένοις τελικοῖς κεφαλαίοις, τῷ νομίμῳ, τῷ δικαίῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ δυνατῷ, τῷ πρέποντι, καὶ ὑπογραφῇ τοῦ ἀδικήματος. Μή μοι τὸν νῦν δακρύοντα θεωρεῖτε, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν καταφρονοῦντα τῶν θεῶν, τὸν προσιόντα τοῖς ἀνακτόροις, τὸν ἀνασπῶντα τὰς θύρας, τὸν τῶν ἀναθημάτων ἁπτόμενον, καὶ τελεύτα εἰς παράκλησιν. Τί μέλλετε, τί βουλεύεσθε περὶ οὗ πάλαι κέκριται; Ταῦτα ὡς ἐν τῷ παρόντι, τὴν δὲ τελευταίαν μέθοδον εἴσῃ.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ ἐγκωμίου.

20 Ἐγκώμιόν ἐστιν ἔκθεσις τῶν προσόντων ἀγαθῶν τινι κοινῶς ἢ ἰδίως. Κοινῶς μὲν, οἷον ἐγκώμιον ἀνθρώπου·

καὶ τὸ διάφορον ἐκ τῶν πεπονθότων. Quanta sit differentia, conjicere possumus ex laesis. Prisc. *Heeren.*

ex laesis conjicere. Ordo debetur edd. Asc. Lind. *Kr.*

κἀκείνοις. Cod. *κἀκεῖνος.* Legendum duco *κἀκείνοις. Heeren.*

δεινότερον. Superscriptum est *δεινότατον. Heeren. ἀγαλμάτων.* Legendum videtur *ἀναθημάτων. Kr. furem quidem.* Ex ed. Asc, addidi *quidem.* E conj. omisi *vel injuriosum.* Post *absolvi* posui signum interrogationis, quod a Lindemanno non omitti debebat. *Kr.*

induces pro *inducens* dedi ex edd. Asc. Lind. *Kr.*

Quod homicidis multo est iste pejor. Quanta vero sit differentia, ex laesis conjicere possumus. Homicidae enim contra homines audent. Sacrilegus autem in ipsos sceleratam exercet audaciam deos. Tyrannis iste simillimus, sed tamen et illis non omnibus, sed pessimis omnium. Illorum enim facinus est saevissimum, qui sacratas diis divitias auferunt. A majore vero ad minus comparationes per increpationem induces, ne minuere crimen videaris. *Non est iniquissimum furem quidem supplicio affici, sacrilegum vero absolvi?* Licet autem etiam prae- 19
teritam ejus vitam a praesenti criminari, *quod a parvis coepit, et ad hoc pessimum facinus progressus est. Ergo non solum sacrilegum, sed etiam furem atque effractorem et adulterum habetis.* Excuties et sententiam, per quam venit ad tale peccatum: *quod nolens ingenue laborare vel arando cibum acquirere per sacrilegia vult divitias quaerere.* Praeterea a consequentibus: *quod per hunc imminuta majestas templorum, infamati sacerdotes, segniores ad offerendum ornamenta delubris redditi cives.* Amovetur autem misericordia finalibus capitulis, id est, justo, utili, possibili, decente, et descriptione ipsius injuriae, ut: *Non istum mihi attendatis, qui nunc lacrimat ante vestrum conspectum, sed illum, contemnentem deos, adeuntem fana, evellentem fores, auferentem donaria sacrorum.* Post omnia perores in exhortatione desinens: *Quid moramini? Quid cogitatis de eo, qui jam pridem omnibus videtur damnatus?*

CAP. VII.

De laude.

Laus est expositio bonorum, quae alicui acci- 20
dunt personae, vel communiter, vel privatim. Com-

---

§. 19. *ingenue.* Ante hanc vocem Lindemanno addendum visum est: *ingenuus.* Mihi quidem non ita videtur. *Kr.*

arando. Ed. Asc. *orando.* *Kr.*

Praeterea a consequentibus. Quae ante haec in Edd. Ald. Bas. Colon. Ven. 1. 2. Putsch. Iunt. leguntur: *si deus contra sacrilegum vel homicidam*, ea absunt ab Edd. Asc. Lind. *Kr.*

Excuties dedi ex Heerenii conj. certissima. *Kr.*

§. 20. *Περὶ ἐγκωμίου.* Locum hunc de Encomiis seu genere ἐπιδεικτικῷ seorsim tractavit Menander Rhetor, cujus li-

ἰδίως δὲ, οἷον ἐγκώμιον Σωκράτους. Ἐγκωμιάζομεν δὲ καὶ πράγματα, οἷον δικαιοσύνην· καὶ ἄλογα ζῶα, οἷον ἵππον· ἤδη δὲ καὶ ὄρη, καὶ φυτὰ, καὶ ποταμούς. [Κέκληται δὲ ἐγκώμιον, ὥς φασιν, ἐκ τοῦ τοὺς ποιητὰς τοὺς ὕμνους τῶν θεῶν ἐν ταῖς κώμαις τὸ παλαιὸν ᾄδειν. Ἐκάλουν δὲ κώμας τοὺς στενωπούς. Ἐπαίνου δὲ διαφέρει τὸ ἐγκώμιον, ὅτι ὁ μὲν ἔπαινος καὶ ἐν βραχεῖ γένοιτ' ἂν, οἷον· Σωκράτης σοφός· τὸ δὲ ἐγκώμιον καὶ ἐν μακροτέρᾳ διεξόδῳ.] Μὴ ἀγνόει δὲ, ὅτι καὶ τοὺς ψόγους τοῖς ἐγκωμίοις προςνέμουσι ἤτοι κατ' εὐφημισμὸν ὀνομάζοντες, ἢ ὅτι τοῖς αὐτοῖς τόποις
21 ἀμφότερα προάγεται. Τίνι οὖν διαφέρει τὸ ἐγκώμιον τοῦ κοινοῦ τόπου; Δοκεῖ γὰρ ἐν ἐνίοις καὶ σφόδρα ταῦτα ἀμφότερα συμβαίνειν, [οἷον ἀριστέον ἐγκώμιον καὶ ὑπὲρ ἀριστέον]. Φασὶ τοίνυν τὴν διαφορὰν ἐν τῷ τέλει φαίνεσθαι ἐν τῇ ἀποβάσει. Ἐν μὲν γὰρ τῷ κοινῷ τόπῳ σκοπός ἐστι δωρεὰν λαβεῖν, τὸ δὲ ἐγκώμιον ψιλὴν ἔχει ἀρετῆς μαρτυρίαν. Τόποι δέ εἰσιν ἐγκωμιαστικοὶ ἔθνος, οἷον Ἕλλην· πόλις, οἷον Ἀθηναῖος· γένος, οἷον Ἀλκμαιωνίδης.

---

brum, aliquot abhinc annis a me emendatiorem editum, non sine fructu cum Hermogenis praeceptis conferes. *Heeren.*

καὶ ὄρη. *Arbores* addit Prisc. in vers. ap. Putschium p. 1337. Supplendum itaque erit **δένδρη**. Copiosius vero de omni hac Encomiorum divisione agit Menander Cap. I. *Heeren.* Equidem *arbores* delendum censeo. *Kr.*

Κέκληται δέ. Quae hic sequuntur inde a **κέκληται** usque ad **διεξόδῳ**, a Prisciano in versione non expressa sunt, atque omnino ex margine in contextum migrasse videntur. Primum enim etymologiam vocis **ἐγκώμιον** glossema redolere, nemo non sentit; quae autem haec excipiunt, de discrimine laudis et encomii infra repetuntur. Tollitur praeterea omni hoc glossemate nexus sermonis; qui, eo ejecto, optime constat; pergit enim iterum scriptor in explicandis variis encomiorum generibus, iisque adnumerat quoque **λογους ψεκτικοὺς**, *orationes invectivas*, quas pro altero encomiorum genere ponit quoque Menander l. c. *Heeren.*

ἐν ante **ἐνίοις** addidi; vertit Priscianus: *in quibusdam. Heeren.*

esse nimium conjunctae. Ita Ed. Asc. Lindemannus: *esse nimium conjuncta.* Putschius: *nimium esse conjunctae.* Edd. Ald. Bas. Colon. *esse unum conjunctae.* Ven. 1. 2. *unum esse.* Lindemannus haec annotavit: „*Nimium conjuncta.* Ita quidem Codices omnes, quibuscum facit Putschiana. [Haec *conjunctae* habet. *Kr.*] Verum non dubium est, quin

muniter, ut laus hominis: privatim, ut laus Socratis. Laudamus tamen etiam res, ut justitiam, et muta animalia, ut equum; nec non etiam arbores et semina, et montes et fluvios et similia.

Sciendum autem, quod et laus et vituperatio sub uno eodemque genere referuntur demonstrativo; quod ex iisdem locis utraque proficiscuntur. Quid autem inter- 21
est inter has et locum communem? Videntur enim in quibusdam esse nimium conjunctae.

Hoc, quod in loco communi pro viro forti dicentes eo consilio dicimus, ut praemium petamus; laus autem per se testimonium virtutis habet. Loca vero laudis vel vituperationis haec sunt: *gens*, ut Latinus, Graecus; *civitas*, ut Romanus, Atheniensis; *genus*, ut Aemilianus, Alcmaeonides.

---

legendum sit *in unum conjuncta*, maxime quod antiquae edd. aut, *unum esse*, aut, *unum esse conjuncte* [potius *conjunctae*. *Kr.*] praebent."

§. 21. *οἷον ἀριστίον κ. τ. λ.* Facile patet, corrupta haec esse; a Prisciano autem in versione plane non expressa sunt; unde omnino ea ex contextu ejicienda esse merito suspicaberis. Si tamen retinenda sint, legendum duco *οἷον ἀριστέως ἐγκώμιον, καὶ ἔπαινος ἀριστέως*, ut *encomium principis et laus principis*; idem enim exemplum repetere videtur noster, quod supra Cap. VI. princ. proposuerat. — Proxime quoque sequentia, *φασὶ — ἀποβάσει*, a Prisciano omissa sunt. *Heeren.*

pro viro forti dicentes. Ita Codd. et Edd. omnes. Sine ulla justa causa Lindemannus *dicimus* scripsit. *Kr.*

ἔχει ἀρετῆς μαρτυρίαν. Vertit Priscianus: *Hoc* (scil. differunt.) *quod, in loco communi pro viro forti dicentes, eo consilio dicimus, ut praemium petamus; laus autem per se testimonium virtutis habet.* Addendum itaque videtur: *ὑπὲρ ἀριστέως λέγοντες.* Discrimen autem hoc inter laudationes, quarum aliae pro mercede, aliae sine mercede commendandum, utpote ab ipsa arte alienum, a nemine alio factum reperio. *Heeren.*

οἷον Ἀλκμαιωνίδης. Addit hic Priscianus exempla Romana, ut gentis, *Latinus*, urbis, *Romanus*, generis, *Aemilianus. Heeren.*

Ἐρεῖς δέ τινα καὶ ἃ περὶ τὴν γένεσιν συνέπεσεν ἄξια θαύματος, οἷον ἐξ ὀνειράτων ἢ συμβόλων ἤ τινῶν τοιούτων. Ἐπὶ τούτοις ἡ τροφὴ, ὡς παρὰ τῷ Ἀχιλλεῖ, ὡς λεόντων μυελῷ ἐτράφη καὶ παρὰ τῷ Χείρωνι· εἶτα ἡ ἀγωγὴ, ἧπερ ἐπαιδεύθη. Καὶ μὴν καὶ φύσις ψυχῆς καὶ σώματος ἐξετασθήσεται, καὶ τοῦτο ἑκάτερον κατὰ διαίρεσιν. Ἐρεῖς γὰρ περὶ μὲν σώματος, ὅτι καλὸς, ὅτι μέγας, ὅτι ταχὺς, ὅτι ἰσχυρός· περὶ δὲ ψυχῆς, ὅτι δίκαιος, ὅτι σώφρων, ὅτι σοφὸς, ὅτι ἀνδρεῖος. Ἐπὶ τούτοις ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων, οἷον ποῖον ἐπετήδευσε βίον, φιλόσοφον, ἢ ῥητορικὸν, ἢ
22 στρατιωτικόν. Τὸ δὲ κυριώτατον αἱ πράξεις. Ἐν γὰρ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αἱ πράξεις, οἷον στρατιωτικὸν βίον ἑλόμενος, τί ἐν τούτῳ κατέπραξε; — — τὰ δὲ ἐκτὸς, οἷον συγγενεῖς, φίλοι, κτήματα, οἰκέται, τύχη καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου, ὅσον ἐβίωσε, πολὺν ἢ καὶ μέτριον. Ἑκάτερον δὲ ἀφορμὴν ἐγκωμίων δίδωσι. Τόν τε γὰρ μακροβιότατον ἐν τῷ μὴ μετασχεῖν νοσημάτων, τῶν διὰ τὸ γῆρας γενομένων. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, ὅπως ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος μαχόμενος, καὶ εἴτι παράδοξον ἐνταῦθα, ὡς ἐπὶ τοῦ Καλλιμάχου, ὅτι καὶ νεκρὸς ἑστήκει. Ἔτι καὶ ἀπὸ τοῦ ἀποκτείναντος αὐτὸν ἐπαινέσεις, οἷον ὅτι Ἀχιλλεὺς ὑπὸ θεοῦ ἀπέθανε, Ἀπόλλωνος. Ἐξετάσεις δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν, εἰ ἀγῶνες ἐτέθησαν ἐπ' αὐτῷ, ὡς ἐπὶ Πατρόκλῳ· εἰ χρησμός τις περὶ

συνέπεσεν. Ita scripsi pro **συνέπεσαν**, quod Heerenius edidit. *Kr.*

pastus est et apud Chironem; hinc educatio, quomodo eruditus est. Haec dedi ego ex Edd. Asc. et Lindem. Vulgo legitur: *pastus est; hinc educatio, quomodo eruditus est apud Chironem.* Receptum verborum ordinem tuentur et Codd. Lugd. testante Lindemanno, atque in Cod. Hermogenis Graeco idem fere verborum ordo invenitur. *Kr.*

ἐτράφη καὶ παρὰ τῷ Χείρωνι, εἶτα ἡ ἀγωγὴ, ἧπερ ἐπαιδεύθη. In his edendis discessi ab Heerenio. Is ita scripsit: ἐτράφη, εἶτα ἡ ἀγωγὴ, ὡς παρὰ τῷ Χείρωνι ἐπαιδεύθη. In nota critica rationes exposuit: „Restitui haec ex versione, in qua sic legitur: *Deinde sequitur victus, ut in Achille, quod medullis leonum pastus est. Hinc educatio, quomodo eruditus est apud Chironem.* In cod. enim graeco mire haec confusa et corrupta sunt. Exstat ibi: *Ἐπὶ τούτοις ἡ τροφὴ καὶ παρὰ τῷ Χείρωνι, εἶτα ἡ ἀγωγὴ περ' ἤγθη ἧπερ ἐπαιδεύθη.* Fabula ipsa notissima vel ex Apollod. p. 160. multisque aliis.“ Igitur ex ed. Putsch. mutavit Heerenius textum Graecum. Cum vero in hac editione ordo falsus sit, equidem recte fecisse mihi videor, quod ad Codicum fidem

Dices autem, si quid nascendo evenit viro vel ex somniis vel ex signis vel hujuscemodi quibusdam praenunciationibus. Deinde sequitur *victus*, ut in Achille, quod medullis leonum pastus est, et apud Chironem; hinc *educatio*, quomodo eruditus est. Nec non etiam *natura* animi corporisque tractetur; et eorum utrumque per divisionem. Dices enim de corpore quidem, quod pulcher, quod magnus, quod citus, quod fortis; de animo vero, quod justus, quod moderatus, quod sapiens, quod strenuus. Postea laudabis a professionibus, id est, quod officium professus est, philosophicum, vel rhetoricum, vel militare. Omnibus autem 26
exquisitissimum est, de gestis dicere, ut militarem vitam degens, quid in ea gessit? Laudabis etiam vel vituperabis extrinsecus, id est a cognatis, amicis, divitiis, familia, fortunis, et similibus. Praeterea etiam a tempore, quantum vixit, multum vel parvum. Utrumque enim occasiones laudis vel vituperationis praebet.

Ad haec a *qualitate mortis*, ut pro patria pugnans, vel si quid mirabile in ipsa morte evenit, vel etiam ab eo, qui eum interfecit, ut Achilles ab Apolline interfectus est. Et exquires etiam, quae secuta sunt post mortem, si certamina in ejus honorem sunt celebrata, quomodo Patroclo ab Achille, et Anchisae ab Aenea;

---

et in textu Graeco et in Latina versione ordinem restitui. *Kr.*

vel philosophicum vel rhetoricum vel militare. Sic Edd. Scripti: *philosophum, vel rhetoricorum vel militarem. Kr.*

§. 22. *συγγενεῖς*, *cognati*, dedi pro *συγγενίς*. *Heeren.* Verba *τόν τε γάρ — γενομένων* desiderantur in versione Prisciani. — Ante *μεταοχεῖν* de meo addidi *μή*; sensus enim est: sortem longaevi inde praedicandam esse, quod a morbis liber fuerit. *Heeren.*

τῆς τελευτῆς edidi pro *τῆς τελευτῆς*. Priscianus habet: *ex qualitate mortis. Heeren.*

Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς. Legendum fortasse: *Ἔτι δὲ καὶ* rel. Nam Priscianus vertit: *Ad haec* rel. *Kr.*

ἑστίασε. Ridicula haec de Callimacho fabula, nescio quo, in Prisciani versione non exstat, ac serioris grammatici figmentum esse videtur. *Heeren.*

Exquires, *ἐξετάσεις*, dedi ex Edd. Asc. Lind. Nam Edd. Ald. Bas. Iunt. Colon. Putsch. habent: *exquirenda.* Edd. Ven. 1. 2. *Exquirendo.* *Kr.*

τῶν ὀστέων, ὡς ἐπὶ Ὀρέστου· εἰ οἱ παῖδες ἔνδοξοι, ὡς
23 Νεοπτόλεμος. Μεγίστη δὲ ἐν τοῖς ἐγκωμίοις ἀφορμὴ ἡ ἀπὸ τῶν συγκρίσεων, ἣν τάξεις, ὡς ἂν ὁ καιρὸς ἀφηγῆται. Παραπλησίως δὲ τὰ ἄλογα ζῶα κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. Καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν τῷ γίνεται ἐγκωμιάσεις, εἰς δὲ τὴν τοῦ γένους χώραν ἐρεῖς, τίνι θεῷ ἀνάκειται· οἷον ἡ γλαὺξ τῇ Ἀθηνᾷ, ὁ ἵππος τῷ Ποσειδῶνι. Ὁμοίως δὲ ἐρεῖς, πῶς τρέφεται; ποταπὸν τὴν ψυχὴν, ποταπὸν τὸ σῶμα; τίνα ἔργα ἔχει; ποῦ χρήσιμον; πόσος χρόνος τοῦ βίου; καὶ συγκρινεῖς δὲ, καὶ ὅλως τοῖς ἐμπίπτουσι τῷ τόπῳ χρήσῃ. Τὰ δὲ πράγματα ἐγκωμιάσεις ἀπὸ τῶν εὑρόντων, οἷον τὴν θηρευτικὴν Ἄρτεμις εὕρηκε καὶ Ἀπόλλων, καὶ ἀπὸ τῶν χρησαμένων, ὅτι ἥρωες αὐτῇ ἐχρῶντο. Μέθοδος δὲ ἀρίστη ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐγκωμίων, ὅσα περὶ πραγμάτων, τό, τε μετιόντας αὐτὰ σκοπεῖν, ὁποῖοί τινές εἰσι καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, οἷον οἱ θηρῶντες ἀνδρεῖοι, τολμηροὶ, ὀξύτεροι τὰς φρένας, ἐῤῥωμένοι τὰ σώματα. Ἐντεῦθεν οὐκ ἀγνοήσεις, ὥπερ θεοὺς ἐγκωμιαστέον· ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ εἰς θεοὺς ὕμνους κλητέον. Καὶ μὴν καὶ τὰ φυτὰ παραπλησίως ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ φύεται· ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ᾧ ἀνάκειται, ὡς ἡ ἐλαία τῇ Ἀθηνᾷ· καὶ ἀπὸ τῆς τροφῆς, οἷον, πῶς τρέφεται; Καὶ εἰ μὲν πολλῆς ἐπιμελείας δέοιτο, τοῦτο θαυμά-
24 σεις, ἂν δὲ μικρᾶς, καὶ τοῦτο. Ἐρεῖς δὲ, ὡς ἐπὶ σώματος, τὴν ἀναδρομὴν, τὸ κάλλος, τὸ ἀειθαλὲς, ὡς ἡ ἐλαία. Εἶτα τὸ χρήσιμον, ᾧ ἐνδιατρίψεις. Τὰς δὲ συγκρίσεις πανταχοῦ παραληπτέον. Καὶ μὴν καὶ πόλεως ἐγκώμιον οὐκ ἂν

Ὀρέστου emendavi pro *Ορεου*. De oraculo enim super Orestis ossa res nota est. Priscianus in vers. hic quoque exempla Romana addit, de ludis in Anchisae honorem ab Aenea institutis, et de Palinuro. *Heeren.*

Pro Neoptolemo habet Prisc. *quomodo Achilles Pyrrhum.* Res ad idem redit; vocatur enim Pyrrhus ab aliis Neoptolemus. *Heeren.*

§. 23. Verba *Εἰς δὲ τ. τ. γ. χ. ἐρεῖς* in Prisciani versione non expressa sunt. Iungenda videntur antecedentibus, legendo: *εἴ γε τὴν* etc. *commemorandae regiones, in quibus genus ferarum, de quo loqueris, habitat. Heeren.*

ἡ γλαὺξ τῇ Ἀθηνᾷ. Aliter legit Prisc. qui habet, *ut columba Veneri. Heeren.*

quale spatium temporis vitae. Non satis assequor, cur Lindemannus haec adnotanda censuerit: „Nimirum *temporis*

si oraculum aliquod datum est de ossibus ejus, quomodo de Oreste et Palinuro; si filios habuit laudabiles, quomodo Achilles Pyrrhum. Maximam vero occasio- 23
nem in hujuscemodi orationibus suppeditant *comparationes*, quas pones, in quo loco tempus admoneat. Consimiliter autem muta quoque animalia, quomodo convenit, et a loco, in quo nascuntur, laudantur; a diis, in quorum sunt tutela, ut columba Veneri, equus Neptuno dicitur esse consecratus. Praeterea dices, quomodo pascitur, qualem habeat animum, quale corpus, quid operis, aut quid utilitatis, quale spatium temporis vitae; nec non etiam comparatione et omnibus accidentibus locis uteris. Res autem laudes ab inventoribus, ut venationem Diana invenit et Apollo, et ab his, qui ea usi sunt, ut heroes venationibus utebantur. Maxima autem facultas in hujuscemodi rerum laudationibus datur ex contemplatione eorum, qui eas res affectant, ut venantes fortes, audaces, acuti, integri corporibus. Hic non ignores, quomodo etiam deos debeas laudare. Similiter arbores a loco, in quo gignuntur, et a deo, in cujus sunt tutela, ut oliva Minervae, laurus Apollini; etiam a pastu, quomodo pascuntur, et si multa cura egent, admireris, si sint parva, id quoque laudabis. Dices autem, quomodo de 24
corpore staturam, pulchritudinem, pullulationem, quomodo de mali arbore, et quid utile habeat, in quo maxime morandum. Comparationes autem ubique assumendae. Quin etiam urbium laudes hujuscemodi

---

vitae pro uno verbo, composito, habenda sunt. Exempla hujus formae non sunt pauca." *Kr.*

τολμηροί, ὀξύτεροι τὰς φρένας, dedi pro *ἄτολμοι, ὀξύτεροι τὰς φρένας*, secutus Priscianum, apud quem: *audaces, acuti.* Posset tamen *ἄτολμοι* sic defendi, ut *τὸ α* habeat vim intensivam, ut in *ἄμαχος*; nunquam tamen *ἄτολμος* hoc sensu occurrit. *Heeren.* [Rhetor scripsit *εὔτολμοι*. *G. H. S.*]

ὕμνους κλητέον. De hymnis seu deorum laudationibus, sive soluto sive ligato sermone conscriptis, copiose inprimis agit Menander c. II. etc. *Heeren.*

ἡ ἐλαία τῇ Ἀθηνᾷ. Addit Prisc. *laurus Apollini*. *Heeren.*

μικρᾶς, quod in cod. exciderat, addidi. Prisc. *parva*. *Heeren.*

χαλεπῶς μεταχειρίσαιο. Ἐρεῖς γὰρ καὶ περὶ γένους, ὅτι αὐτόχθονες, καὶ περὶ τροφῆς, ὡς ὑπὸ θεῶν ἐπαιδεύθησαν, καὶ περὶ παιδείας, ὡς ὑπὸ θεῶν ἐπαιδεύθησαν. Ἐξετάσεις δὲ ὡς περὶ ἀνθρώπου, ποταπὴ τοὺς τρόπους ἡ πόλις, ποταπὴ τὴν κατασκευήν; τίσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐχρήσατο; τίνα κατέπραξε;

ΚΕΦ. η.

Περὶ συγκρίσεως.

25 Ἡ σύγκρισις παρείληπται μὲν καὶ ἐν τόπῳ κοινῷ, κατὰ σύγκρισιν ἡμῶν αὐξόντων τὰ ἀδικήματα· παρείληπται καὶ ἐν ἐγκωμίῳ, κατὰ σύγκρισιν ἡμῶν αὐξόντων τὰ χρηστά· παρείληπται καὶ ἐν ψόγῳ, τὴν αὐτὴν παρεχομένη δύναμιν. Ἐπεὶ δὲ οὐ τῶν φαύλων τινὲς καὶ αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἐποίησαν γύμνασμα, μικρὸν περὶ αὐτῆς λεκτέον. Προϊόντες τοίνυν κατὰ τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς τόπους, συγκρίνομεν καὶ πόλιν πόλει, ἀφ' ὧν οἱ ἄνδρες, καὶ γένος γένει, καὶ τροφὴν τροφῇ, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ πράξεις, καὶ τὰ ἐκτὸς,
26 καὶ τρόπους θανάτων, καὶ τὰ μετ' ἐκεῖνα. Ὁμοίως δὲ, εἰ καὶ φυτὰ συγκρίνεις, ἀντεξετάσεις τοὺς προϊστάντας αὐτοῖς θεοὺς, τοὺς τόπους, ἐν οἷς φύεται, τὸ ἥμερον, τὴν χρείαν τῶν καρπῶν καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁμοίως εἰ καὶ πράγματα συγκρίνοις, ἐρεῖς τοὺς πρώτους ἁψαμένους τῶν πραγμάτων, καὶ τοὺς μετιόντας παραθήσεις ἀλλήλοις· εἶτα ποιότητα τοῦ σώματος, ποιότητα τῆς ψυχῆς. Ταυτὸ δέ σοι καὶ περὶ πάντων κείσθω θεώρημα. Ἐνιότε μὲν οὖν κατὰ τὸ ἴσον προάγομεν τὰς συγκρίσεις, ἴσα δεικνύντας ἃ παραβάλλομεν, ἢ διὰ παντὸς ἢ διὰ πλειόνων· ἐνιότε δὲ θάτερον προτίθεμεν, ἐνιότε δὲ τὸ μὲν ψέγομεν ὅλως, τὸ δὲ ἐπαι-

---

§. 24. *qualis sit structura.* Ita Ed. Asc. et Codd. Inepte vulgo: *qualis sit statura*, quam lectionem Lindemannus quoque contra Codicum consensum recepit. Paulo ante idem *dices etiam* pro *dices enim* minus recte admisit. *Kr.*

§. 25. *Περὶ συγκρίσεως.* Excidit hic in fronte capitis definitio comparationis. *Heeren.*

Προϊόντες. In Cod. *πρόσιει.* Ego participium reposui, cum Priscianus interpretatus sit: *procedentes.* In Edd. Ald. Iunt. legitur: *procedens.*

§. 26. *προϊστάντας αὐτοῖς* pro *δόντας τοὺς* dedi e conjectura Heerenii. Priscianus: *praesidentia.* Putsch. *praesentia. Kr.*

locis non difficulter acquires. Dices enim de genere, quod indigenae, et de victu, quod a Diis nutriti, et de eruditione, quomodo a Diis eruditi sunt. Tractes vero, quomodo de homine, qualis sit structura, quibus professionibus est usa, quid gesserit?

CAP. VIII.

De comparatione.

Comparatio est vel similium vel diversorum, vel minorum ad majora, vel majorum ad minora collatio. 25
Ea usi sumus etiam in communi loco, augentes per comparationem crimina. Assumitur tamen etiam in laude et in vituperatione, ejusdem rationis causa, et quoniam tamen doctissimi oratorum ea quoque per se praeexercitatione sunt usi, dicamus etiam de hac.

Procedentes igitur per loca laudationis comparamus et urbem urbi, ex qua sunt viri, et genus generi, et victum victui, et professiones professionibus, et gesta gestis, et ea quae accidunt extrinsecus, et diversos mortis modos, et quae ea sunt consecuta. Similiter si arbores 26
comparare volueris, conferes etiam praesidentia eis numina, et loca, in quibus nascuntur, et fructus et utilitatem et similia. Res quoque si compares, dices, qui primi eas invenerint, et eos conferes; praeterea qualitatem animi et corporis. Idem tibi sit praeceptum in reliquis. Sic enim vel in omnibus vel in plerisque similia ostendimus, quae comparamus. Est autem quando alterutrum praeponimus comparando. Est etiam quando

---

τὴν χρείαν τῶν καρπῶν. Ap. Priscian. *et utilitatem et fructus.* Legi itaque καὶ τὴν χρείαν καὶ τοὺς καρπούς. *Heeren.*

εἶτα ποιότητα. *εἶτα, praeterea*, addidi Prisciani auctoritate. *Heeren.*

προτίθεμεν. Clariora haec sunt in graecis quam ap. Prisc. qui vertit: *Sic enim — comparamus.* in cod. graeco verba haec, *εἶτα — πλειόνων*, margini adscripta erant, eadem tamen manu, qua ipse codex, eaque errore tantum omissa esse quisque videt. *Heeren.*

Est etiam. Est autem Cod. V. et Edd. *Lindemannus. ἔνθα ἀγών.* Verba haec *ἔνθα — δεῖξαι* in versione non expressa sunt. *Heeren.*

νοῦμεν, οἷον εἰ λέγεις σύγκρισιν δικαιοσύνης καὶ πλούτου. Γίνεται δὲ καὶ πρὸς τὸ βέλτιον σύγκρισις· ἔνθα ἀγὼν τὸν ἐλάσσονα ἴσον τῷ κρείττονι δεῖξαι· οἷον εἰ σύγκρισιν λέγοις Ἡρακλέους καὶ Ὀδυσσέως. Ἀπαιτεῖ δὲ τὸ τοιοῦτο βίαιον ῥήτορα καὶ δεινότητα. Δεῖται δὲ καὶ γοργότητος ἡ ἐργασία πανταχοῦ, διὰ τὸ δεῖν ταχείας ποιεῖν τὰς μεταβάσεις.

ΚΕΦ. Θ΄.

Περὶ ἠθοποιΐας.

27 Ἠθοποιΐα ἐστὶν μίμησις ἤθους ὑποκειμένου προσώπου, οἷον τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀνδρομάχη ἐπὶ Ἕκτορι; Προσωποποιΐα δὲ, ὅταν πράγματι περιτιθῶμεν πρόσωπον, ὥσπερ ὁ ἔλεγχος παρὰ Μενάνδρῳ, καὶ ὥσπερ παρὰ τῷ Ἀριστείδῃ ἡ θάλασσα ποιεῖται τοὺς λόγους πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. Ἡ δὲ διαφορὰ δήλη, ἐκεῖ μὲν γὰρ ὄντος προσώπου λόγους πλάττομεν, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ὂν πρόσωπον πλάττομεν. Εἰδωλοποιΐαν δέ φασιν ἐκεῖνο, ὅταν τοῖς τεθνεῶσι λόγους περιάπτομεν, ὥσπερ Ἀριστείδης ἐν τῷ πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων, τοῖς γὰρ ἀμφὶ τὸν Θεμιστοκλέα περιῆψε λόγους. Γίνονται δὲ ἠθοποιΐαι καὶ ὡρισμένων καὶ ἀορίστων προσώπων. Ἀορίστων μὲν, οἷον ποίους ἂν εἴποι λόγους τις πρὸς τοὺς οἰκείους μέλλων ἀποδημεῖν, ὡρισμένων δὲ, οἷον ποίους ἂν εἴποι λόγους Ἀχιλλεὺς πρὸς
28 Δηϊδάμειαν, μέλλων ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξιέναι. Τῶν δὲ ἠθοποιϊῶν αἱ μέν εἰσιν ἁπλαῖ, ὅταν τις αὐτὸς καθ' αὑτὸν ὑποτίθεται λόγους διατιθέμενος· αἱ δὲ διπλαῖ, ὅταν πρὸς ἄλλον. Καθ' ἑαυτὸν μὲν, οἷον τίνας ἂν εἴποι λόγους στρατηγὸς ἀπὸ τῆς νίκης ἀναστρέφων· πρὸς ἄλλους δὲ, οἷον ποίους ἂν εἴποι λόγους στρατηγὸς [πρὸς στρατιὰν] ἀπὸ τῆς

Saepe. Ita Edd. Asc. Lind. Reliquae: *semper. Kr.*

§. 27. *παρὰ Μενάνδρῳ.* Pro exemplo ex Menandro petito habet Priscianus: *ut Cicero patriae et reipublicae in invectivis dat verba.* Menander hic quis fuerit, incertum est. Commemorat quidem Menander Rhetor de Encomiis p. 51., sese aliquando finxisse τὸν λόγον Iovis fratrem; sed Menandri hujus aetas post Hermogenis tempora rejicienda videtur. cf. *Comment. nostram opusculo ejus praefixam* p. 21. Intelligenda itaque potius videntur haec de Menandro poëta: nisi alius forte rhetor hujus nominis inclaruerit. *Heeren.*

uti potuisset pro *uti potuit* recepi ex Edd. Asc. Putsch. Lind. *Kr.*

alterutrum vituperantes, alterutrum laudamus, ut si comparemus justitiam et divitias. Fit autem comparatio etiam ad melius, ut si laudas Ulixem, comparem illum Herculi, minorem similem majori virtutibus volens ostendere. Exigit autem hujuscemodi locus fortem oratorem, et callidum, et celerem, ut agiles possit saepe facere transitiones.

CAP. IX.

De allocutione.

Allocutio est imitatio sermonis ad mores et suppositas personas adcommodata, ut, quibus verbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo. Conformatio vero, quam Graeci *προσωποποιΐαν* nominant, est, quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriae et reipublicae in Invectivis dat verba. 27

Est praeterea simulacri fictio, quam Graeci *εἰδωλοποιΐαν* dicunt, quando mortuis verba dantur, quod facit Cicero pro Coelio, verba dans Appio Coeco contra Clodiam. Fiunt autem allocutiones et finitarum personarum et infinitarum. Infinitarum, ut, quibus verbis uti potuisset ad suos aliquis profecturus a patria. Finitarum vero, ut, quibus uti potuisset verbis Achilles ad Deidamiam profecturus ad bellum Trojanum. Allocutionum vero quaedam sunt simplices, quando 28
supponitur aliquis ipse per se loquens; quaedam duplices, quando ad alios loquitur. Per se quidem, ut, quibus verbis uti potuisset Scipio post victoriam ad exercitum.

ὥσπερ παρὰ τῷ Ἀριστείδῃ. Quae jam sequuntur inde a *καὶ ὥσπερ — πλάττομεν*, desiderantur in versione. Locus Aristidis, ad quem respicit, exstat in *Panathen.* Op. I. p. 98. ed. Iebb. *Heeren.*

ὑπὲρ τῶν τεττάρων. Nempe in oratione pro quatuorviris, Miltiade, Themistocle, Pericle, Cimone, Op. II. p. 116. — Priscianus, hoc exemplo omisso, laudat aliud ex Cic. orat. pro Coelio Op. V. p. 477. *Heeren.*

§. 28. *ὑποτίθεται, supponitur*, dedi pro *ὑποκείμενηται.* *Heeren.* Verba *πρὸς στρατιάν* addidi ex versione, quae habet *ad exercitum.* Pro imperatore Priscianus vocat Scipionem. *Heeren.*

νίκης ἀναστρέφων. Πανταχοῦ δὲ σώσεις τὸ οἰκεῖον πρέπον τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις τε καὶ καιροῖς. Ἄλλος μὲν γὰρ νέου λόγος, ἄλλος πρεσβύτου· ἄλλος δὲ γεγηθότος, ἄλλος ἀνιωμένου. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἠθικαὶ, αἱ δὲ παθητικαὶ, αἱ δὲ μικταί. Ἠθικαὶ μὲν, ἐν αἷς ἐπικρατεῖ ὅλον τὸ ἦθος — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — —
οἷον τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀνδρομάχη ἐπὶ Ἕκτορι. Μικταὶ δὲ αἱ σύνοδον ἔχουσαι ἤθους καὶ πάθους· οἷον τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀχιλλεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ. Καὶ γὰρ τὸ πάθος διὰ τὴν τοῦ Πατρόκλου σφαγὴν, καὶ τὸ ἦθος ἐν ᾧ περὶ πολέμου βουλεύεται. Ἡ δὲ ἐργασία κατὰ τοὺς τρεῖς χρόνους πρόεισι. Καὶ ἄρξῃ τε ἀπὸ τῶν παρόντων, ὅτι χαλεπά· εἶτα ἀναδρομὴ πρὸς τὰ πρότερα, ὅτι πολλῆς εὐδαιμονίας μετέχοντα· εἶτα ἐπὶ τὰ μέλλοντα μετάβηθι, ὅτι πολλῷ δεινότερα τὰ καταληψόμενα. Ἔστω δὲ καὶ σχήματα καὶ λέξεις πρόσφοροι τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις.

ΚΕΦ. Ι.

Περὶ ἐκφράσεως.

29 Ἔκφρασίς ἐστι λόγος περιηγηματικὸς, ἐνεργὴς, ὥς φασι, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγων τὸ δηλούμενον. Γίνονται δὲ ἐκφράσεις τε καὶ προσώπων καὶ πραγμάτων καὶ καιρῶν καὶ τόπων καὶ χρόνων καὶ πολλῶν ἑτέρων. Προσώπων μὲν, ὡς παρ' Ὁμήρῳ·

Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα.

Πραγμάτων δὲ, οἷον ἐκφράσεις πεζομαχίας καὶ ναυμαχίας· καιρῶν δὲ, οἷον εἰρήνης, πολέμου· τόπων δὲ, οἷον λιμένων, αἰγιαλῶν, πόλεων· χρόνων δὲ, οἷον ἔαρος, θέρους, ἑορτῆς. Γένοιτο δέ τις μικτὴ ἔκφρασις, ὡς παρὰ Θουκυδίδει ἡ νυκτομαχία· ἡ μὲν γὰρ νὺξ καιρός τις, ἡ δὲ μάχη πρᾶξις. Ἐπιχειρήσομεν δὲ τὰ μὲν πράγματα ἐκφράζοντες

ὅλον τὸ ἦθος. Exemplum, quod sequitur, non ad *τὸ ἦθος,* sed ad *τὸ πάθος* pertinet, ac, cum prius desideretur, patet, mancam hic esse orationem, quod docet quoque Priscianus, apud quem: *Morales sunt* etc. *Heeren.*

ὅτι χαλεπά. Rationes, quae hic de praesenti et mox de praeterito et futuro tempore adducuntur, desiderantur in versione Prisciani. *Heeren.*

§. 29. *παρ' Ὁμήρῳ.* Il. *β.* 217. de Thersite. Pro eo Priscia-

Ubique autem est servanda proprietas et personarum et temporum. Alia sunt enim verba juvenis, alia senis, alia gaudentis, alia dolentis. Sunt autem quaedam allocutiones passionales, quaedam morales, quaedam mixtae. Morales sunt, in quibus obtinent mores, ut, quibus verbis uti potuisset rusticus, cum primum aspexit natum. Passionales vero, in quibus passio, id est commiseratio perpetua inducitur, ut, quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo viro. Mixtae vero, quae utrumque habent, ut, quibus verbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo. Habet enim et passionem funeris amici, et morem de bello cogitantis. Sed operatio procedit per tria tempora, et incipit a praesentibus, recurrit ad praeterita et transit ad futura. Habeat autem stilum suppositis aptum personis.

CAP. X.

De descriptione.

Descriptio est oratio colligens et praesentans ocu- 29
lis, quod demonstrat. Fiunt autem descriptiones tam personarum, quam rerum et temporum, et status, et locorum, et multorum aliorum. Personarum quidem, ut apud Virgilium:

Virginis os habitumque gerens, et virginis arma
Spartanae.

Rerum vero, ut pedestris proelii vel navalis pugnae descriptio: temporum autem, ut veris, aestatis: status, ut pacis, vel belli: locorum, ut litoris, campi, montium, urbium. Potest autem et commixta esse demonstratio, ut, si quis describat pugnam nocturnam, simul et rem et tempus demonstrat. Conemur igitur res quidem describere ab ante factis, et

---

nus petit exemplum ex Virg. Aen. I, 316. de Venere. *Heeren.*

Virginis os. Recepi vocem *Virginis* ex Edd. Asc. Lind. *Kr.*

ἑορτῆς non expressum est in versione. *Heeren.*

νυκτομαχία. Plataeensium nempe contra Peloponnesios. cf. Thucyd. III, 20. Priscian Thucydidis nomine omisso habet: *si quis pugnam nocturnam* etc. *Heeren.*

τοὺς φόβους rescripsi pro τοὺς φόνους, qui ab apparatu belli alieni sunt. Prisc. *timores. Heeren.*

Conemur dedi ex edd. Asc. Lind. Reliquae: *convenit. Kr.*

ἀπὸ τῶν γεγονότων, καὶ ἐν αὐτοῖς γινομένων· οἷον εἰ πολέμου ἐροῦμεν, τὰς στρατουργίας, τὰ ἀναλώματα, τοὺς φόβους, εἶτα τὰς συμβολὰς, τὰς σφαγὰς, τοὺς θανάτους, εἶτα τὸ τρόπαιον, εἶτα τοὺς παιᾶνας τῶν νενικηκότων, τῶν δὲ
30 [ἡττωμένων] τὰ δάκρυα, τὴν δουλείαν. Ἐὰν δὲ τόπους ἐκφράζωμεν, ἢ χρόνους, ἢ πρόσωπα, ἕξομέν τινα καὶ ἐκ τῆς διηγήσεως, ἐκ τοῦ καλοῦ, ἢ χρησίμου, ἢ παραδόξου, λόγον. Ἀρεταὶ δὲ ἐκφράσεως μάλιστα μὲν σαφήνεια καὶ ἐνέργεια. Δεῖ γὰρ τὴν ἑρμηνείαν διὰ τῆς ἀκοῆς σχεδὸν τὴν ὄψιν μηχανᾶσθαι. Ἔτι μέντοι συνεξομοιοῦσθαι τὰ τῆς φράσεως ὀφείλει τοῖς πράγμασιν· ἂν ἀνθηρὸν τὸ πρᾶγμα, ἔστω καὶ ἡ λέξις τοιαύτη· ἂν αὐχμηρὸν τὸ πρᾶγμα, ἔστω καὶ ἡ λέξις παραπλησία. Ἰστέον δὲ, ὅτι τῶν ἀκριβεστέρων τινὲς οὐκ ἔθησαν τὴν ἔκφρασιν εἰς γυμνάσματα, ὡς προειλημμένην καὶ ἐν μύθῳ καὶ ἐν διηγήματι, καὶ ἐν τόπῳ κοινῷ καὶ ἐν ἐγκωμίῳ. Καὶ γὰρ ἐκεῖ φασιν ἐκφράζομεν καὶ τόπους καὶ ποταμοὺς καὶ πράγματα καὶ πρόσωπα. Ἀλλ' ὅμως, ἐπειδή τινες οὐ φαῦλοι καὶ ταύτην ἐγκατηρίθμησαν τοῖς γυμνάσμασιν, ἠκολουθήσαμεν καὶ ἡμεῖς, ῥᾳθυμίας ἔγκλημα φεύγοντες.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ θέσεως.

31 Ὑπὲρ θέσεως ὅρον δεδώκασι τῷ τὴν θέσιν εἶναι ἐπίσκεψιν λογικὴν πράγματός τινος θεωρουμένου, ἀμοιροῦσαν πάσης ἰδικῆς περιστάσεως. Ἔοικε ἡ θέσις καθολικῆς συμβουλῆς τόπον ἐπέχειν, οὐ πρός τι πρόσωπον ὑποκείμενον, ἀλλ' ἁπλῶς κοινῶς πρὸς ὁτιοῦν κατ' ἀναθεώρησιν μόνων τῶν προσόντων τῷ πράγματι [λαμβάνουσα]. Ὅταν γὰρ ἐξετάσωμεν, εἰ γαμητέον, οὐχ οὕτω δεῖ προσθέντας λέγειν, οἷον Περικλεῖ ἢ Ἀλκιβιάδῃ, ἢ ἐπὶ τοῖσδε τοῖς συμβεβηκό-

---

ἡττωμένων, *fugatorum*, [potius *victorum* sive *eorum, qui victi sunt. Kr.*] quod exciderat, de meo addidi. *Heeren.*

§. 30. ἐὰν δὲ τόπους. Pro τόπους male legebatur χρόνους, quod statim sequitur. Legendum esse τόπους, docet Prisc. qui habet: *loca, tempora, personas. Heeren.*

praesentiam facere. Auctoritate Edd. Asc. Lind. omisi *vel* ante *praesentiam. Kr.*

Verba καὶ ἐν τόπῳ κοινῷ καὶ ἐν ἐγκωμίῳ neglecta sunt a Prisc. *Heeren.*

quae in ipsis eveniunt, vel aguntur, ut, si belli dicamus descriptionem, primum quidem ante bellum debemus dicere, delectus habitos, sumptus paratos, timores, qui fuerunt: hinc congressus, caedes, mortes, victorias, laudes victorum, illorum vero, qui victi sunt, lacrimas, servitutem. Sin vero loca vel tempora 30
vel personas describamus, habebimus aliquam etiam narrationem, de qua supra docuimus, et a bono vel utili vel laudabili rationem. Virtus autem descriptionis maxime planities et praesentia vel significantia est. Oportet enim elocutionem pene per aures oculis praesentiam facere ipsius rei et exaequare dignitati rerum stilum elocutionis. Si clara res est, sit et oratio similis: sin summissa, huic quoque aptetur qualitas verborum. Sciendum autem, quod quidam non posuerunt descriptionem in praeexercitamentis, quasi praeoccupatam et in fabula et narratione. In illis enim quoque describimus et loca et fluvios et personas et res. Sed quoniam quidam eloquentissimorum eam quoque tradidere inter praeexercitationes, non incongruum est, eos imitari.

CAP. XI.

De positione.

Positio est deliberatio alicujus rei generalis ad nul- 31
lam personam certam pertinens, vel aliquam partem circumstantiae, ut, si tractemus: an navigandum, an ducendum uxorem, an philosophandum; non addentes cui, sed ipsam rem per se et per accidentia ejus requirentes, ut: an illa res sit facienda, quam facientibus

---

aptetur recepi ex ed. Lindem. pro *aptabitur*, quod reliquae edd. habent. *Kr.*

§. 31. *λογικὴν* in cod. suppletum est a recentiori manu. Priscianus omnem hunc locum arctius contractum ita vertit: *Positio est* rel. Omissa itaque ab eo sunt prima verba usque ad *περιστάσεως*. *Heeren.*

λαμβάνουσα, quod redundat, e textu ejiciendum videtur. *Heeren.*

σιν, ἢ ταύτην ἔχοντι τὴν ἡλικίαν, ἢ τοιαύτῃ κεχρημένῳ τύχῃ, ἀλλ' ἁπλῶς, ταῦτα πάντ' ἀφελόντες, τὸ πρᾶγμα ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρήσομεν, τῶν προσόντων αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν ποιούμενοι, οἷον εἰ ποιητέον ὁτιοῦν διὰ τὸ τοιάδε εἶναι τὰ ἀποβαίνοντα τοῖς μετιοῦσι; ὡς ἐὰν πρόσωπον ὡρισμένον λάβοιμεν καὶ περίστασίν τινα, καὶ οὕτως τὴν διέξοδον τῶν λόγων ποιώμεθα, οὐ θέσις ἔσται, ἀλλ' ὑπόθεσις.

32 Τῶν δὲ θέσεων αἱ μὲν πολιτικαὶ, αἱ δὲ οὔ. Καὶ πολιτικαὶ μὲν αἱ ὑποπεπτωκυῖαι ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις, οἷον, εἰ ῥητορευτέον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὐ πολιτικαὶ δὲ, ὅσαι οἰκείας τινὸς ἐπιστήμης, καὶ προσήκουσαι τοῖς περὶ αὐτὰς ἀναστρεφομένοις· οἷον εἰ σφαιροειδὴς ὁ κόσμος, εἰ πολλοὶ κόσμοι, εἰ ὁ ἥλιος πῦρ; Αἵδε μὲν οὖν φιλοσόφοις ἁρμόζουσιν. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τοὺς ῥήτορας γυμναστέον. Ὠνόμασαν δέ τινες ταύτας μὲν πραγματικὰς, ἐκείνας δὲ θεωρητικάς. Ταύτας μὲν οὖν ἐνδέχεται καὶ πραχθῆναι, ἐκείνων δὲ τέλος ἡ θεωρία. Διαφέρει δὲ τόπου ἡ θέσις, ὅτι ὁ μὲν τόπος ἐστὶν ὁμολογουμένου πράγματος αὔξησις,
33 ἡ δὲ θέσις ἀμφισβητημένου πράγματος ζήτησις. Τῶν δὲ θέσεων αἱ μὲν ἁπλαῖ, αἱ δὲ κατὰ τὸ πρός τι λαμβάνονται, αἱ δὲ διπλαῖ νομίζονται. Ἐὰν γὰρ λέγωμεν, εἰ γαμητέον, ἁπλῆ, ἐὰν δὲ λέγωμεν, εἰ ἀθλητέον μᾶλλον ἢ γεωργητέον, διπλῆ. Δεῖ γὰρ τοῦ μὲν ἀποτρέπειν — — — — — — Διαιροῦνται δὲ αἱ θέσεις τοῖς τελικοῖς λεγομένοις κεφαλαίοις, τῷ συμφέροντι, τῷ δικαίῳ, τῷ δυνατῷ, τῷ πρέποντι· οἷον, ὅτι δίκαιον γαμεῖν, καὶ τὸν αὐτὸν ἔρανον εἰςφέρειν τῷ βίῳ· ὅτι συμφέρον, πολλὰ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὰ παραμύθια· ὅτι δυνατὸν — — — — — ὅτι πρέπον, τῷ μὴ θηριωδῶς δοκεῖν δοκεῖσθαι· οὕτω κατασκευάσεις. Ἀνατρέψεις δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων, λύσεις δὲ καὶ τὰς εὑρισκομένας ἀντιθέσεις. Ἐπὶ δὲ τελευτῆς αἱ προτροπαὶ, καὶ τὰ κοινὰ ἔθη πάντων ἀνθρώπων.

ποιούμενοι rescripsi pro *ποιούμενος*. Priscianus contracte: *ut si tractemus* rel. *Heeren.*

§. 33. *luctatione exercendum — luctatione exercendum an agricultura* reposui ex ed. Asc. pro: *luctationem exerc. — luctationem exercendum an agriculturam. Kr.*

εἰ γαμητέον. Habet Prisc. *an luctationem exercendam* [scribendum: — *dum. Kr.*]. legit itaque hic, ut in proximis, *εἰ*

solet illud et illud accidere. Quod si finitam assumamus personam, et sic deliberemus, non positio jam, sed suppositio est, quae magis ad controversias pertinet.

Sunt igitur positionum aliae civiles, aliae privatae. 32
Civiles quidem, quae communibus et ad civitatem pertinentibus subjacent opinionibus, ut: an rhetoricae dandum studium, et his similia. Non civiles vero vel privatae, quae sunt propriae aliquarum disciplinarum et eas profitentium, ut: an pilae formam habeat mundus, an multi sint mundi, an ignis sit sol. Hae enim quaestiones ad philosophos pertinent. Nam oratores in aliis sunt exercendi. Nominaverunt autem quidam has activas, illas autem inspectivas, sive intellectivas. Hae enim possunt agi, illarum autem finis est inspectio, sive intellectus. Est autem inter locum communem et positionem hoc, quod locus communis convictae et manifestae rei est exaggeratio, positio autem dubiae rei quaestio. Positionum autem aliae sunt simplices, aliae 33
ad aliquid comparantur, et duplices videntur esse. Si enim dicamus: an luctatione exercendum, simplex positio est; sin autem: luctatione exercendum, an agricultura, duplex. Oportet enim ab altero dehortari in alterum hortantem. Dividuntur autem positiones capitulis, quae finalia nominantur, id est justo, utili, possibili, decente. Ut: iustum est ducere uxorem, et, quod a parentibus accepimus, reddere vitae. Quod prodest: Multa enim ex nuptiis accidunt solatia. Quod possibile: A similibus enim facile possumus ducere. Quod decet, non more ferarum degere. Refutes autem ex contrariis. Nec non etiam incidentes objectiones reprobes. In peroratione vero hortationibus uteris et communibus omnium moribus hominum.

ἀθλητίον, atque sic rescribendum esse, vix dubitaveris. *Heeren.*

ἀποτρέπειν. Excidisse hic videntur verba: πρός τ' ἄλλον προςτρέποντα. Prisc. *Oportet — ad alterum hortantem. Heeren.*

εἰςφέρειν τῷ βίῳ. Prole scilicet procreanda. *Heeren.*

ὅτι δυνατόν. Post τὸ δυνατόν desideratur ratio. *Heeren.*

Quod decet, non. Ita dedi ex ed. Asc. pro: *quod non decet*, quam lectionem falsam tuentur Edd. ceterae omnes. *Kr.*

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ νόμου εἰσφορᾶς.

34 Καὶ τὴν τοῦ νόμου εἰσφορὰν τάττουσί τινες ἐν γυμνάσμασιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν πραγματικῇ νόμων θέσεως καὶ κατηγορίαι ἐμπίπτουσαι ποιοῦσι ζήτησιν, διαφορὰν ἐκείνου φασίν. Ἐν μὲν γὰρ πραγματικῇ περίστασίς ἐστιν, ἐν γυμνάσματι δὲ οὐκ ἔστιν. Οἷον ἐν σπάνει χρημάτων γράφει τις ὠνητὰς εἶναι τὰς ἀρχάς· οὐκοῦν ἔχει τὸν καιρὸν, τὴν σπάνιν. Ἐν γυμνάσματι δὲ τοῦτο οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἁπλῶς γράφει τις, ὠνητὰς εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἄνευ καιροῦ καὶ τῆς ἄλλης περιστάσεως. Διαιρεῖται δὲ τῷ σαφεῖ, τῷ δικαίῳ, τῷ νομίμῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ δυνατῷ, τῷ πρέποντι. Τῷ μὲν σαφεῖ, ὡς παρὰ τῷ Δημοσθένει· Ἀλλὰ πᾶσίν ἐστι ταῦτα γνῶναι καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια. Τῷ νομίμῳ δὲ, ὅταν λέγωμεν, — — — — — — ὅτι καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον βλάπτει. Τῷ δυνατῷ δὲ, ὅταν λέγωμεν, ὅτι οὐδὲ δύναται γίνεσθαι. Τῷ πρέποντι δὲ, ὅταν λέγωμεν, ὡς δόξαν βλάπτει.

---

§. 34. *διαφορὰν — φασίν.* Differentiam ponunt inter orationes confictas et veras, ad leges ferendas compositas, quod illae infinitae, hae finitae sint circumstantiis. Rationem tamen hujus discriminis non satis assequor, possunt enim in oratione quoque conficta poni circumstantiae. *Heeren.*

Verba *οἷον — σπάνιν* non expressit Priscianus. *Heeren.*

παρὰ τῷ Δημοσθένει. Verba haec Demosthenis in orationibus ejus frustra quaesivi. Omnino autem ea, quae jam sequuntur, tum mutilata tum corrupta sunt, quod praeter Prisciani versionem ipsa rei ratio docet; desiderantur enim

CAP. XII.

De legislatione.

Legis quoque lationem in praeexercitationibus ponunt, quoniam etiam in negotiali et in lationibus legum et accusationibus utuntur quaestione. Differentiam autem hanc esse dicunt, quod in negotiali circumstantia est; in praeexercitatione vero non est; ut: fert aliquis vendendos esse honores, sine tempore et siue reliquis circumstantiae partibus. Dividitur autem manifesto, legitimo, justo, utili, possibili, decente. Manifesto, ut apud Demosthenem est: *Facile est id hominibus discere et cognoscere, simplicia et manifesta esse jura legum.* Legitimo, si dicamus: *quod contra veteres leges.* Iusto, quando dicimus: *quod et contra naturam et contra mores.* Utili, quando dicimus: *quod et nunc et in futurum laedit.* Possibili, quando dicimus: *quod neque potest fieri.* Decente, quando dicimus: *quod inglorium est.* 34

---

exempla de utili et justo; praeterea pro τὰ δίκαια legendum duco τῷ δικαίῳ hoc modo. *Τῷ μὲν σαφεῖ — καὶ σαφῆ. Τῷ δὲ δικαίῳ* — — (addendum hic est exemplum ex Prisciano: *quod et contra — mores.*) *Τῷ νομίμῳ δὲ* — — (Iterum hic ex Prisciano supplendum est: *quod — veteres.* Exemplum enim, quod sequitur, non ad legale, sed ad utile pertinet. Pergendum itaque:) *Τῷ δὲ συμφέροντι, ὅταν λέγωμεν — βλάπτει.* Reliqua expedita sunt; *γίνεσθαι* enim rescripsi pro *λέγειν* ex Prisc. qui habet: *quod neque potest fieri. Heeren.*

PRISCIANI GRAMMATICI
DE DECLINATIONE NOMINUM
LIBER.

PRISCIANI GRAMMATICI

DE DECLINATIONE NOMINUM

LIBER.

1 Omnia nomina, quibus Latina utitur eloquentia, quin-
1 que declinationibus inflectuntur, quae ordinem acce-
perunt ab ordine vocalium formantium genitivos.
Prima igitur declinatio est, cujus genitivus singularis
in *ae* diphthongum desinit, ut *hic poeta hujus poetae.*
Secunda declinatio est, cujus genitivus singularis in *i*
productam desinit, ut *hic doctus hujus docti.* Tertia
in *is* brevem, ut *hic pater hujus patris.* Quarta in
us productam, ut *hic senatus hujus senatus.* Quinta in
ei divisas syllabas, ut *hic meridies hujus meridiei.*
2 Habet ergo primae declinationis nominativus literas
terminales duas a et s. Terminationes vero tres, a as
es productas, ut *haec syllaba hujus syllabae*, *hic Aeneas*
hujus Aeneae, *hic Anchises hujus Anchisae.* In *a* desinen-
tia, seu Graeca sint seu Latina, masculina vel foeminina
vel communia primae declinationis sunt, ut *hic cithari-*
sta hujus citharistae, *hic scriba hujus scribae*, *haec Callio-*
pea hujus Calliopeae, *haec regina hujus reginae*, *hic* et *haec*
advena hujus advenae. Excipiuntur novem mobilia no-
mina, *una*, *ulla*, *nulla*, *sola*, *tota*, *alia*, *utra*, *neutra*,
altera, quae declinationem pronominum habent in
ius terminantium genitivum, quomodo ea, quae com-
3 posita sunt, ut *aliqua*, *nequa*, *siqua.* Neutra vero in
a Graeca tertiae sunt declinationis: genitivus enim
Graecus τος in *tis* convertit apud nos, ut *hoc poema*
hujus poematis, *hoc emblema hujus emblematis*, *hoc*
toreuma hujus toreumatis. Literarum vero nomina
indeclinabilia sunt, tam apud Graecos, quam apud
Latinos, et neutra, ut *alpha*, *beta*, *a*, *b.* In *as* vel in
es Graeca, quae apud Graecos in *ου* diphthongum

terminant genitivum, sunt primae declinationis, ut *Anchises hujus Anchisae*, Ἀγχίσης Ἀγχίσου, *hic Lysias hujus Lysiae*, Λυσίας Λυσίου, *hic Aeneas hujus Aeneae*, Αἰνείας Αἰνείου, *hic Priamides hujus Priamidae*, Πριαμίδης Πριαμίδου. Sciendum est autem, quod, si patronymicorum formae inveniantur propria nomina, secundum tertiam magis veteres declinationem proferunt, ut *hic Thucydides hujus Thucydidis*, *hic Euripides hujus Euripidis*. Similiter proferunt barbara no- 4
mina ejusdem terminationis, ut *Tigranes hujus Tigranis*, *hic Mithridates hujus Mithridatis*, *hic Ariobazanes hujus Ariobazanis*. Et in aliis tamen quibusdam Graecis auctoritate idem fecisse inveniuntur, ut *hic Orontes hujus Orontis*. Secunda declinatio habet tres terminales literas, *r s m*: terminationes vero sex, *er ir ur us eus um*, ut *sacer sacri*, *vir viri*, *satur saturi*, *magnus magni*, *Tydeus Tydei*, *templum templi*. In *er* 5
desinentia si a Graecis sint, ρος in *er* convertitur apud nos, et quae ex se faciunt foeminina in *a* desinentia, et quae *s* et *t* ante *er* habent, nisi sint possessiva, secundae declinationis sunt, ut *hic Alexander Alexandri*, *hic tener hujus teneri*, *hic sacer hujus sacri*, (faciunt enim *tenera*, *sacra*,) *hic oleaster hujus oleastri*, *hic apiaster hujus apiastri*. Excipitur *hic sequester sequestris*, quod quamvis tertiae declinationis sit, tamen foemininum in *a* facit, *haec sequestra*, quamquam vetustissimi declinationis secundae rationabilius hoc protulerunt, *hic sequester hujus sequestri*. Alia vero omnia, exceptis supradictis, in *er* desinentia 6
tertiae sunt declinationis, ut *hic pater hujus patris*, *haec mulier hujus mulieris*, *hic* et *haec pauper hujus pauperis*, *hoc tuber hujus tuberis*. Excipiuntur *puer pueri*, *socer soceri*, *gener generi*, *fiber fibri*, *cancer cancri*, *liber libri*, *culter cultri*. In *ir* duo inveniuntur masculina secundae declinationis, ut *hic Trevir hujus Treviri*, quod est generale, et *hic vir hujus viri*, et ex eo composita nomina, *duumvir*, *triumvir*, *semivir*, *levir*. Praeterea neutra duo inveniuntur in *ir*; unum tertiae declinationis, ut *hoc Gadir hujus Gadiris*, nomen civitatis, et hoc *ir*, quod Graeci θέναρ dicunt, indeclinabile. In *ur* vero unum invenitur, cujus foemininum in *a* desinit, secundae declinationis, ut *hic satur saturi*. Alia vero omnia sunt ter- 7

tiae declinationis, ut *hic furfur hujus furfuris*, *τὰ πί-
τυρα*, *hic* et *haec fur hujus furis*, *φὼρ φωρὸς*, hoc *sul-
fur ris*, quod Graece *θεῖον ἄπυρον* dicitur. In *us*
correpta desinentia, *s* vel *t* vel *x* antecedentibus, si
sint rerum incorporalium vocabula, masculina sunt
et quartae declinationis, ut *hic risus hujus risûs*, *hic
visus hujus visus*, *hic versus hujus versus*, *tumultus tus*,
metus tus, *motus tus*, *sexus*, *luxus*. Similiter sunt
quartae declinationis, et quae ex his componuntur,
ut *hic senatus* (a *senibus* et *natu*) *hujus senatus*, *hic
magistratus hujus magistratus*, *hic exercitus hujus exer-
citus*, et quae cognominatim ex his prolatis fixa sunt,
ut *hic magistratus*, *πρυτανεῖον καὶ πρυτανεὺς*, *hujus
magistratus*, *hic exercitus*, *στρατὸς καὶ στρατόπεδον*, *hu-
jus exercitus*, *hic saltus*, *ἄλσος*, *πήδημα*, *hujus saltus*.
8 Ejusdem praeterea quartae declinationis quaedam sunt,
quae cum sint fixa, in *tus* desinunt, aliqua praece-
dente consonante in eadem syllaba ante *t* posita, ut
hic fluctus ctus, *quaestus quaestus*, *hic rictus hujus
rictus*. Excipitur *lectus*, *ἀναγνωσμένος*, *hujus lecti*, nam
mustus facit *musta*. Similiter sunt quartae declinatio-
nis, quae per syncopam a supradictis incorporalibus
proferuntur, ut *portatus portus*, *certatus certus*, *artatus
artus* et *arcitus* a verbo *arceo*, *arcus*, *laqueatus lacus*,
vultus quoque ipsa res esse videtur a verbo *volo*, quo-
9 modo *cultus* a *colo*. Alia vero omnia supradictae ter-
minationis masculina sunt secundae declinationis, ut
bonus boni, *Homerus Homeri*, *ventus venti;* quamvis
videatur hoc quoque esse simile incorporali, quod a
venio verbo nascitur, ex quo compositum est *adven-
tus*, *sanctus sancti*, *somnus ni*. Excipiuntur *gradus*,
sinus, *currus*, *ficus*, quod est vitium corporis, et *toni-
trus* et *cornus*, quae etiam neutra sunt in *u* desinen-
tia, et unum tertiae declinationis, ut *hic lepus leporis*.
Nam *penus* et *specus* tam masculini, quam foemi-
nini et neutri generis inveniuntur, et secundae et
tertiae et quartae declinationis, ut *hic penus hujus
peni*, et *hoc penum peni*, et *hoc penus hujus penoris*,
10 et *haec penus penus nui*, et *hoc penu hujus penu*. Si-
militer *hic specus hujus speci*, *haec specus hujus speci*,
et *hoc specus hujus specoris*, et *hoc specum hujus
speci*, et *hoc specu hujus specu*. In *us* correptam desi-
nentia foeminina, si sunt propria vel appellativa, aut

Graeca in ος apud Graecos desinentia, vel arborum nomina secundae declinationis, ut *haec Tyrus hujus Tyri*, *arctus arcti*, *Cyprus pri*, *pirus ri*, *cupressus si*, *pilus li*, *arbutus*, *alnus*. Excipiuntur quinque, quae tam secundae quam quartae inveniuntur declinationis, ut *quercus*, *pinus*, *cornus*, *ficus*, *laurus*, et unum tertiae, ut *Venus Veneris*. Alia vero omnia nomina 11
in *us* correptam desinentia foeminina quartae sunt declinationis, ut *haec manus hujus nus*, *nurus*, *socrus*, *porticus*, *anus*. Excipiuntur *alvus alvi*, *humus humi*, et *haec domus domi* vel *domus*, et *colus coli* vel *colus*. Neutra in *us* desinentia, seu producta, seu correpta, tertiae sunt declinationis, et in *ris* terminant genitivum, ut *ius iuris*, *plus pluris*, *munus muneris*, *pondus ponderis*, *corpus corporis*, *pectus pectoris*, *majus*, *minus*. Excipiuntur *hoc pelagus gi*, quod Graecum 12
est, et *hoc vulgus gi*, quod et masculinum est, et *hoc virus ri*, et hoc *pus* indeclinabile. In *us* correpta communia duo inveniuntur tertiae declinationis, ut *hic et haec et hoc vetus veteris*, *Ligus Liguris*, quod est gentile, et duo monosyllaba, quae producuntur in nominativo, ut *hic et haec sus suis*, *grus gruis*: nam *mus muris* epicoenum est, et a Graeco μῦς; et υ mutatur in *u* longam. Nullum enim masculinum in *us* productam desinit. Graeca igitur in *us* productam 13
desinentia si apud Graecos in δος finiunt genitivum, apud Latinos *dos* in *dis* convertitur per eundem casum, ut ὁ Οἰδίπους Οἰδίποδος, *hic Oedipus hujus Oedipodis*, ὁ Μελάμπους Μελάμποδος, *hic Melampus hujus Melampodis*. Latina vero, quae in supradicta syllaba in *us* productam desinunt, sine dubio foeminina sunt et tertiae declinationis, ut *haec servitus servitutis*, *senectus senectutis*, *iuventus iuventutis*, *tellus*, *salus*, *palus*. Sed de eorum et aliorum nominum ultimis et penultimis syllabis genitivorum latius in libro de nomine docuimus. In *um* desinentia omnia sunt se- 14
cundae declinationis, ut *hoc templum hujus templi*, *Palladium Palladii*. In *eus* desinentia Graeca sunt et secundae declinationis, ut *hic Tydeus Tydei*, *Oileus Oilei*, *Orpheus Orphei*. Tertia declinatio habet termi- 15
nales literas decem, *a e o c l n r s t x*, ut *hoc toreuma tis*, *hoc monile lis*, *hic et haec virgo nis*, *hoc lac*, *hic sal*, *hoc nomen*, *hic orator*, *haec civitas*, *hoc caput*, *hic et*

haec et hoc felix. In *a* neutra, et in *e* correptam, et in *o*, tertiae sunt declinationis, ut *hoc toreuma tis, sedile lis, monile lis, hic Cato, haec virgo, hic et haec*
16 *homo.* Excipitur *hoc cepe*, quod aptotum est, et tamen dicitur *haec cepa cepe.* In *c*, vel in *l*, vel *n*, vel *t*, vel *x* desinentia omnia sunt tertiae declinationis, ut *halec halecis (piscis), hic consul, Titan, hoc sinciput sincipitis, hic et haec et hoc fallax.* In *r* desinentia, si non sint declinationis secundae, ut superius docuimus, sine dubio sunt tertiae, ut *hoc bostar hujus bostaris, hic agger hujus aggeris, languor languoris, haec soror sororis, hic et haec memor memo-*
17 *ris, felicior, melior, hoc laquear laquearis.* In *es* vero desinentia quintae declinationis inveniuntur, per antecedentes igitur vocales ea discernimus. In *as* vero desinentia Latina quidem tertiae sunt declinationis: Graeca vero sunt, quae in ος terminant genitivum apud Graecos, ut *Maecenâs hujus Maecenatis, Arpinâs atis, pietas hujus pietatis, hic Atlas hujus Atlan-*
18 *tis, haec Pallas hujus Palladis.* In *es* correptam vero tertiae sunt declinationis, ut *miles, seges, hic et haec et hoc teres tis.* In *es* productam desinentia quidem, quae genitivum Graecum in ους vel εος terminant, tertiae sunt declinationis, ut ὁ Ἑρμογένης τοῦ Ἑρμογένους, *hic Hermogenes hujus nis,* Ἐτεόκλης Ἐτεόκλεος, *hic Eteocles clis.* Latina vero, si ante *es i* habuerint, quintae sunt declinationis, ut *facies faciei, series riei, dies diei.* Excipiuntur *haec quies*, cujus compositum
19 *requies* facit genitivum *requietis* vel *requiei.* Alia vero omnia tertiae sunt declinationis, ut *Ulixes xis, Verres ris, haec caedes dis, nubes nubis, hic et haec heres dis*, commune duûm generum vel trium, *locuples tis.* Excipiuntur *res rei, spes spei, fides fidei, plebes plebei* quod et *plebs plebis* dicitur. In *is* omnia tertiae sunt declinationis, ut *collis collis, Samnis nitis, Neapolis lis, lis litis, utilis utilis.* In *os* quoque omnia Latina, et in *os* productam Graeca tertiae sunt declinationis, ut *flos floris, nepos nepotis, haec dos dotis, hic et haec custos hujus custodis, hic heros herois, haec Erinnys hujus Erinnys.* Sed de penultimis eorum et aliorum omnium in sexto libro de nomine invenies latius ut supradictum est. In *es* vel in *aus* diphthongum desinentia, et omnia quae in duas consonantes desi-

nunt, tertiae sunt declinationis, ut *hic praes praedis, hoc aes aeris, fraus fraudis, laus laudis, haec arx arcis, ars artis, mons montis, mors mortis.* Quarta de- 20
clinatio habet terminales literas *u* et *s*, similiter habet duas terminationes, *us* et *u*. In *us* quidem masculinorum et foemininorum, in *u* vero neutrorum, ut *hic vultus vultus, haec manus manus, hoc genu hujus genu.* Sed in *us* terminatorum regulam superius tractavimus, quando de secunda docebamus declinatione: in *u* vero desinentia neutra inveniuntur indeclinabilia in numero singulari, in plurali vero secundum quartam flectuntur. Quinta declinatio unam ha- 21
bet terminationem in *es* productam, de qua superius ostendimus, quando de tertia disserebamus, ut *meridies meridiei.* Hinc de obliquis casibus quinque declinationum docebimus. Primae declinationis genitivus et dativus in *ae* diphthongum desinit, ut *hujus et huic poetae*, accusativus in *am*, ut *hunc poetam.* Vocativus et ablativus in *a*, ut *o et ab hoc*
poeta. Nominativus et vocativus plurales in *ae* 22
diphthongum, ut *hi et o poetae.* Genitivus in *arum*, ut *horum poetarum.* Dativus et ablativus in *is*, ut *his et ab his poetis.* Foeminina mobilium duûm generum, quae naturaliter mobilia sunt, differentiae causa notantur, *deabus, filiabus, natabus, equabus, asinabus, mulabus, animabus.* Accusativus in *as*, ut *hos*
poetas. Sciendum tamen, quod in Graecis nominibus 23
est quando Graecis utuntur terminationibus auctores per diversos casus, tam singulares quam plurales, ut *hujus familias* genitivo casu, Latine autem *hujus familiae.* Secundae declinationis genitivus in *i* desinit, ut *hic magnus magni.* Dativus et ablativus in *o* productam, ut *huic et ab hoc magno,* accusativus in *um*, ut *hunc magnum*, nisi sint neutra, quorum accusativus ubique sequitur suum nominativum, ut *hoc pelagus* accusativo *pelagus*, *hoc laquear* accusa-
tivo *hoc laquear.* Vocativus, quando nominativus in 24
er vel in *m* desinit, similis erit ei, ut *hic vir o vir, hoc templum o templum:* quando vero nominativus in *ius* finitur, si sint propria nomina, abjecta *us* fit vocativus, ut *hic Virgilius o Virgili, Laurentius o Laurenti, Terentius o Terenti.* In aliis vero omnibus in *us* terminantibus in nominativo mu-

tatione *us* in *e* fit vocativus, ut *hic magnus o magne,*
25 *socius o socie.* Invenitur autem unum nomen *filius o fili*
et *o filie* duplici prolatum vocativo, veteres tamen aliquan-
do vel metri vel euphoniae causa nominativis utuntur
pro vocativis. In *eus* desinentia Graeca sunt, quae tantum
vocativum servant Graecum, ut *Orpheus o Orpheu*, quo-
modo et accusativus in *a*, ut *hunc Orphea*, et hoc
frequentissime in omnibus Graecis nominibus, quo-
modo diximus superius, invenies in multis fieri ca-
26 sibus. Nominativus et vocativus plurales secundae
declinationis per *i* finiuntur, ut *hi et o magni.* Neu-
tra autem tam ejusdem declinationis quam aliarum
declinationum, in quibus inveniuntur, nominativum,
accusativum et vocativum pluralem in *a* terminant,
quomodo et apud Graecos. Genitivus pluralis ab
ablativo singulari addita *rum* profertur, ut *ab hoc
magno horum magnorum:* dativus et ablativus in *is*,
ut *his et ab his magnis:* accusativus in *os*, ut *hos*
27 *magnos.* Tertiae declinationis genitivus desinit in
is correptam, ut *rex regis:* dativus in *i*, ut *huic regi:*
accusativus in plerisque in *em*, ut *hunc regem*, in
paucis vero in *im*, ut *Tiberim et restim, puppim,
turrim, sitim*, de quibus in sexto libro exposuimus:
vocativus similis est nominativo, ut *hic rex o rex.*
In Graecis autem nominibus licet vocativo uti Grae-
co, sicut superius dictum est, ut *o Tiberi pater.*
Ablativus in quibusdam per *e* correptam, ut *ab hoc
rege:* in quibusdam per *i*, ut *a Tiberi:* in quibusdam
28 per *e* et per *i*, ut *a felice* vel *felici.* Nominativus,
accusativus, et vocativus plurales tertiae declinatio-
nis in *es* productam desinunt, ut *hi et hos et o
reges.* In quibusdam etiam in *is* finitur ipse accu-
sativus, ut *hos et has omnes* et *omnis*, genitivus plu-
ralis plerumque in *um*, non antecedente *i*, ut *a re-
ge regum*, in quibusdam autem antecedente *i*, ut *ho-
rum montium*, de quibus in libro septimo docuimus,
dativus et ablativus in *bus*, ut *his et ab his regibus.*
29 Quartae declinationis genitivus singularis in *us* pro-
ductam desinit, ut *hic senatus hujus senatus*, dati-
vus in *ui*, ut *senatui*, accusativus in *um*, ut *hunc
senatum*, vocativus similis est nominativo, ut *o sena-
tus*, ablativus in *u*, ut *ab hoc senatu.* Ejusdem de-
clinationis nominativus pluralis, accusativus et voca-

tivus in *us*, ut *hi et hos et o senatus*. Genitivus in *uum*, ut *horum senatuum*. Dativus et ablativus in *bus*, ut *his et ab his senatibus*. Quintae declinationis ge- 30
nitivus et dativus singulares in *ei* divisas syllabas proferuntur, ut *hujus et huic rei*. Accusativus in *em*, ut *hanc rem*, vocativus similis est nominativo, ut *o res*, ablativus in *e*, ut *ab hac re*. Nominativus et accusativus et vocativus plurales ejusdem declinationis in *es* productam exeunt, ut *hae et has et o res*, genitivus addita *rum* syllaba ablativo singulari, ut *ab hac re harum rerum*, dativus et ablativus in *bus*, ut *his et ab his rebus*. Et hoc quidem compendii causa ad instruendos pueros sufficiat in praesenti dixisse, perspicaciorem autem regularum rationem tam penultimarum quam ultimarum syllabarum, quae pertinent ad declinationes omnium nominum, in libris illis, quos de nomine scripsimus diligenter, invenire licet, et maxime in sexto et septimo, qui de nominativo et obliquis casibus compositi testimoniis multorum confirmantur auctorum.

Pronomina, de quibus nulla dubitatio est, apud II
Latinos sunt XV. Primitiva quidem octo haec sunt: 31
primae personae unum, ut *ego*: et secundae unum, ut *tu*: tertiae vero sex, *sui*, *ipse*, *iste*, *hic*, *ille*, *is*. Derivativa septem, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster et vester*, *nostrâs et vestrâs*. Habent igitur primitiva duas declinationes, derivativa duas, et una quidem primitivorum est declinatio, quae tam genitivum quam dativum in *i* terminat, accusativum et ablativum in *e* productam, ut *mei*, *tui*, *sui*, *mihi*, *tibi*, *sibi*, *me*, *te*, *se*, *me*, *a te*, *a se*. Vocativum secunda persona tamen 32
habet, qui similis est nominativo, pluralia vero primae et secundae personae similiter declinantur, nam tertiae personae pronomen supra positum est, id est *sui*, quod nominativum non habet, commune est utriusque numeri, *nos vos*, *nostrum* vel *nostri*, *vestrum* vel *vestri*, *nobis*. In plurali autem numero secunda persona tamen habet vocativum, qui similis est nominativo, ut *o vos*, ideo autem *sui* nominativum non habet, quia nec apud Graecos ἑαυτοῦ, id est *sui*. Hoc autem in libro, qui est secundus de pronomine, latius tractavimus. Altera declinatio pronominum in 33
reliquis quinque primitivis, quorum genitivus in *ius*

et dativus in *i* desinit per tria genera. Accusativus autem et ablativus singularis, et omnes casus plurales in masculino quidem genere et neutro secundae declinationis nominum terminationes servant, in foeminino quidem primae, ut *ille illius illi, illa illius illi, illud illius illi, illum illam illud.* Necesse est enim neutra nominativum et accusativum similem habere, *ab illo ab illa ab illo,* nominativi plurales *illi illae illa.* Notandum tamen est, quod *hic* et *haec* et *hoc, hujus huic,* dativum semper in *c* terminant dif-
54 ferentiae causa, propter *hui* interjectionem. Ex septem autem derivativis quinque quidem secundum regulam mobilium nominum declinantur, masculinum et neutrum secundae declinationis, foemininum vero primae est, et sunt haec: *meus, tuus, suus, noster* et *vester.* Reliqua vero duo communia sunt et tertiae declinationis, ut *hic et haec nostrâs nostratis,*
55 *hic et haec vestrâs vestratis.* Inveniuntur tamen novem nomina mobilia: quae quia declinationem pronominum habent, inter pronomina quidam posuerunt, ut *quis* vel *qui quae quod* vel *quid, cujus cui, unus una unum unius uni, ullus ulla ullum ullius ulli, solus sola solum solius soli, totus tota totum totius toti, alius alia aliud alius alii, uter utra utrum utrius utri, alter altera alterius alteri.* Similiter declinantur quaecunque ex his componuntur: excipiuntur *hic*
56 *neuter hujus neutri.* Vetustissimi tamen *neutrius* protulerunt. *Quis* vel *qui* accusativum in *em* terminat, ut *quem,* ablativum tam in *o* quam in *i,* ut *a quo* vel *qui,* et dativum et ablativum pluralem tam in *is*
57 quam in *ibus,* ut *quis* vel *quibus.* Quidam tamen omnia nomina infinita vel interrogativa, vel relativa, vel redditiva substantiae vel quantitatis, vel qualitatis, vel numeri significativa pronomina esse putaverunt. Substantiae, ut *quis* vel *qui;* qualitatis, ut *qualis talis;* quantitatis, ut *quantus tantus;* numeri, ut *tot quot,* et quae ex his composita sunt seu derivata. Sed pronomina esse non possunt, quia finitas personas non habent, quod proprium est pronominis significare certam personam cum casu conjunctam.

III Omnia verba, quae secundum analogiam decli-
58 nantur, desinunt in *o* vel in *or,* et habent conjuga-

tiones quatuor. Prima igitur conjugatio est, cujus
persona prima in *o* desinens, mutat eam in *as* pro-
ductam, et facit secundam personam, ut *amo amas*.
Secunda vero conjugatio est, quae *eo* primae perso-
nae in *es* productam convertit in secunda persona,
quae semper in ea conjugatione una syllaba minor
est, ut *doceo doces*. Tertia conjugatio est, quae in
io quidem desinens, in prima persona abjecta *o*, et
assumpta *s*, minuitur una syllaba in secunda per-
sona, ut *facio facis*. Alia vero verba quacunque lite- 39
ra antecedente *o* in *is* brevem convertunt, ut *ruo
ruis, lego legis*. Quarta conjugatio est quae primam
personam in *io* vel in *eo* desinit, eisque in *is* pro-
ductam conversis facit secundam personam mino-
rem una syllaba, ut *audio audis*, *eo is*. *s* vero finali
secundae personae in *t* conversa, fit tertia persona
in omni conjugatione, vocali tamen correpta ante *t*,
ut *amas amat*, *doces docet*, *facis facit*, *legis legit*,
audis audit. Interposita vero *mu*, in eadem secunda
persona servans *s*, facit primam pluralem, ut *amas
amamus*, *doces docemus*, *legis legimus*, *audis audimus*.
ti vero interposita, facit secundam pluralem, ut *amas
atis*, *doces etis*, *legis itis*, *audis ditis*. Tertia vero per-
sona pluralis in prima quidem et in secunda con-
jugatione interposita tertiae singularis *n* solet fieri,
ut *amat amant*, *docet docent*. In tertia vero conju-
gatione et quarta primae personae *o* finalem in *unt*
convertentes, facimus tertiam pluralem, ut *facio fa-
ciunt*, *lego legunt*, *audio audiunt*, *eo eunt*. Praeteri- 40
tum imperfectum primae quidem et secundae con-
jugationis a secunda persona, abjecta *s*, et addita
bam proferimus, ut *amas amabam*, *doces docebam*.
Similiter fit in verbis quartae conjugationis desinen-
tibus in *eo*, ut *eo is ibam*, *queo quis quibam*, in aliis
vero quartae et tertiae conjugationis primae perso-
nae *o* finalem in *e* productam convertimus, et as-
sumpta *bam*, facimus praeteritum imperfectum, ut
facio faciebam, *audio audiebam*. Licet autem et hoc
maxime poetis etiam per syncopam in quarta con-
jugatione *audibam* et *munibam* dicere, et similia.
Eandem autem habet declinationem praeteritum im- 41
perfectum in omni conjugatione, quam habet pri-
mae conjugationis praesens tempus, et omnia quae

in *as* secundam personam faciunt, cujuscunque sint temporis, vel modi, vel conjugationis, similiter declinantur, ut *amo amas amat, amamus atis amant, amabam bas bat, amabamus atis bant, amaveram ras*
42 *rat, amaveramus ratis rant.* Optativi quoque futurum et praesens conjunctivi secundae, tertiae, et quartae conjugationis *legam legas legat, legamus atis gant.* In *es* quoque desinentia in secunda persona, cujuscunque sint temporis, vel modi, vel conjugationis, secundum praesens tempus indicativi modi secundae conjugationis declinantur, ut *doceo doces docet, docemus docetis docent, amarem res ret, amaremus amaretis amarent, amem ames amet, amemus ametis*
43 *ament, legerem res ret, legeremus retis rent.* In *is* vero desinentia secunda persona tertiae conjugationis declinationem, quam habent in praesenti tempore, servant, ut *lego gis git, legimus legitis legunt, amabo bis bit, amabimus bitis bunt, docebo bis bit, docebimus bitis bunt, ibo ibis ibit, ibimus ibitis ibunt.* Illud autem notandum est, quod in subjunctivi tertia persona pluralis non convertit *i* in *u*, ut *amaverim ris rit, amaverimus tis rint*, et in anomalis quidem *sis* et *velis* tam finalis secundae personae quam penultima primae pluralis, et secunda syllaba producitur, ut *sim sis sit, simus sitis sint, velim velis velit, velimus velitis velint*, in aliis vero rarissime
44 inveniuntur. Igitur omnia tempora in omni conjugatione indicativo apparent, et in omnibus modis absque praeterito perfecto, et absque imperfecto trifariae declinationis, etiam praesens tempus trium conjugationum, et omne quidem praeteritum imperfectum et plusquamperfectum secundum primae conjugationis praesens tempus declinatur, ut *amabam bas bat, amaveram ras rat, docebam bas bat, docueram ras rat, legebam bas bat, legeram ras rat,*
45 *audiebam bas bat, audiveram ras rat.* Similiter secundae et tertiae et quartae conjugationis futurum optativi, et praesens subjunctivi, secundum primae conjugationis secundam personam declinatur, ut *doceam as at, legam gas gat, audiam as at.* Secundum praesens tempus secundae conjugationis declinatur futurum indicativi in tertia et in quarta conjugatione, ut *legam ges get, audiam es et,* et omne prae-

sens et praeteritum imperfectum optativi, et prae-
teritum imperfectum subjunctivi et plusquamper-
fectum utriusque, ut *amarem amares amaret, amavis-
sem amavisses amavisset, docerem doceres doceret, do-
cuissem docuisses docuisset, legerem legeres legeret, le-
gissem legisses legisset.* Similiter et optativi futurum 46
sive subjunctivi praesens primae conjugationis, ut
amem ames amet, orem ores oret. Tertiae vero conju-
gationis declinationem, quam habet praesens indica-
tivi, futurum primae et secundae conjugationis ser-
vant, ut *amabo amabis amabit, docebo docebis docebit.*
Similiter fit quartae in *eo* desinentibus, ut *ibo ibis* 47
ibit. Similiter subjunctivi praeteritum perfectum et
futurum universarum conjugationum, ut *amaverim*
amavero ris, docuerim docuero ris, legerim legero ris,
audierim audiero ris. His igitur de generalibus trium
conjugationum declinationibus collectim tibi exposi-
tis, de praeterito quoque perfecto generaliter docea-
mus. Omnis praeteriti perfecti prima persona in *i* de-
sinit, cujus de penultimis literis et syllabis in lib. II.
de verbi praeterito latius tractavimus. Haec, assum-
pta *sti*, facit secundam personam, ut *amavi amavisti,*
docui docuisti, legi legisti, audivi audivisti: t vero as-
sumpta, sed correpta *i*, tertiam facit personam, ut
amavit, docuit. Similiter correpta *i*, et assumpta *mus*, 48
facit primam pluralem, ut *amavimus, docuimus, stis*
vero assumpta secundam facit pluralem, ut *amavi-*
stis, docuistis. In tertia vero plurali mutat *i* in *e*
productam, et assumit *runt* vel *re*, ut *amaverunt* vel
amavere, docuerunt vel *docuere.* Plusquamperfectum
tempus in omni conjugatione a praeterito fit, *i* finali
in *e* brevem conversa, et assumpta *ram*, ut *amavi*
amaveram, audivi vel *audii audiveram* vel *audieram.*
Futurum quidem primae et secundae conjugationis 49
a secunda persona praesentis indicativi modi, ab-
jecta *s* et addita *bo*, solet fieri, ut *amo amas amabo.*
Idem fit in verbis quartae conjugationis in *eo* desi-
nentibus, ut *eo is ibo.* Tertiae conjugationis omni-
um verborum futurum, et quartae in *io* desinentium,
fit a prima persona praesenti, *o* finali conversa in
am, ut *lego legam leges, audio audiam audies.* Et no-
tandum, quod nullo alio modo invenies in prima per-
sona ante *m* literam vocalem, quae in aliam trans-

eat in secunda, nisi in supradicto futuro, ut *legam*
50 *leges*, *audiam audies*. Omnis secunda persona impe-
rativi modi praesentis temporis a secunda persona
fit indicativi, abjecta *s*, in tertia vero conjugatione
etiam *i* in *e* correptam convertimus, ut *amas ama*,
doces doce, *legis lege*, *audis audi*. Ideo autem *i* in *e*
convertit tertia, quia debet servare tempus, quod ha-
bet secunda indicativi, quae non poterat i finalem
corripere: in omni enim verbo i in fine posita pro-
51 ducitur. Tertia vero ejusdem imperativi persona a
prima indicativi *o* finali in prima conjugatione qui-
dem in *et*, in aliis vero in *at* conversa fit, ut *amo*
amet, *doceo doceat*, *lego legat*, *audio audiat*. Haec ea-
dem tertia persona abjecta *t*, sed producta *e*, vel *a*,
et assumpta *mus*, facit primam pluralis suam, ut
amet amemus, *doceat doceamus*, *legat legamus*, *audiat*
audiamus, secunda vero pluralis a singulari sua fit
adjecta *te* syllaba, ut *ama amate*, *doce docete*, *audi*
52 *audite*. Et notandum, quod in tertia conjugatione *e*
finalis, quae loco *i* correptae ponitur in plurali nu-
mero ejusdem personae in penultimo loco, in quo
licet *i* correptum invenire, redit in *i*, *lege legite*.
Tertiae autem pluralis imperativi modi in omni con-
jugatione a singulari sua fit interposita *n* litera, ut
amet ament, *doceat doceant*, *legat legant*, *audiat au-*
diant. Futurum imperativi secundae vel tertiae per-
sonae commune est, et fit adjecta secundae personae
praesentis temporis *to* syllaba, ut *ama amato*, *doce*
53 *doceto*, *lege legito*, *audi audito*. Hoc quoque notan-
dum, quod *e* finalis in *i* redit in penultima syllaba
propter supradictam rationem, *lege legito*: huic ad-
dentes *te* syllabam facimus secundam personam plu-
ralem, ut *amato amatote*, *doceto docetote*. Tertia
vero pluralis futuri imperativi a tertia plurali prae-
sentis indicativi in omni conjugatione fit adjecta *o*,
ut *amant amanto*, *docent docento*, *legunt legunto*, *au-*
54 *diunt audiunto*, *eunt eunto*. Optativi modi praesens
et praeteritum imperfectum in omni conjugatione
a secunda persona imperativi fit assumens *rem*, ut
ama amarem, *doce docerem*, *lege legerem*, *audi audirem*,
praeteritum vero perfectum et plusquamperfectum
ejusmodi fit a praeterito perfecto, addita *s* et *sem*, ut
amavi amavissem, *docui docuissem*, *legi legissem*, *audi-*

vi audivissem: futurum optativi a prima persona in-
dicativi, *o* in *em* convertens in prima conjugatione,
in aliis vero *o* in *am*, ut *amo amem*, *doceo doceam*,
lego legam, *audio audiam*. Futuro quoque optativi 55
simile est praesens subjunctivi, ut *lego legam*, *audio*
audiam. Praeteritum quoque imperfectum subjunctivi
simile est praesenti, et praeterito imperfecto optativi,
ut *cum amarem*, *cum docerem*, *cum legerem*, *cum audi-*
rem. Praeteritum perfectum subjunctivi a praeterito
perfecto indicativi fit, quod mutat i finalem in e
correptam, et assumit rim, ut *amavi amaverim*, *docui*
docuerim, *legi legerim*, *audivi audiverim:* idem esse fu-
turum ejusdem prima tantummodo persona, mutante
rim in *ro*, ut *amaverim amavero ris rit*, *amaverimus*
tis rint. Similiter *docuerim docuero ris rit*, *docue-* 56
rimus tis rint, *legerim legero*, *audierim audie-*
ro. Praeteritum plusquamperfectum subjunctivi si-
mile est praeterito perfecto et plusquamperfecto
optativi, ut *utinam amavissem*, *docuissem*, *legissem*,
audivissem. Infinita in omni conjugatione fiunt a
praesenti tempore secundae personae imperativi, ad-
dita *re*, ut *ama amare*, *doce docere*, *lege legere*, *audi*
audire. Praeteritum perfectum et plusquamperfectum
a praeterito perfecto et plusquamperfecto optativi
fit, abjecta *m*, ut *amavissem amavisse*, *docuissem docu-*
isse, *legissem legisse*, *audivissem audivisse*. Futurum 57
vero, supinum desinens in *um*, et verbum *ire*, ut
amatum ire, *doctum ire*, *lectum ire*, *auditum ire*. Vel
participium futurum neutrum et *esse* verbum sub-
stantivum, ut *amaturum esse*, *docturum esse*, *lecturum*
esse, *auditurum esse*. Participialia vel supina, quae
tres casus videntur habere, et loco infinitivi cum ar-
ticulo conjunctivi apud Graecos accipiuntur, nascun-
tur a participio praesentis, *s* in *d* conversa et addita *i*
vel *o* vel *um*, ut *amans amandi do dum*, *docendi do*
dum, *legendi do dum*, *audiendi do dum*. Sunt alia 58
quoque duo, quae ad formam participii praeteriti
temporis desinunt in *um* vel in *u*, ut *amatum amatu*.
Sed hoc interest inter *amandum* et *amatum*, et inter
amando et *amatu*, quod *amandum* necessitatem amo-
ris significat, *amatum* initiationem ad amorem. Si- 59
militer *amando* in ipso amore est, *amatu* pro ama-
tione vel pro amore, id est pro ipsa re accipitur, et

hoc manifestat etiam ipsa interpretatio Graeca, quod
superiora, id est *amandi amando amandum* et *ama-*
tum, infinitivorum non solum cum articulo, sed etiam
cum praepositione vim habent, ut *in hoc faciendo*, *ad*
60 *hoc faciendum*, *faciendi*, pro *oportet facere*. Sequen-
tium vero alterum cum praepositione Graeca et ar-
ticulo infinitum significat, ut *venatum*, vel magis pro
ipsa re ad locum accipitur, *venatum* pro ad venatio-
nem, quomodo et *venatu* pro venatione; sicut mise-
rabile visu pro visione, dictu pro dictione. Multis
igitur modis, sicut in aliis locis docuimus, nomina
accipienda sunt magis quam verba, unde et praepo-
sitiones inveniuntur ante ea, quae in *dum* desinunt,
qui est accusativus, vel in *do*, qui est ablativus, posi-
61 tae, ut *ad amandum* vel *in amando*. Passiva ex acti-
vis fiunt hoc modo: omnia activa cujuscunque con-
jugationis in quocunque tempore, modo, vel persona
in *o* desinentia, assumunt *r* et faciunt ex se passiva,
ut *amo amor*, *amabo amabor*, *amato amator*, *doceo do-*
ceor, *docebo docebor*, *doceto docetor*, *lego legor*, *legito*
legitor, *legunto leguntor*, *audio audior*, *audito auditor*,
62 *audiunto audiuntor*. Omnis secunda persona passiva
in praesenti et praeterito imperfecto indicativi et
optativi ab activa sua fit interposita *ri*, sed in tertia
pro *i* penultima *e* correptam habet: sed etiam *ris* in
re conversa solet eadem secunda persona in omni
conjugatione proferri, ut *amas amaris* vel *amare*,
doces doceris vel *docere*, *legis legeris* vel *legere*, *au-*
63 *dis audiris* vel *audire*. Quomodo docuimus in acti-
vo, sic in passivo praesentis declinatio docet, et re-
liquorum temporum absque praeterito perfecto, et
his quae ex hoc nascuntur per diversos modos de-
clinationem, quae fit secundum unam ex tribus con-
jugationibus. Tertia vero persona ab activa sua ad-
jecta *ur* solet fieri, ut *amat amatur*, *docet docetur*,
legit legitur, *audit auditur*. Sed penultima in omni-
bus conjugationibus producitur, excepta tertia plu-
64 rali. Prima et secunda persona a secunda persona
activi abjecta *s* et addita *mur* et *mini* fiunt, ut *amas*
amamur amamini, *doces docemur docemini*, *legis legi-*
mur legimini, *audis audimur audimini*. Et in omni
conjugatione penultima primae personae, antepenul-
tima vero secundae producitur syllaba, absque ter-

tia conjugatione. Tertia persona pluralis ab acti-
va sua fit adjecta *ur*, ut *amant amantur*, *docent do-
centur*, *legunt leguntur*, *audiunt audiuntur*: quae vero 65
in *m* desinunt activa primae personae, per omnes
conjugationes et modos in praesenti et in praeter-
ito imperfecto, vel in futuro *m* in *r* conversa fa-
ciunt passivum, (nam omne praeteritum perfectum
et plusquamperfectum per participia declinatur
in passivis) ut *amabam amabar*, *amarem amarer*, *do-
cebam docebar*, *docerem docerer*, *legebam legebar*, *le-
gerem legerer*, *audiebam audiebar*, *audirem audirer*,
amem amer, *doceam docear*, *legam legar*, *audiam au-
diar*. Caeteras vero personas secundum supradi- 66
ctas regulas declinamus, omne praeteritum perfe-
ctum et plusquamperfectum passivorum vel simi-
lium passivis per participium praeteriti temporis,
et per *sum* verbum declinatur, ut *soleo solitus sum*,
vel communia vel deponentia, passiva vero impera-
tiva secundae personae in omni conjugatione simi-
lia sunt infinitivis activis, ut *amare*, *docere*, *legere*,
audire. Tertia vero a tertia sua verbi activi fit 67
adjecta *ur*, ut *amet ametur*, *doceat doceatur*, *legat
legatur*, *audiat audiatur*, pluralia vero secundum
terminationem tertiae personae aequaliter terminan-
tur addita *m* pro *t* in prima et tertia persona, inter-
posita *n*, ut *ametur amemur amentur*: nam secunda
persona imperativi similis est indicativi secundae,
quomodo et apud Graecos, *amamini*, *docemini*, *legi-
mini*: haec enim tam in indicativo quam impera-
tivo modo similiter proferuntur; idque comprobat
auctoritas. Terentius in Phorm. *Dum licet, dumque ad-
sum, loquimini mecum.* Et idem: *Et contemplamini
me eodem vultu.* Et idem in Eunucho: *Vos me se-
quimini.* Salustius in Catil. *Expergiscimini aliquan-
do et capessite remp.* Et idem in Iugurt. *Vos co-
lite et observate talem hunc virum, imitamini virtu-
tes ejus et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse
videar quam genuisse.* Futurum imperativi secun-
dum supradictam regulam fit ab activo desinente
in *o*, addita *r*, ut *amato amator*, *doceto docetor*, *le-
gito legitor*, *audito auditor*. Similiter in tertia plu- 68
rali, *amanto amantor*, *docento docentor*, *legunto legun-
tor*, *audiunto audiuntor*. Secunda vero persona in-

dicativi modi mutatione *i* finalis in *or* fit, ut *ama-*
mini amaminor, docemini doceminor, legimini legi-
69 *minor, audimini audiminor.* Omnium modorum prae-
teritum perfectum et plusquamperfectum, sicut su-
pradictum est, per participium praeteriti tempo-
ris et substantivum verbum profertur, subjunctivi
vero futurum, sicut est, ut *amatus sum, amatus*
fui, amatus eram, amatus fueram, amatus essem vel
fuissem, amatus sim vel *fuerim, amatus ero* vel
fuero. Infinitiva passiva ex activis fiunt mutatione
e finalis in *i*, absque tertia conjugatione, in illa
enim, abjecta *re* ultima syllaba, penultima *e* in *i* con-
vertitur, ut *amare ri, docere ri, legere gi, audire*
70 *ri.* Praeteritum plusquamperfectum per participium
neutri generis, et verbum esse vel fuisse fit, ut
amatum esse vel *fuisse, doctum esse* vel *fuisse, le-*
ctum esse vel *fuisse, auditum esse* vel *fuisse.* Futu-
rum per participium simile et per *iri* verbum, ut
amatum iri, doctum iri, lectum iri, auditum iri.
Omne participium praesentis quidem temporis in
ns desinit, et in prima quidem et secunda conju-
gatione interposita *n* secundae personae praesen-
tis indicativi modi, ut *amas amans, doces docens.*
In tertia vero et in quarta a prima persona fit con-
versa *o* in *ens*, ut *lego legens, audio audiens.* Exci-
piuntur *eo* et *queo*, quae euphoniae causa *iens*
pro *eens*, *quiens* pro *queens*, et faciunt genitivos *eun-*
71 *tis* pro *ientis*, et *queuntis* pro *quientis.* Omne par-
ticipium praeteriti temporis *s* vel *t* vel *x* habet ante
us, ut *amatus, doctus, laesus, fixus.* Excipitur *mor-*
tuus. Omne participium futuri in *rus* vel in *dus*
desinit, ut *amaturus* et *amandus, docturus docendus,*
lecturus legendus, auditurus audiendus. Nomina ver-
balia plerumque a participio praeteriti fiunt, mutata
finali *us* in *or*, ut *amatus amator, doctus doctor.* In
tor desinentia mutant *tor* in *trix*, ut *amator ama-*
trix, doctor doctrix, lector lectrix, auditor auditrix,
72 et faciunt foemininum. Rerum autem incorpora-
lium vocabula plerumque praeteriti temporis par-
ticipiis similia inveniuntur, sed quartae declinatio-
nis sunt, ut *iudicatus, monitus, habitus, auditus.*
Fiunt etiam a genitivo supradicti participii addita
o, correpta *i*, ut *conjunctus conjuncti conjunctio, ratus*

rati ratio, penultima correpta. Est tamen quando nomina participiis futuri temporis foemininis in *a* desinentibus similia sunt, ut *scriptura*, *pictura*, *armatura*. Est quando in *um* desinunt vel in *or*, *factum*, *dictum*, *labor*, *amor*. In *o* desinentia servant regulam activorum, in *or* vero passivorum, de quorum speciebus in libris, quos de verbo scripsimus, latius dissertum esse invenies.

PRISCIANI

INTERPRETATIO EX DIONYSIO

DE ORBIS SITU.

PRISCIANI

INTERPRETATIO EX DIONYSIO DE ORBIS SITU.

Naturae genitor, quae mundum continet omnem,
Annue Rex coeli, positum telluris et undae,
In quas imperium mortalibus ipse dedisti,
Materiae tantae me promere carmine digno.
Incipiens terrae tractus pontique meatus
Et fluvios canere atque urbes, populosque per orbem
Discretos, late refluum memorare parabo
Oceanum, tellus quo cingitur aequore tota,
Insula ceu sese diffundens litore vasto.
Non tamen assiduo teres undique margine circum
Clauditur haec; bifido sed brachia litore pandens
Arctatur rapidos cursus ad solis utrimque,
Assimilis fundae. Sed quamvis corpore toto
Una sit haec, homines tris dicunt esse diremptas.
Et primam Libyen, post Europen, Asiamque.
Sed Libyam Europae discernit finibus amplis
Linea, quam obliquant Gades atque ostia Nili,
Qua Boreae excurrit Memphitis terra sub axes,
Atque locum novit Spartano Zama Canopo.
Sed terras Aquilo, qua frigore damnat iniquo
Europen, Asiae Tanais disjungit ab oris,
Sauromatas linquens, Scythiam qui gurgite vasto
Praestringit, praecepsque ruit, Maeotida poscens.
At medius finis jamjam declivis ad Austrum est,
Quas Hellesponti fauces dixere priores.
Sed magis Australis sunt terminus ostia Nili.
Per mare sic fluviosque patens discernitur orbis.
Ast alii terris malunt discernere terras.
Finibus est Asiae latus arctum lingua supernis
Caspia, quam mediam faciunt, atque aequore ponti

Euxini: locus hic discrimen dicitur esse
Europae atque Asiae disjungens ruribus arva.
Ast alius finis longissimus exit in Austros,
Qui secat Aegypti terras, aequorque Sabaeum.
Separat hic Libyen Asiae confinia rumpens.
Talia mortales perhibent discrimina terrae.

Circuit Oceani gurges tamen undique vastus:
Qui quamvis unus sit, plurima nomina sumit.
Finibus Hesperiis Atlanticus ille vocatur.
At Boreae qua gens fervens Arimaspa sub armis,
Dicitur ille piger, nec non Saturnius idem.
Mortuus est aliis, minimo quod lumine solis
Perfruitur: tarde radios nam suscipit ortus,
Nubibus et crassis premitur, nimbisque gravatur.
Unde tamen primo conscendit lumine Titan,
Eoumque vocant, atque Indum nomine pontum.
Sed qua devexus calidum polus excipit Austrum,
Aethiopumque simul pelagus Rubrumque vocatur,
Qua deserta patet tellus ardore perusta.
Circuit Oceanus sic totum maximus orbem,
Nominibus variis celebratus: et aequore tanto
Hinc atque inde sinus penetrabilis efficit ille
Exiguos multos dirimens mare quatuor amplos.
Persecat Hesperiam primus qui porgitur undis,
Pamphyliumque latus Libyae praetendit ab oris.
Hic minor est reliquis: major, quem Caspia tellus
Suscipit intrantem vastis Aquilonis ab undis.
Nomine Saturni quod Tethys possidet aequor,
Caspius iste sinus, simul Hyrcanusque vocatur.
At duo qui veniunt Australis ab aequore ponti,
Hic supra currens mare Persicus efficit altum,
E regione situs, qua Caspia volvitur unda;
Fluctuat ast alter Panchaeaque litora pulsat,
Euxini contra pelagus, protentus in Austros.
Hosce sinus perhibent, quos Tethyos efficit unda,
Majores: nam sunt alii multique minores.

Nunc maris Hesperii lustrabo carmine rectus
Flexibus in variis quo frangitur aequore pontus
Astringens pelago terras circumfluus illis
Montibus et radens suppostas urbibus oras.
Adsis, o Numen, studiorum praesul et artis!

Ordine principium capiens Atlantis abi unda,
Herculeo celebrant quam metae munere Gades,
Coeliferasque tenet stans Atlas monte columnas.
Est primus vastis qui pontus Ibericus undis
Dividit Europen Libya, communis utrique.
Hinc atque hinc statuae sunt: ambae litora cernunt,
Haec Libyes, haec Europes adversa tuendo.
Gallicus hunc gurges, qui Celtica litora pulsat,
Excipit; hunc sequitur Ligurum cognomine dictus,
Qua domini rerum terris crevere Latinis,
Ad Petram Leucen Aquilonis ab axe reductus:
Qua freta Sicaniae concludit litore curvo
Insula. Sed Cyrnos propriis pulsatur ab undis
Intra Sardonium pelagus Celtumque refusis.
Inde salis tumidus Tyrrheni volvitur aestus
Ad partes vergens Australes: excipit istum
Sicaniae gurges solis deflexus ad ortus,
Qui procul effusis Pachynis tenditur oris
Ad Creten summam, quae prominet aequore, rupem,
Qua Gortyna potens, mediis qua Phaestos in arvis.
Arietis hanc rupem similantem vertice frontem
Pro merito Graji Κριοῦ dixere μέτωπον.
Hoc mare Gargani concludit Iapygis ora.
Illinc incipiens extenditur Adria vastus
Ad Boream penetrans pelago solemque cadentem:
Ionius pariter sinus hic perhibetur; ab orbe
Dividit et geminas diversis partibus oras,
Quas tamen extremas conjungit terminus unus.
Ad dextram partem protenditur Illyris alma.
Post hanc Dalmatiae populorum Martia tellus.
Ad laevam Ausoniae porrectus continet Isthmos,
Quem tria circumdant maria undique litore curvo,
Tyrrhenum, Siculum, nec non simul Adria vastus.
Finibus at propriis exceptant singula ventos.
Tyrrhenum Zephyro, Siculum sed tunditur Austro;
Adria succurrens Eoo frangitur Euro.
At post Sicaniam tractu diffunditur alto,
Ad Syrtim pelagus Libycis quae cingitur oris:
Majorem postquam minor excipit: aequora longe
Atque sinu gemino resonantia litora pulsant.
Finibus a Siculis Cretaeum tenditur aequor,
Ad solis veniens ortus Salmonida poscens:
Dicitur Eous qui Cretae terminus esse.

Post hanc est geminum mare vastum fluctibus atris,
Fluctibus Ismarici Boreae quod tunditur atris;
Quod ruit adversus celsae de partibus Arcti.
Quod prius est, Pharium perhibent: hoc litora tangit
Praecipitis casu montis: post unda secunda
Sidonium est pelagus, penetrat qua gurgite pontus
Issicus Arctoas ad partes aequore vergens:
Non longe rectus; Cilicum nam frangitur oris.
Hinc Zephyrus poscens veluti draco flectitur undis,
Quod juga montivagus vastat, silvasque fatigat.
Partibus extremis Pamphylia clauditur isto,
Atque Chelidoniae rupes cinguntur eodem.
At procul hunc Zephyrus finit Patareide summa.
Post haec Arctoas ad partes aspice rursus
Aegeum, superat qui fluctibus aequora cuncta,
Dispersas vasto qui gurgite Cycladas ambit.
Terminat hunc Imbros pariter Tenedosque coërcens,
Angusta trahitur qua fauce Propontidis unda,
Asia quam supra populis distenditur amplis
Ad Notiam partem, qua latus ducitur Isthmos.
Threicius sequitur post Bosporus ostia ponti.
Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Esse fretum dirimens. Hic sunt Symplegades arctae.
Panditur hic ponti pelagus Titanis ad ortus,
Quod petit obliquo Boream solemque meatu.
Hinc atque hinc medio percurrunt aequore colles;
Unus, qui veniens Asiae de parte Carambis
Dicitur Australi: sed contra finibus alter
Prominet Europae: hunc *Κριοῦ* dixere *μέτωπον*.
Ergo conveniunt adversi gurgite tanto,
Distantes quantum ternis transire diebus
Evaleat navis. Bimarem sic aequore pontum
Aspicias similem cornu, quod flectitur arcus
Nervo curvati distento: dextera nervum
Assimilat; recto trahitur nam linea ductu,
Extra quam Boream, quo scandit sola Carambis.
Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Litus, quod pontum cingit sub parte sinistra.
In quam Maeotis penetrans Aquilonis ad axes,
Quam Scythiae gentes circumdant undique ripis:
Et matrem ponti perhibent Maeotidis undam.
Scilicet hic ponti vis exit gurgite multo
Cimmerium torrens per Bosporum: hic ubi Taurum

Cimmerii gelidis habitant sub finibus unum.
Haec maris est species; splendens haec forma profundi.

Nunc tibi telluris regiones carmine pandam,
Ut cernas animo non visas lumine terras,
Atque docens alios lauderis pectore docto.

Incipiens Libyae tenuisque a Tethyos undis
Oceanus, Tyrias qui pulsat gurgite Gadis,
Tenditur ad Notias partes et solis ad ortus;
Et messis formam reddit mensoribus arcis,
Quam tradunt terrae non aequa margine cinctam.
Terminat haec fines Rubri prope litora ponti:
Latos Aethiopum populos quos possidet alter,
Quem calidis juxta terris pascuntur Erembi.
Hos pelli similes Pardi dixere priores.
Namque solum squalens urbes distinguit opacas.
Hac sitis, hac humor latos variatur in agros.
Sed summam Libyen habitant ad Tethyos undas,
Alcidae qua sunt statuae, Maurusia plebes.
Post hos immensae Nomadum de semine gentes
Atque Masaesylii nec non Massylia proles.
Saltibus hos duris asper silvisque vagantes
Victus alit saeva quaesitus caede ferarum:
Scilicet ignaros terras proscindere aratris
Agricolasque boves plaustris domitare sonoris.
Namque errant nemorum per dumos more ferarum.
Quos prope tenduntur fines Carthaginis altae,
Perpetuas Tyriis celebrat quae condita laudes:
Qua regnans felix Dido per saecula vivit,
Atque pudicitiam non perdit carmine ficto.
Hanc minor insequitur Syrtis majorque secunda,
Qua tumor immensus Tyrrheni pellitur aestus,
Accursuque furit siccisque receptus arenis.
Ast inter Syrtis urbs est, quam nomine dicunt
Esse Neapolin: hanc supra justissima fertur
Hospitiis gaudens gens degere Lotophagorum.
Hos licet ad fines desertas cernere terras,
Extinctis populis Nasamonum Marte Latino.
Asbystae post hos terrarum rura tenentes.
In medio summis Libycis et gentibus Ammon.
Nec non Cyrene clarorum mater equorum
Urbis Amycleae propter, quam condidit olim.
Marmaridae post hos Aegyptia flumina vertunt;

Gaetulique supersunt vicinique nigrentes.
Continuo post hos sequitur Phaurusia tellus.
Hanc habitant juxta Garamantes Debrite clari:
Quae superat cunctas urbs miro munere fontis,
Frigore qui noctis fervet calefactus et umbris,
At solis friget radiis glacialis et igni.
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Aethiopes: Libyes ubi finit litore cerne
Oceanum nimio quae pulsat sole calentem.
Nec longe fervent Blemyorum collibus agri.
Hinc fluvii pinguis descendunt flumina Nili,
Partibus a Libycis qui, currens solis ad ortus,
Siris ab Aethiopum populis cognomine fertur:
Versum cultores Nilum dixere Syenes.
Hinc Nilus currens ad partes flumine pingui
Fertilis Aegypti terras foecundat opimas,
Septenoque ferit Pellaeum gurgite pontum.
Non alius tantum fluviorum ditat arenas,
Atque trahens limum complectitur ubere campos.
Hic latis Libyen Asiae disterminat oris:
Haec ortus cernit, videt Austros illa calentes.
Hunc habitant juxta sapientum corda virorum,
Disposuere vias qui vitae mente potenti,
Et primi dederant sulcos et semina terris,
Obliquos solis tractantes pectore cursus.
Horum telluris fines nunc carmine dicam,
Et formam, celebrat quam gloria magna per orbem.
Haec igitur latis diffusa patescit in arvis,
Fertilis et superans alias pinguedine glebae.
Marginibus laterum formatur at undique ternis.
Lata quidem Boreae sub litore tenditur oris:
Ast ortus angusta petit, summamque Syenen,
Quam celsi media montes utrimque coercent,
Irrigui per quam descendunt flumina Nili.
Hanc habitant homines multi pariterque opulenti,
Qui veteris claraeque colunt sub moenia Thebes:
Quam perhibent centum portas habuisse priores,
Filius Aurorae Memnon qua regna tenebat.
Hic sunt et septem mediis in finibus urbes,
Quas celebrat totum discurrens fama per orbem;
Et quicumque maris vivunt prope litora vasta:
Qua latus est ingens liquidae Serbonidis undae.
Ad cujus Zephyrum Macedum sunt moenia regis,

Et Pharos Idothees scopuli Pallenidis alti.
Post urbs sub Casio Pelusi vergit ad ortus,
Navigiis populus duris quam possidet aptus.
Non tamen est Libyes ponendus finibus iste,
Scilicet Eoas Nili qui continet oras:
Nili quem circum floret mirabilis arbor,
Extinguuntque sitim pomo, cui nomen Ἄδιψος.
Haec facies Libyes: hic claudit terminus illam.
Sunt tamen hic aliae gentes, quae litore summo
Tethyos aut mediis habitant telluris in arvis,
Et gratas circum ripas Tritonidis undae.
Hic lapis Heliotropius, qui nomine vero
Dictus, convertit radios nam solis in unda
Si quis eum fusa labris immergat ahenis,
Sanguineique rubens resplendet luce coloris.
Purior at soli renitet nudatus ab undis.

Si placet Europes quoque me nunc dicere formam,
Haud taceam: similis Libyae est, sed vergit ad Arctos,
Finibus et pariter distentis pergit ad ortus.
Linea namque Asiae similis disjungit utramque:
Haec Notias spectat partes, Aquilonis at illa.
Ast ambas unam si terras esse putemus,
Assimulent conum laterum compagibus aequis,
Cujus ad occasum est summum, lata sub ortu.
Sic Europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cujus summum prope metas Herculis alti
Magnanimae gentes, dederat quis nomen Iberus
Ad spatium multum terrarum rura colentes.
Oceanum Boreo contingunt frigore durum,
Scrutanturque decus pulcrum sapientibus auri,
Quos tamen haud maculat praesens, nec dejicit absens,
Qua sunt Germani bellaces atque Britanni.
Saltibus Hercyniis Germania subjacet atrox.
Haec tergo similis taurino dicitur esse,
Et pascit volucres mirum fulgentibus alis,
Quis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.
Pyrrhenes sequitur mons: post hunc Celtica tellus,
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic Phaëthonta suum carae luxere sorores;
Hic electra legunt alnis stillantia Celtae,
Succina, quae memorant mellis vinive colore,
Quae paleas rapiunt tactu, frondesque caducas.

Post hos Tyrrheni, quos juxta solis ab ortu
Incipiunt Alpes, quibus exit gurgite vasto
Oceani rumpens glacialis litora Rhenus.
Hunc prope consurgit fons Istri flumine longo,
Qui poscens ortus Euxini pergit in undas,
Irriguam Peucen amplexus gurgite quino.
Cujus in Arctoas est partes barbara tellus,
Innumeras gentes gremio complexa reducto,
Cui finem faciunt Maeotidis ostia vastae.
Hinc sunt Germanique truces, et Sarmata bellax,
Atque Getae, nec non Basternae semina gentis,
Dacorumque manus et, Martia pectora, Alani.
Atque Dromon Tauri retinentes fortis Achilli
Angustum et longum Maeotidis ostia juxta.
Hos equites supra celeres funduntur Agani,
Atque Melanchlaenum populus metuendus in arcu.
Post Hippomolgi sunt, Hippopodesque potentes,
Atque Gelonus cum Neuris, pictique Agathyrsi.
Hic ubi descendit porrecta Borysthenis unda,
Euxinumque subit *Κριοῦ* prope tracta *μετώπου*.
E regione jacet locus hic Symplegados arctae.
Hic sunt Aldesti quoque Panticapique fluenta:
Dividui currunt Riphaeis montibus ambo.
Inmiscent qua se ponti glacialibus undis.
Nascitur electrum praefulgens luce nitenti,
Mense solet primo qualis splendescere luna.
Hos adamanta legunt juxta fortes Agathyrsi.
Tot dirimit gentes Aquilonis partibus Ister.
Hujus ad Australes terras Gerraeque feroces
Noriciique colunt bellaces Pannoniique,
Et Mysi Thracum Boreis in finibus orti,
In quorum terris, quas Ponti perfluit unda,
Ignipotens oleo commixto gignitur herba,
Medica cui nomen: cujus compescere flammas
Si quis aqua cupiat, plus ignem pascit in illa:
Pulveris hunc jactus potis est extinguere solus.
Thraces arant post hos latissima rura tenentes,
Quae torrens stringit finitque Propontidis unda,
Atque Hellesponti fauces, Aegeus: et altis
Nascitur hic scopulis Pallene gemma refulgens.
Asterium perhibent, stellis certare putatur;
Et flammae similis splendenti lumine Lychnis.
Hic ripas Istri porrectas undique stringunt.

Europae reliquas nunc partis aspice terras,
Phoebeos vergens quibus eminet illa sub ortus.
Prima est Hispanum quae frangit litore pontum.
Altera Tyrrhenum quae pulsat molibus aequor.
Tertia quae Grajos circumflua gurgite pascit.
Sed tamen Oceanum contingit Iberica tellus
Occiduum, Calpe qua summam sustinet unam
Herculis e statuis: quam supra dives et alta
Tartessus, templique sedent qui collibus imis
Pyrrhenes, coelum qui tangit vertice summo.
Ast ambas intra tellus jacet Ausonidarum,
Limite quam recto mediam secat Apenninus.
Qui mons incipiens Boreis ex Alpibus altus
In freta Sicaniae porrectas terminat oras.
Hunc urbes circum populi gentesque frequentant,
Quos breviter retegam nostro tibi carmine cunctos.
Tyrrheni primum fortes, juxtaque Pelasgi,
Cyllenes quondam propria qui sede relicta
Tyrrhenis socias petierunt navibus arces.
Hos prope sunt omni superantes laude Latini.
Quorum per terras discurrit in aequore Thybris
Regius, irriguo dirimit qui gurgite Romam;
Romam, quae, genitrix regum, dominatur in orbem.
Post hos, pingue solum, sequitur Campania dives,
Hic ubi Parthenopes domus est castissima, frugum
Fertilis. Hanc portus propriis exceperat undis.
Ad Noton est longe supra Sirenida rupem
Dicentis Silari gurges spectabile flumen.
Hunc habitant prope Lucani Brutiique coloni,
Ad Leucopetram longissima rura tenentes.
Hinc est ad Boream Zephyri quae summa vocatur,
Sub qua sunt Locri celeres, qui tempore prisco
Istuc reginam propriam venere secuti,
Ausoniamque tenent, qua currit flumen Halecis.
Moenia cernuntur Metaponti deinde, Crotonque,
Quam pulcer gratam praeterfluit Aesarus urbem.
Ulterius pergens hinc templa Lacinia cernes.
Post haec est Sybaris, periit quae numinis ira,
Praeponens hominum numulos coelestibus aris.
Pascere qui priscis ausi certamina soli
Samnitis medio complectitur Itala tellus
In gremio, Marsosque simul. Tunc deinde Tarentum
Tangitur aequoribus, quod munivere Lacones.

Continuo Calabrae telluris rura sequuntur.
Usque Hyrii summam sed tendit Iapygis ora,
Qua salis Adriaci trahitur vastissimus aestus,
Atque sinum penetrans Aquilejum colligit undas.
Alta Tegestraeon postremae moenia terrae,
Qua sinus Ionius finitur gurgite lasso.
Hi sunt Ausoniae populi gentesque potentes.
Flexilis hinc pontus convertens vergit ad ortus,
Atque Liburnorum terras, Hyllesque feroces,
Bulimeon pariter praestringens litora currit,
Et venit Illyrias late porrectus ad arces,
Qua tollunt montes excelsa Ceraunia summos.
Cernitur hic tumulus, qui Cadmi dicitur esse,
Harmoniaeque simul. namque hic serpentibus illi
Corpora post tempus longum mutasse feruntur
In senio, postquam patriam Thebasque relinquunt.
Hic illos aliud posuerunt numina monstrum:
Namque duo tumuli concurrunt peste futura,
Significant quotiens saevissima damna colonis.
Haec regio fontem mirandae concipit undae,
Quem merito veteres dixerunt nomine Sacrum.
Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum;
Accensasque faces si quis prope duxerit undam,
Extinguit flammas; recipit sed rursus easdem,
Admoveat dextra cum extinctam lampada fonti.
Sed supra Thracen, nec non Epiron, ad Austros
Principium terrae doctissima Graecia sumit,
Adscendens multum, geminatoque aequore cincta,
Aegeo Siculoque: movent qua flamine venti
Diverso: Siculum Zephyrus tenet, Eurus at altum
Aegeum: sequitur Pelopis post insula lata,
Consimilis platani folio, quod muris acutam
Aequiparat caudam: cujus jacet Isthmos imago
Hellados ad Boream sibimet confinia pingens.
Latior at tellus, folium seu flexile, circum
Cingitur aequoribus. Zephyrumque Triphyllidis arva
Excipiunt, per quam descendit flumine pulcro
Alpheus, qui Messeni discinditur undis
Eurotae: terris ambo nascuntur Aseis:
Hic tamen Eleos, at dividit ille Laconas.
Hic mediis habitant late telluris in arvis
Arcades Apidanei sub scopulis Erymanthi,
Qua Melas atque Crathis fluvii, qua currit Iaon,

Tenditur atque vetus qua longo gurgite Ladon.
Hic merulos albos perhibent, mirabile dictu,
Hic nasci lapidem, qui tacto accensus ab igni
Extingui nequitur; quem Graji nomine vero
Asbestum memorant: ferri nitet ille colore.
Iuxta est Argivûm tellus, pariterque Laconum,
Ortus Argivi, verguntque Lacones ad Austros.
Aequoribus geminis Isthmos pulsatur utrimque:
Hoc Ephyren contra Zephyrus, sed verberat illud
Eurus; in immensum quae mergitur unda profundum,
Nomine quam Danai dixere Saronida prisco.
Attica sed tellus post Isthmum solis ad ortum est.
Hinc Orithyiam Boreas rapuisse puellam
Traditur; hic Ilissus aquis devolvitur amnis.
Boeotum sequitur finis: quo dicitur unda
Esse potestatis diversae. namque duobus
Fluminibus mutat vervecum lana colorem:
Hoc fuscat niveas; hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde solum sequitur regionis, et ora
Thessalis, et tellus Macerum cum moenibus altis:
Sub cujus scopulis tangentes vertice coelum
Speluncae veteris servant insignia cladis:
Finibus in mediis terrarum namque videntur
Ostrea muricibus siccata latentibus esse:
Diluvium latebras dederat quod piscibus illas.
Concipit et parit hic naturae munere gemma,
Quam Paeaniten perhibent; praegnantibus ista
Auxilium confert facilis relevamine partus.
Cernitur hinc niveas attollens vertice rupes
Aemus Threïcius; quem contra tenditur agris
Ad Zephyrum regio Dodones lata feracis.
Ad cujus Notias partes, sub rupe Aracynthi,
Aetolae gentis sunt belli laude potentis
Campi, quos medios Acheloïa persecat unda,
Et mare Trinacrium perrumpit Echinadas inter.
Regna Cephallenae prope sunt sapientis Ulixi.
Ista Galactiten ripis ostendit in altis:
Uberibus prodest, nec non infantibus idem;
Et si quis terat hunc, albescit lacte liquescens.
Hunc fluvium juxta, praeclaros solis ad ortus,
Phocis ad Arctôos ventos extenditur ingens,
Donec contingat calida ostia Thermopylarum,

Sub juga Parnassi: Cephissos gurgite magno,
Quam mediam dirimit, descendens murmure vasto,
Qua templum Phoebi memorabile, Delphica sedes.

Nunc magno nobis sunt insulae ore canendae,
Quas homines toto dispersas aequore cernunt.
Est igitur ponto tellus circumflua prima,
Cui nomen Gadis. Statuas haec Herculis inter
A Tyriis colitur, Cotinusa vocata vetustis.
Continuoque jacent Gymnesiae. Has Baleares
Romani memorant: hic frangitur aequor Ebuso.
Sardiniae post quam pelago circumflua tellus
Fontibus e liquidis praebet miracula mundo;
Quod sanant oculis aegros, damnantque nefando
Perjuros furto, quos tacto flumine coecant.
Post quam non longe cernuntur litora Cyrni:
Corsida quam pariter, geminato nomine, dicunt.
Hanc solam perhibent Catochiten gignere terram:
Corporibus lapis hic, ceu glutine tactus, adhaeret.
Nulla tamen tellus altissima robora silvae
Sic alibi generat. Dehinc rupes Aeolidarum,
Quas septem numero perhibent, cognomine Plotas:
Quippe viam ratibus pelago dant undique vasto.
Trinacriae post has moles distenditur ampla:
Cardinibus ternis laterum quam terminat actus:
Procurrens Pachyno longe castrisque Pelori,
Exterrensque rates Lilybaei cautibus asperis.
Eminet ad Zephyrum Lilybe: Pachynusque sub ortum:
Aspicit Ausoniam Boreaeque Pelorus ad axes.
Qua mare vix superant haud aequum mille periclis,
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
Traditur hic pelagi diruptae viribus olim
Excepisse fretum terras, cogente ruina:
Plurima sunt isthinc totum memoranda per orbem.
Dianae fons est; Camerina gignitur unda:
Quem si quis manibus non castis hauserit unquam,
Laetifico tristis non miscet pocula Baccho.
Haec eadem montem mirandum sustinet Aetnam:
Vertice qui summo rigida nive temperat ignem,
Nec superant flammae frigus, nec frigora flammas.
At salis hic Acragas miracula possidet unus:
Naturas in quo proprias mutare videntur.

Ignis et unda: salem namque illum solvere flammae,
Unda solet crepitus illi conjuncta movere.
Hic et Halesinus fons est, mitissimus undis,
Tibia quem extollit: cantu saltare putatus
Musicus et ripis laetans excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic, cui nomen Achates:
Hoc dederat fluvius, cujus generatur ad undas:
Hanc simulacra vides venis ostendere gemmam.
Aequoris at Siculi, quod vastis funditur undis,
Ad Noton; est pontus Libyae, Syrtisque vadosa
Major. At ulterius si pergas, cerne minorem
Occiduam, juxta quam Meninx insula fulget,
Et Cercinna simul Libyca statione patentes.
Adria qua penetrat, venias si parte sinistra,
Atque legas Calabrum litus; tunc insula magni
Ostendit sese Diomedis nomine dicta,
Quo profugus quondam victor concesserat ille,
Conjugis incestae per fraudes Aegialeae.
Ioniam pergens Absyrtidas aequor ad ortus
Circuit: has olim Colchi tenuere feroces,
Lassi dum frustra Medeae furta sequuntur.
Continuo post haece Liburnidas aspicis altas.
Ad Notias partes, hinc saeva Ceraunia nautis
Insulae Ambraciae contra cernuntur in alto;
Et Corcyra potens; Ithaces atque aspera tellus;
Et quas oblimat rivis Acheloïus amnis,
Flumine torrenti praecelsam Chalcida linquens.
Sed multae Amnisi Boreae de parte videntur,
Aegylaque, inde Cythera, Calauria dura colonis.
Ad radios vergit sed Carpathus. Hanc prope Crete
Pinguis et umbrosis extendens collibus Iden,
Ante ortus solis perhibent quam fulgere sole.
Gignitur hic alimos: quam si quis mordeat herbam,
Compescit damnumque famis rabiemque diurnam.
At Rhodos Aegyptum contra jacet, insula dives.
Suniados contra quoque summum rupis, ad ortus:
Nubila qua nunquam verterunt lumina solis:
Nam purus carae potitur telluris. Abantas
Supra sunt Salamis nec non Aegina. sed ortus
Cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.
Post haec sunt ternae citra Patareïda summam,
Fama Chelidonias celebrat quas nomine terras.

Non procul est Arados, Phoenices aequore cincta.
Aegei vero diversis partibus alti,
Ad fauces arctas multae sunt insulae Abydi:
Confines Asiae dextrae Europesque sinistrae:
Ad Boream tamen hae pertendunt ordine longo.
Europes Macris agnoscit Abantias oram,
Et celsa Scyrus, Peparethus, sacraque Lemnos,
Fertilis atque Thasos, simul Imbros, post Corybantum
Moenibus antiquis Samothracia cernitur alta.
Ast Asiae partem quae tangunt aequore primae,
Delon circumdant: has dicunt Cycladas esse.
Continuo Sporadas ceu stellas aspicis almas,
Ioniasque simul: quas inter Caunus et altae
Sunt Samos atque Chios celebratae nomine claro.
Aeolicae post, et Lesbus, Tenedusque sequuntur.
Et sinus inde Melas Helles prorumpit in aequor.
Panditur hinc pelagus, tumidaque Propontide fervet
Ad Boream: saxisque viget Proconesus in illa.
Est etiam laevis Euxini partibus una,
Quam Leucen perhibent, adversa Borysthenis amni,
Parcit aves quoniam multas candore nivali.
Hic animas perhibent Heroum laude potentes
Degere securas, virtutis munere pulcro.
Cimmerium recta sed si quis Bosporon ibit,
Cernitur huic, dextra vastae Maeotidis unda,
Insula, mole gravi stans, Alopecces lata.
Post quam Phaenagoren Hermonassamque nepotes
Egregiae quondam coluerunt gentis Ionum.
Insulae hae celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast alias refluum circumdat Tethyos aequor:
Quarum demonstrem positum regionis et oras.
Aethiopes habitant Erythiam pectore justi,
Atlantem juxta longaevi. Finibus olim
Venit Hyperboreis quae gens, post fata peremti
Geryonis, domuit quem virtus Herculis ingens.
Sed summam contra sacram, cognomine dicunt
Quam caput Europae, sunt stanni pondere plenae
Hesperides; populus tenuit quas fortis Iberi.
Ast aliae Oceani juxta Boreatidas actas
Sunt geminae; Rhenique Britannides ostia cernunt:
His etenim lasso perrumpit Tethys cursu.
Has tamen haud valeat spatio superare per orbem

Insula: perfulget nigro splendore Gagates
Hic lapis, ardescens haustu perfusus aquarum;
Ast oleo perdens flammas, mirabile visu:
Attritas rapit hic teneras, ceu succina, frondes.
Nec spatio distant Nesidum litora longe,
In quibus uxores Amnitum Bacchica sacra
Concelebrant, hederae foliis tectaeque corymbis.
Oceani tranans hic navibus aequor apertum,
Ad Thulen venies: quae nocte dieque relucet
Titanis radiis, cum curru scandit ad axes
Signiferi, Boreas succendens lampade partes.
At navem pelago flectenti Aquilonis ab oris
Ad solem calido referentem lumen ab ortu,
Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.
Hinc tepidos proram convertens navis ad Austros
Taprobanen venies: generat quae magna elephantes
Per fines Asiae; jacet haec sub sidere Cancri.
Litoribus cujus saliunt densissima cete,
Quae pascit vastum mare rubrum, montibus aequa:
Tenditur horribilis quorum per terga, per armos
Spina, ferens cladem fatumque sub ore feroci;
Quippe solent pariter navem sorbere virosque.
Nam mala tam pelagus, quam terra merentibus offert.
Ulterius pergas si post Carmanida summam,
Ogyris occurrat, qua dicitur esse sepulcrum
Regis Erythraei, dederat qui nomina ponto.
Persicus inde sinus penetratur et Icaron offert:
Insula quae fertur nimium placare Dianam.

Tot sunt ingentes, quas claudit Tethyos unda,
Insulae: ast aliae diversis partibus orbis
Dispersae plures famam latuere minores,
Duris difficiles nautis, vel portubus aptae.
Quarum non facile est mihi promere nomina versu.

Ast Asiae fines ambarum linea monstrat,
Et formam, contra positarum in imagine coni.
Paulatim trahitur tamen haec Orientis ad oras:
Oceanus statuas Bacchi qua tangere fertur,
Finibus Indorum postremis; gurgite torrens
Qua Ganges liquido Nyssaeos irrigat agros.
Non tamen est spatio similis telluris apertae.

Scilicet ambabus penetrabilis unus in illis
Funditur Oceani sinus et disterminat ambas.
Ast Asiae gremio triplex mare confluit undis:
Hyrcanum, pariter Parthum, simul atque Sabaeum;
Haec Noton, at Boreos Hyrcanum vergit ad axes,
Gurgitis Euxini vicinum, multa virorum
Milia quod circum degunt, per litora Ponti.
Amborum medius campis distenditur Isthmos.
Ast Asiam qui mons excelsus dividit omnem,
Incipit a mediis terrae Pamphylidis oris,
Et longis sese spatiis producit ad Indos,
Nunc obliqua means, nunc recto limite currens,
Vertice, quem torvo perhibent cognomine Taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis,
Multifidusque suos colles huc spargit et illuc.
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes:
In partes Euri, Zephyri, Boreaeque vel Austri.
Quis memorare queat fluviorum nomina cuncta?
Non tamen est unum montis cognomen ubique,
Sed varii flexus variantur nomine multo:
Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosque tenentes,
Qui celebres, memorem: sed felix numen adesto.
Maeotae primi tangunt Maeotidis undas;
Sauromataeque truces, gens aspera Martis in armis;
Sanguis Amazonidum fortis quos protulit olim,
Sauromatae mixtae quae, Thermodonte relicto,
Ingentes genuere viros belloque potentes,
Innumeras habitant qui silvas, gurgite vasto
Inter quas Tanaïs Maeotidis intima pulsat,
Europen fluvio dirimens Asiamque reflexo:
Europen Zephyris, Asiam sub partibus ortus:
Caucasiis exit cujus fons montibus altis,
Murmure cum vasto Scythiae per plana refusus.
Hunc tamen, immenso torrentem flumine, vertit
In glaciem Boreas horrendo flamine saevus.
Heu miseros homines, habitant qui finibus illis,
Aere damnati tristi nimioque rigore,
Quo pereunt pecudes pariter, populique virorum,
Ni propere linquant sua rura furentibus Euris.
Hi Tanain habitant fluvium prope Sauromatarum.
Cui sunt vicini Sindi quoque, Cimmeriique.

Post hos Cercetii: juxta quos Axenus altis
Fluctuat aequoribus: nec non Oretaeque feroces:
Et qui Trojanae post proelia gentis Achaei,
Ascalaphi regis victricia signa sequentes,
Dispulsi ventis istas venere sub oras.
Post hos Heniochi, genuit quos Graecia tellus,
Et Zygii juxta vivunt regione sub una.
Intima sed Ponti, post fines Tyndaridarum,
Aegypto missi Colchi tenuere coloni:
Caucasii montis prope collem et Caspia ponti
Litora: qua celeres descendunt Phasidis undae,
Circeosque secant campos atque aequora Ponti,
Nascitur Armenii fluvius qui vertice montis.
Ad cujus partes Boreas, et solis ad ortus,
Euxinum dirimens et Caspia litora late,
Diffusus spatium per longum panditur Isthmos.
Quem juxta terras habitant Orientis Iberes:
Pyrrhenes quondam celso qui monte relicto,
Huc advenerunt Hyrcanis bella ferentes.
Hic Camaritarum gens est, carissima Baccho.
Fluctibus hanc propter persaevit Caspius aestus:
Undique quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare non valeat tribus illud mensibus ulla,
Scilicet immensum, navis transire profundo.
Hoc tamen exacuit pars una sub axibus aequor,
Qua tractum refugae miscetur Tethyos undae.
Multa quidem generat vivis miracula rerum:
Sed tamen egregio crystalli pondere gemmam,
Atque, malos Lemures quod pellit munus, Iaspin,
Nocturni manes fugitant quam membra tuentem.
Hoc igitur pelagus quae gentes undique cingunt,
Incipiens numerem primis Aquilonis ab oris,
Quae vergunt Zephyro, quas Caspia litora claudunt.
Primi sunt Scythiae populi, Saturnia juxta
Aequora viventes, Hyrcanique ostia ponti.
Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo,
Qualem non alius terrarum possidet orbis,
Atque aurum sibimet defendunt pondere puro.
Omnia sed duri superans audacia lucri
Adversus volucres heu commovet arma virorum:
Proelia nam faciunt Arimaspi gryphibus hostes.
Hic et crystalli perlucet maxima moles.

Hinc Unnus sequitur. post fortis Caspia proles.
Hinc sunt Albani bellaces Marte feroci,
Unde canes nati superant genus omne ferarum.
Magnus Alexander missum sibi viderat inde
Victorem barrique canem, rapidique leonis.
Post hos Cadusi durissima rura colentes.
Et prope sunt Mardi, sequiturque Hyrcania plebes.
Hinc Apyri, per quos Mardus devolvitur amnis.
Dercebius bibit hunc praeter Bactrusque fluentem,
Per quos Hyrcanum currens descendit in aequor.
Sed Bactri mediis habitant telluris in arvis,
Parnesum late prope montem rura tenentes.
Dercebi vero sub Caspia litora vergunt.
Post hos Massagetae trans flumen Araxis, ad ortum,
Hospitibus saevi cunctis, belloque feroces,
Non Bacchi donum, Cereris non munera norunt,
Sed lac commixtum potant cum sanguine equino.
Hos juxta Boream vergit Chorasmia proles.
Sugdias hanc sequitur: rapidus quam dividit Oxus,
Emodum montem qui linquens Caspida rumpit.
Inde Sacae nimium certis gens mira sagittis:
Flumen Iaxartem juxta quibus arva coluntur.
Et Tochari, Phrurique, et plurima milia Serum.
Illis nulla boum, pecoris nec pascua curae:
Vestibus utuntur, texunt quas floribus ipsi,
Quos tenuant lectos desertis finibus ipsi.
Ast alia Scythiae gens est extrema per arva,
Quos prope sunt tristes ventis et frigore terrae,
Namque nives semper pulsant has grandine mixtae.
Caspius his populis lustratur pontus et oris.
Aspice post Colchos nunc et post Phasidis undas,
Occasum versus, populos in litore ponti
Euxini densos usque ad Chalcedonis arva:
Bosporus angustat scopulis quae Thracius urgens.
Buzeres primi: quos juxta terra Vechirum.
Macrones post hos pariter, Philyresque sequuntur;
Mossynique, domos praebent quis lignea tecta:
Turribus arboreis habitantes unde vocantur.
Hinc pecorum dives nimium gens est Tibarenûm.
Hanc prope sunt Chalybes, durissima rura colentes;
Quos labor exercet saevus ferrique metalla.
Vicinos istis campos terramque patentem

Assyrii complent populi: qua gurgite vasto
Inter Amazonidas Thermodon, Martius amnis,
Armenium linquens montem descendit in aequor.
Huc Asiae quondam devenit alumna Sinope,
Ex qua cognomen ceperunt moenia clara.
Illius fluvii gelidas prope frigore ripas
Invenies lapidem crystalli, pondere puro,
Consimilemque gelu, nec non splendore nitenti.
Gemma micans illic perlucet Iaspidis albae.
Iris continuo liquidus decurrit in aequor.
Post Halys est fluvius, Boreae qui currit in oras,
Atque Carambidis irrumpit prope litora Pontum,
Armeniis primas qui montibus accipit undas.
Paphlagones post hos Mariandynique sequuntur,
Bithynique viri, pinguissima rura colentes,
Qua Rhebas pulcer gratissima flumina volvit,
Rhebas, qui rapidi decurrit ad ostia Ponti.
Tot populi terras habitant per litora Ponti.
Nam prius exposita Scythiae sunt semina gentis.

Nunc Asiae regio contingens litora nobis
Dicatur: partes calidas quae currit ad Austri,
Atque Hellespontum transit Syriaeque recessus,
Poscit et Arabiam, quae florent ubere terrae.
Sunt Chalcedonii primi post ostia Ponti,
Moenia Byzantis qui cernunt optima contra,
Romanisque pie regnis dominantia mundo.
Bebrycii post hos, et Mysia montibus alta,
Qua Cius egregia decurrens murmurat unda:
Qua Nymphas comitem perhibent rapuisse potentis
Alcidae puerum, tristissima fata gementis.
Hinc Hellespontum pertenditur angulus ingens,
Qua brevior Phrygiae pars est: nam latior intus
Sangarii ripis fluvii vicina rapacis.
Tenditur haec potius Titanis pinguis ad ortus;
Altera ad occasus, altae sub montibus Idae,
Altaque qua cecidit praeclaro nomine Troja,
Ad Xanthi liquidas nec non Simoëntis ad undas.
Post haec Aeoliae tellus praetenditur orae,
Fluctibus Aegei primis quae tunditur alti.
Inde tenet terras, pelagus prope, sanguis Ionum,
Per quas Maeander pinguis descendit in aequor,

Inter Miletum currens latamque Prienem.
Ad latus istorum Boreum sunt moenia clara.
Urbs Ephesus, claudit quam grato litore pontus.
Post has Maeoniae tellus, quae vergit ad ortus.
Et Tmoli colles, fluvius quibus aurifer exit
Pactolus, cujus prope ripas tempore verno
Si sedeas, dulci capiaris pectora cantu
Cycnorum, pascunt quos herbae flumina circum.
Nam florent Asiae per campos plurima prata:
Sed magis ad fluvium Maeandri, gurgite miti
Quem juxta volvens se murmurat unda Caystri.
Post hos sunt Lycii, quos Xanthus dividit amnis,
Ad mare vergentes, qui Tauri cornua cernunt,
Usque ad Pamphylos, perhibent quem nomine Cragum.
Illic aspicies Aspendum: moenia cujus
Eurymedon amnis radit vicina profundo.
Continuoque jacent aliae Pamphylides urbes,
Corycus, Pergeque calens, et celsa Phaselis.
Has supra mediis habitant telluris in arvis.
Ad partes ortus gens dura Lycaonis armis.
Post has Pisidum pinguissima rura coluntur,
Telmessus, Lyrbe, nec non clarissima Selge,
Gentis Amyclaeae pulcerrima moenia quondam.
Hinc sinus est longus Cilicum, qui vergit ad ortus,
Euxini penetrans vicinas aequoris undas.
Hunc Asiae perhibent angustis partibus esse.
Cui tamen immenso fluvii se gurgite miscent,
Per longum Pyramus spatium, Pinarusque voluti,
Flexilis et Cydnus, dirimit qui flumine Tarson.
Hinc aliae Cilicum sunt celsis moenibus urbes:
Lyrnessus, Mallosque simul vicina profundo,
Atque Soli medio terrarum fine locati.
Commagena dehinc regio, Syriaeque sequuntur
Urbes, dispositae per longi litora flexus.
Nam Casii montis qua prominet ora per aequor,
Vergit in occasus diffusis tractibus unda.

Nunc reliquas Asiae partes tibi carmine pandam,
Quadrati lateris qua clauditur undique forma,
Et spatiis campos longis protendit in ortum.
Scis etenim memorasse tibi, quod collibus altis
Per totam mediis mons ingens tenditur actu,

Qui fines Asiae nigros producit ad Indos.
Hoc esto laterum Boreum tibi. Nilus ad oras
Hesperias finit. Sed Tethys solis ab ortu
Indica concludit. Rubrum mare terminat Austrum.

Aspice nunc igitur, dum finem versibus ortus
Pervenio, retegens tibi veris omnia rebus,
Incipiens Syriae terris, qua parte reliqui.
Quae, pelagus supra, sub solem, vergit ad Austros,
Urbibus et multis habitatur: nomine prisco
Quae Cava vulgatur, mediam quia collibus altis
Atque humilem Libanus claudit protentus in ortum,
Occasumque petens Casius: multisque virorum
Incolitur populis locupletibus alma diremtis.
Namque alii mediis habitant telluris in arvis,
Hosque Syros proprie perhibent: sed litora juxta
Phoenices vivunt, veteri cognomine dicti.
Quos misit quondam mare rubrum laudibus auctos,
Chaldaeo nimium decoratam sanguine gentem,
Arcanisque dei celebratam legibus unam.
Qui pelagus primi tentantes navibus altis,
Disjunctas gentes docuerunt jungere mercem:
Et primi stellis numeros nomenque dedere,
Atque oculis (mirum) voces sentire figuris.
Hi muros Iopes, Gazan, quoque Elaïda complent,
Antiquamque Tyrum, Beryti et moenia gratae,
Vicinamque mari Byblin, Sidonaque pulcram,
Quam juxta liquido Bostrenus gurgite currit:
Et pinguem Tripolin, nec non Orthosida sacram,
Laodicen pariter positam prope litus amoenum,
Et Posidi turres, et Daphnes optima Tempe.
Terrarum mediis Apameae moenia clarae,
Ad cujus partes Eoas currit Orontes,
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna.
Haec omnis pingui tellus est ubere laeta,
Arboribus pariter pecorique et commoda viti,
Ad cujus fines veniens quos terminat Auster,
Arrabii cernes extremi litora ponti,
Qui Syriam medius disterminat Arrabiamque,
Et tangit, vergens orientem versus Elanos.
Dives Arabs post quos latissima possidet arva,
Quae protenta diu cinguntur ab aequore Perso,

Arrabioque, ferit Zephyrus quod flamine saevo:
Persica nam flatus Eoi litora turbant.
Ora sed haec Austro tendit subjecta per ortus,
Fluctibus Oceani pulsatur et undique rubri.
Hanc quoque describam tenui ratione recensens,
Nam populos pascit felices divite terra,
Floribus et variis miracula praebet odoris.
Namque thyo, myrrhaque viget cum turis odore,
Et casia, nec non et cannae dulcis odore.
Cinnama praeterea jucundae naribus aurae.
Fertilis haec generat tellus, aurique metalla:
Vestibus auratis quare gens utitur illa.
His, pueros servans, Molochites splendet arenis,
Androdamasque lapis compescens pectoris iras.
Sed Libani montis sunt post declivia primi,
Felices opibus, Nabataei nomine dicti.
Chaulasii post hos atque Agrees, inde propinquat
Chatramis, atque Macae contra sunt Persidis aequor,
Minnaeique maris prope rubri litora vivunt,
Atque Sabae post hos, nec non habitant Chetabeni.
Arrabiae populi celebres hi nomine claro.
Sunt tamen et plures alii: nam maxima tellus.
Trans istam, Zephyri sub partes, degit Erembûm
Speluncis genus infelix, et rebus egenum.
Qui solis radiis nigrescunt corpus adusti,
Dispersique dolent lustrantes more ferarum:
Non Arabis similes opulentis. scilicet aequa
Omnibus esse potest nunquam fortuna bonorum.
Post Libani montes populi sunt, solis ad ortus,
Alterius Syriae, quae tendit ad usque Sinopen.
Cappadoces mediis habitant in finibus hujus.
Terminus Assyrios sed claudit Ponticus, ille
Thermodon pelagi, qua pulsat gurgite fluctus,
Cujus ab Eoo decurrit limite vastis
Viribus Euphrates. descendens montibus aspris
Armeniae, longusque Notou pertendit, et, inde
Ad solem flexus, Babylonis dividit urbem:
Litora deinde ruens perrumpit Persidis undae,
Extrema fluvii sub parte Teredona radens.
Hujus ad auroram ripis devolvitur altis
Tigris, aqua superant quem flumina nulla rapaci.
Sed tantum distat, quantum vix septimus ortus

Conficiat pedibus spatii properantibus ire.
Atque lacu medius Thonites intrat et exit,
Nec violatur aqua quamvis penetrabilis illa,
Ocior atque vadis emergens cedit amaris.
Hoc tamen omne solum, fluvius quod cingit uterque,
Indigenae populi pro re dixere Medamnam,
Quod medias amnes has terras flumine cingunt,
Agricolis pariter pastoribus atque feracem.
Ubere nam laeto florent ibi semina cuncta,
Herbarumque toris, et, gramine laeta, virescunt,
Et variis rami complentur fructibus alti.
Gens quoque praefulget claris in laudibus illa,
Nam peperit multos celsa virtute potentes,
Atque deo similes, licet ut mortalibus esse.
Armenii juxta quam sunt Aquilonis ad axes,
Cominus et fortes quos sentit Mars Matieni.
Quos prope concludunt Euphraten collibus altis
Montes, divitiis pariter belloque potentes.
Ad partes Austri Babylon, quam moenibus olim
Mirandis posuit firmisque Semiramis urbem.
Cujus in arce domum splendentem fecerat auro,
Quam simul argentum varie decoravit eburque.
Hoc quoque pingue solum palmarum divite silva,
Quod fert Berylli munus, pretiosius auro,
Berylli lapidem liquidum, glaucique coloris,
Per loca, quae tendunt Asianae ad moenia petrae:
Cissos, Messabatasque, Chalonitasque feroces.
Armenios montes si linquens ibis ad ortus,
Medica noscetur tibi tellus, cujus ad axes
Geli sunt, Mardique, viri simul Atropateni.
Ad Noton inde habitant Medorum rura tenentes.
Medea huc fugiens dederat cognomina terrae.
Hinc Medi varios usus novere veneni:
Quorum per multas spatium diffunditur oras.
Haec generat Narcessiten oriente sub ipso,
Qui lapis est fuscus; complent hunc undique silvae,
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt,
Caspiadas tangunt portas qui solis ab ortu.
Rupibus hae celsis Asiae sunt claustra potentis.
Qua via sub Boream duplex se scindit et Austrum.
Haec regit ad Persas, Hyrcanos ducit at illa.
Sub colles imos habitant, post Caspia claustra,

Martia gens Parthi, telis arcuque potentes,
Vivere qui spoliis gaudent, raptuque nefando.
Quapropter bellis homines vexantur in orbe,
Atque optata perit multo pax sanguine mundi.
Post hos est Persis, circumdata montibus altis,
Assiduis florens regnis et divite censu,
Ex quo perdomuit Lydorum moenia Sardes.
Cingitur excelsis haec undique collibus omnis,
Advergens Austros, post Caspia claustra, petensque
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum.
Atque tripartitis habitatur finibus illa.
Namque colunt alii, rigidae sub partibus Arcti,
Terras, quas Medi nemorosis montibus umbrant.
Ast alii mediae vivunt regionis in arvis.
Litora postremi tangunt australia Persae.
Prima parte Sabae, mediusque Pasargada, post hunc
Tascorum telis habitat gens fortis et arcu,
Quique tenent populi divisos Persidis agros.
Amnibus haec multis recreatur, et ubere pingui.
Hinc Coros immensus profunditur, inde Choaspis
Fonte cadens Indo, qui stringit gurgite Susas,
In cujus ripis praeclarus fulget Achates,
Pondere consimilis volvit quos unda cylindris.
Fertilis haec tellus foecundis pascitur arvis,
Nam ventis semper florescunt rura secundis.
Haec eadem gemmis nimium decoratur honestis,
Quarum quis varias vires, quis nomina dicat?
Tecolithum memorem, justo cognomine dictum,
Qui lapides renum tritus potusque resolvit:
Myrrhitemque, bonum nardi cum reddat odorem.
Hic Aetites est, sonitum cui spiritus addit
Arcanum crepitans, praegnantibus utilis aegris,
Nec non Pyrites, digitos qui strictus adurit,
Gemmaque, quae radios emittit candida solis:
Atque Selenites, lunaris imagine lucis
Qui decus et minuit proprii splendoris et auget.

Respice nunc reliquas Asiae sub finibus oras.
Persidis ad pontum Carmani, solis ab ortu;
Litora pars habitant, mediae pars limina terrae.
Gedrosi post hos tendunt Orientis ad ignes,
Oceanum juxta: radiis propioribus inde

Est Scythiae tellus australis, flumen ad Indum,
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit:
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad Austrum,
Caucasiis oriens primum de montibus altis,
Dividua cujus Patalene cingitur unda,
Separat innumeras et vasto gurgite gentes.
Ad partes rapidi qua vergunt lumina solis,
Oritas, Aribasque simul, linique Arachotas
Utentes laenis et Satraïdas simul omnes.
Parpanei montis sub celsa rupe Arienos
Nomine communi, qui terras ubere nullo
Florentes habitant, squalent nam sentibus aspris;
Curalii lapidem qui rubrum litore carpunt,
Sapphirique decus nigri flavique coloris
Saxorum caedunt venis, hac merce beati.
Indorum terras hinc Tethyos aequora claudunt,
Quas primo Titan adscendens lumine cernit.
Unde color populis niger est flagrantibus ortu,
Atque gerunt similes hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alii terras, aurique metallum.
Ast alii texunt tenuissima tegmina lini,
Vel dentes stringunt elephantis ab ore revulsos.
Scrutantur ripis alii torrentibus imbri
Berylli gemmas glauci, nitidumque adamanta,
Atque aura viridi legitur quae splendet Iaspis,
Curaliique decus liquidi, gratique topazi,
Purpureoque Amethystos inest suffusa colore.
Divitias magnas sic tellus illa ministrat,
Assiduisque rigant hanc totam fontibus amnes,
Arboribusque viget variis, milioque frequenti,
Et pretio rubrae perfloret arundinis illa.
Hic alii superant procero corpore tantum,
Insiliant equitum faciles ut more Elephantos.
Ast alii vivunt sapienti pectore nudi,
Luminibusque vident rectis, mirabile, solem,
Et radios oculis, et sacra mente retractant,
Signaque concipiunt arcana luce futuri.
Psittacus hic viridis, decoratus torque rubenti,
Nascitur, humanae simulat qui verbera linguae.

Nunc age, te fluvios, montes, formamque docebo
Ipsius terrae, populos gentesque beatas.

Marginibus ternis tellus haec clauditur omnis,
Obliquatque latus per cunctas linea partes.
Hesperios fines immanis terminat Indus.
At Notios pelagus concludit gurgite rubrum.
Sed Ganges ortus, et Caucasus excipit Arctum.
Hanc homines habitant multi ditesque colendam,
Nomines variis discreti et finibus amplis.
Dardanei ripas contingunt fluminis Indi:
Hic ubi praecipitem scopuli fundunt Acesinem,
Huncque capax classis venientem volvit Hydaspes,
Tertius hos sequitur splendenti gurgite Cophes.
Taxilus inter quos habitat cum gente Sabarum.
Hinc Scodri post hos sunt, Peucaleique feroces,
Gargaridaeque truces, auri qua pondus honestum
Devolvens Hypanisque vehit, rapidusque Magarsus:
Quos capit Emodo missos Gangetica monte
Tellus, porrigitur quae ad terrae Colidis Austros,
Oceani tangens pelagus sub collibus altis,
Quos volucres metuunt celeri contingere penna,
Unde locis Graji posuerunt nomen Aornin.
Hic via, quam celebrat nomen, Dionysia, Bacchi,
Cui statuas dederat victoria finibus illis.
Hic Tylos est, superans vastae miracula terrae,
Insula. namque viret cunctis in partibus anni,
Nec foliis nudat ramos auctummus in illa;
Assidueque tenet florens genus arboris omne.
Hic Adamas fulget limphantia pectora sanans,
Et prohibens miseris occulti damna veneni,
Quem minime valeat ferrum superare, nec ignis:
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum,
Sed tepido, fractis multis incudibus ante.
Hic juxta positus magnetem viribus arcet
Occultis ferri raptu: vel tractibus ante
Admotum retrahit, defendens robore miro.
Hic Lychnis lucem simulat splendore lucernae:
Hinc meruit nomen praeclaro lumine dignum.

Tot sunt per terras vulgatae nomine gentes.
Nam reliquas quae mens valeat mortalis in orbe
Dispersas numerare tibi, sine numine magno,
Quod bene disposuit terras pontique profundum,
Sideribus variis decorans coelestia templa,

Et multis recreans gratisque coloribus arva,
Munera per populos tribuens diversa virorum.

Sed vos, terrarum tractus, gaudete per aevum,
Et quaecumque mari circumdatur insula vasto,
Oceanusque simul, nec non penetrabilis unda,
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma:
Et fluvii, montesque, lacus, quos continet orbis.
Nam pelagi partes percurri carmine vastas;
Et terrae pariter regiones finibus amplis.
Omnipotens pro quo Genitor mihi praemia donet.

RETRACTATIONES

ET

ANALECTA

AD ARTIS GRAMM. LIBROS XVI. PRIORES.

RETRACTATIONES

ET

ANALECTA

AD LIBROS XVI. PRIORES.

LIB. I.

P. 16. coll. p. 64. Locus Euripidis e Phoenissis ita constituendus est: *Ἰσότητά τ' ἔταξεν κἀριθμὸν διώρισεν.* Priori loco p. 16. Codices hunc versum ita reddunt: MS. Heidelb. *ICOιNΤaTeTaZeN· KaTa· PιeMON ΔιΩPιCeN.* Lips. 2. *ιCOTHTaTeΞeHK TaPιe. MondiΩPιCen.* Lips. 1. *sicoThTaT etaξeN KaιaPιOMONaιOPιCeN.* Dresd. 2. *sic OTNTaTHNNΓIa TeN KιaPιTMONιePιCeN.* (In his duobus Codd. i erata est finalis *s* vocis *Phoenissis*, et conjuncta cum *ιο* sive *IC* ita, ut *sic* nunc appareat.) Altero loco p. 64. MS. Heidelb. *ιCOTHTaTe. Taξen KaιPιΘMON ΔιOPιCeN.* Lips. 2. *OTHTa TH. Ta ξ. eNKaιPaΘMON ΔιΩPιCeN.* (Hic literae *ιC* ab initio haustae sunt ab extrema syllaba *ιC* in *pheHιCιC.*) Lips. 1. *ιCOTHTaTHH TaΞeιN KaιHON aιoΩPιCeN.* Dresd. 2. *ιCΩΘH ΘaNH. ΘaTHN. KaY PYΘMΩNaYΩPYCHN.* Perperam igitur *κατ' ἀριθμὸν* scripsi, quamvis haec sit nonnullorum Codd. lectio. Nam *I* et *T* saepe confusas deprehendis, et librarii jota *sub*scribendum *ad*scribebant. Qua re factum est, ut haec vox in aliquot Codd. ita scripta sit: *κατριθμον*, hoc est: *καιριθμον*, hoc est: *κᾳριθμον*. Cf. quae ad Lib. XVIII. Cap. 5. §. 55. (Vol. II. p. 129.) dicta sunt. *διώρισεν* Codd. omnes et Edd.

p. 20. l. 10. *Nam postremum i pro vocali est accipiendum.* Haec omissa sunt in Codd. Heidelb. Lips. 2. Leguntur in MSS. Lips. 1. Dresd. 2.

p. 40. (Lib. I. Cap. 7. §. 42.) lin. 15. *antisigma.* Haec vox ex errore Editorum illata in textum est. Nullus Codicum meorum eam exhibet; omnes aut *antisima*, ut MSS. Lips. 1. 2., aut *antissima*, ut Dr. 2. Lips. 3., aut *antisimma*, ut Heidelb. Scribendum est: *ἀντίσιμα.* Composita haec vox est ex *ἀντὶ* et *σιμός.* Per vocem *σιμὸς* intelligitur signum vel character sive nota lunulae formam referens; *ἀντίσιμα* sunt characteres lunati, aversis cornibus compositi. Recte ergo habet signum, quod in textu positum est, nisi secundum Cod. Heidelb. malis exprimi ita: Ϫ. Conra-

dus quidem Leopoldus Schneiderus in Gramm. Lat. Elementorum parte I. p. 5. nota*) dicit, hoc signum confundi facile potuisse cum X. At vero, si quis diligentius attenderit, huic confusioni locum fuisse ullum negabit.

p. 48. lin. 2. a fine. *Achilleus* repone pro Ἀχιλλεύς.

p. 50. l. 4. a fine. Ἀχίλλειος corrige pro Ἀχιλλεῖος. Cf. p. 90. et 87.

p. 51. l. 6. a fine. *Asbutes*. Scribendum *Asbystes*. Consentiunt quidem Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Luth. Erl. 1. 2. Dresd. 1. 2. in forma *Asbutes* tuenda, quam tamen nihili esse dicit, Vir laude maior, Godofredus Hermannus, Steph. Byz. testimonio usus, qui Ἀσβύστα profert. Huic sententiae grave momentum addi potest ex Prisc. Interpr. Dionys. Perieg. in qua vs. 205. haec leguntur: *Asbystae post hos terrarum rura tenentes.*

ib. l. 5. a fine. Pro *sthennius* reponendum *Sthenius*; et ita semper hoc nomen scribendum est. Cf. Cic. Or. Verr. II, 34. III, 7. V, 42.

ib. lin. 2. a fine. Pro *Ibodlas* auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. Luth. reponendum est *Abodlas*.

ib. in Notis l. 1. Verba *si recte enotavi*, quae dubitationem inferre videntur, delenda sunt. Nam Cod. MS. Lips. 2. exhibet sane lectionem *at*. Recte *domos* h. l. editum est, cum haec sit lectio Codicum omnium. Infra Putschii et Edd. antiqu. auctoritate edidi *domus*, quod falsum est.

p. 57. l. 4. Pro *antecedenti* reponendum est e Cod. Hdb. *antecedentem*.

p. 64. l. 4. a fine. Pro *quidem* reponendum e Codd. Hdb. Dresd. 2. *quidam*.

p. 67. l. 7. a fine. E Cod. Hdb. scrib. *qui* pro *quia*.

p. 76. l. 1. Hic locus ita legendus: ut *quis qualis quantus, quot, quotus, cum suos servant accentus. Infinitum est interrogativo contrarium, ut qui qualis rel.* Typothetae errore in textu *qui* pro *quis* et *quis* pro *qui* relictum esse docet nota crit. ex qua textus corrigi potest et debet.

p. 77. In loco Plautino e Cist. auctor. Codd. Hdb. Dresd. 2. delendum est *et* ante *medioximi*.

p. 78. ἀπὸ τοῦ Σαλπιος. Vel unius Cod. Heidelb. auctoritate delenda haec sunt.

p. 80. l. 13. (Cap. VI. §. 34.) *Ionis filius*. Pro *Ionis* auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Edd. Ven. reponendum est *Ioïs*.

p. 83. l. 4. (Cap. VII, 38.) *vel in ne productam*. E Cod. Heidelb. scribendum *vel in e prod.*

ib. l. 13. (ib.) *ante d per synaeresim*. Cod. Heidelb. *ante des p. s.* scribi recte iubet.

p. 87. l. 6. 7. (Cap. VIII, 45.) Pro *Crete* leg. Κρήτη et pro

Hyle reponendum ἡ ὕλης denique *Διώνη* pro *Dione* scribendum est.

p. 88. l. 6. a fine. (Cap. VIII. §. 46.) *domus.* E Codd. Heidelb. Dresd. 2. reponendum *domos.*

p. 89. l. 3. a fine. (Cap. IX, 47.) Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *portus ab Alexandrea.*

p. 91. l. ult. Ad vocem *legatarius* MS. Heidelb. inter lineas hacc addit: *qui hereditatem paternam suscipit servandam, dum puer intra annos pueriles est.*

p. 92. l. 6. *hostiarius.* Hanc lectionem tuetur etiam MS. Dresd. 2.

p. 93. l. 3. *Syllanus*, corrige *Sullanus.*

ib. in Nota crit. ad vocem *Rubienus* corrige ita: „MS. Heidelb. explicat *Rubrenus* hac nota interlineari: *poëta pauper.* Pro *apienus* legendum fortasse *Abienus.* In Cod. Heidelb. explicatur in margine ita: *abienus nomen poëtae.* Pro *Abienus* MS. Dresd. 2. *abigenus;* idemque *rubrenus.*"

ib. in T. l. 4. a fine. (Cap. IX, 51.) Pro *hybernus* scribe *hibernus.* Atque sic hanc vocem semper scribi volui.

p. 95. l. 12. (Cap. X, 54.) *Silla Sillanus*, corrige *Sulla Sullanus.* Sic semper. lin 15. Pro *Iugurthinus* scribend. *Iugurtinus.*

p. 96. l. 2. *Salustius Salustianus* repone pro *Sallustius Sallustianus.* Per unam *l* hoc nomen ubique proferri volui et nunc volo.

p. 98. l. 3. (Cap. X, 59.) *visa est.* Adde e Codd. Heidelb. et Dresd. 2. caeterisque, qui in Nota critica nominantur, *mihi.*

p. 100. l. 2. *Pseudaenea.* MS. Dresd. 2. *pseudoma.*

p. 101. l. 6. 7. (Cap. XI, 63.) Auctoritate Cod. Heidelb. ejicienda sunt e textu haec: *a regno — a sto — a bene — a male.* Haec omnia inter lineas a glossatore scripta exstant in hoc Cod. Praestat illa MS. Dresd. 2.

LIB. III.

p. 102. l. 2. (I, 1.) Pro *sensus* e Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. edendum erat *sensu.* Receptam lectionem tuentur MSS. Lips. 2. 3.

p. 105. l. 4. (I, 4.) *Est* post *visus* omisit MS. Heidelb. tuetur Dresd. 2.

p. 107. l. 4. (I, 7.) *de illius ore fiunt sordidae.* MS. Heidelb. *de illius illae sunt sordidae.* MS. Dresd. 2. *de illius illae fiunt sordidae.* Hic liber tuetur ergo plerorumque Codicum lectionem. Locus Plautinus legitur in Epid. Act. III. Sc. 4. vs. 11. (vs. 433.)

p. 108. l. 2. *in Medo.* Ita et MSS. Heidelb. Dresd. 2.

p. 108. l. 7. *contra Quintum*. MS. Dresd. 2. *contraque*. Mox pro *solicitudo* MS. Heidelb. *solitudo*. Dresd. 2. *solitudo patria*.

ib. l. ult. *evaseris*. E MSS. Heidelb. Dresd. 2. edendum erat *evaserit*, idque nunc reponendum censeo.

ib. l. 6. (I, 8.) *exercitum industriorem*. Scribendum: *exercitum meliorem, industriorem*. Ita Codd. Heidelb. Dresd. 2. et caeteri in Nota Crit. nominati.

p. 111. l. 7. (II, 12.) Pro *Virg. in VIII.* repone *Virg. in IX*.

ib. l. 11. (Cap. II, 13.) *comparatur*. Scribe secundum Cod. Heidelb. *componitur*. In hoc Cod. vox *comparatur* supra scripta est.

p. 112. l. 3 (Cap. II, 14.) MS. Dresd. *et magnificissime excellissimeque honore*. MS. Heidelb. *et magnificissime excellissime excellimissique honore*.

p. 113. l. 6. (Cap. II, 15.) Pro 'Ιθάκηνδε lege: 'Ιθάκηνδ'.

p. 114. l. ult. (Cap. II, 17.) Repone e Cod. Heidelb. *fortissime gentis*. MS. Dresd. vulgatam tuetur.

p. 117. l. 5. (Cap. III, 20.) *funera, Ulixe*. MS. Dresd. 2. *numera ulixes*. MS. Heidelb. *funera ulixes*.

p. 119. l. 7. (Cap. III, 21.) *et proximior*. Hanc lectionem tuetur MS. Dresd. 2. Cod. Heidelb. *ut proximior*.

ib. l. 10. *dicit*. Reponendum: *dixit*.

ib. in N. l. 7. Pro δειρειν scribendum Δεῖξιν.

ib. l. 2. a fine. *citima a terris*. MSS. Dresd. 2. Heidelb. omiserunt *a* post *citima*.

p. 120. l. 3. (Cap. IV, 22.) *Porro inde*. MS. Heidelb. *Proinde* Receptam lectionem praestat MS. Dresd. 2. Pro *ad coelos* nunc quidem reponendum esse intellexi: *ac telos*, quam lectionem tuentur MSS. Heidelb. Dresd. 2.

ib. l. 10. a fine. Pro *quando* scribendum secundum Cod. Heidelb. *quod*.

p. 121. l. 5. *adverbio*. Repone e Cod. Heidelb. *adverbium*.

p. 123. l. 3. a fine. (Cap. V, 27.) *lucellum* scribendum erat pro *Lucellum*. In Cod. Heidelb. supra scriptum legitur *a lucro*.

p. 130. l. 3. (Cap. VI, 34.) MS. Heidelb. *escas*. MS. Dresd. 2. vulgatam tuetur.

ib. l. 6. MS. Dresd. 2. *Sucula quinto die recta*, rel.

ib. l. 9. Pro *capreae* MS. Heidelb. recte tuetur *caprae*. MS. Dresd. 2. *capree*.

p. 131. l. 3. a fine. (Cap. VI, 34.) *Sic*. MS. Heidelb. *si*, erasa litera *c*. MS. Dresd. 2. *Si*.

ib. l. 2. a fine. *coepi hoc*. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *hoc coepi*, idque reponendum est.

p. 134. l. 5. (Cap. III, 38.) coll. Lib. VI. Cap. 18. §. 94. (p.

285. lin. 2 et 1. a fine.) *Datores bellissimi negotioli senecis soletis esse.* Scribendum esse *senices*, docet ipse error ' odicum, *foenices* exhibentium. Cod. Heidelb. priori loco *senicis*, posteriori bis *senecis*. Cod. Dresd. 2. *senicis* utrobique. Cf. Iust. Lips. Antiqu. Lect. Cap. XIX. Lib. I. p. 330. Opp. Tom. I. „Senicem pro senem ἀρχαϊκῶς. Ita etiam inflexisse antiquos Priscianus diserte tradit prolato ejusdem Plauti exemplo: *Datores bellissimi negotioli senices soletis esse.* Nec dissimile est apud Nonium *senica* pro foemina sene. Pomponius: *Sed me exercet senica nequam, neque illa quid faciam scio.*" Haec ille. Cujus quidem viri sententia mihi certissima esse videtur. Restituendum igitur Prisciano nostro p. 285. lin. 2. *senicis* et lin. 1. in loco Plautino *senices* reponendum. Decepit fortasse librarios genitivus *senicis*, ut easdem literas Plauto etiam adscriberent, quod fieri minime debet.

p. 136. l. 3. a fine. (Cap. III, 42.) MS. Dresd. *Neque hic agimus erus percipiet*, rel. Pro *aquulam* MS. Dresd. 2. *aquula.*

p. 137. l. 5. *appone hic.* Hanc lectionem tuetur MS. Dresd. 2. Codex vero Heidelb. *appone hinc.*

ib. l. 13. *si servat.* Reponendum e Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2. *si servas.* Paulo ante Heidelb. Dresd. 2. *senicionem.* Iidem tamen *senecio.* Receptam formam tuentur MSS. Lips. 1. 2.

LIB. IV.

p. 139. l. 8. 9. (I, 1.) *Sed tamen specialem significationem habent.* Pro his in margine Cod. Heidelb. notata sunt haec: *quae a nominibus dirivantur appellantur denominativa licet non habeant sensum illorum quorum formas habent.* In Cod. Lips. 1. superiora, *sed tamen* rel. inter lineas perscripta sunt.

p. 140. l. 11. 12. Post *cautus* addidit Putschius *ἄομα.* Hanc vocem omisi ego, cum nullum ejus vestigium appareat neque in Codicibus, neque in Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. Idem vir doctus post *cubile* inseruit *κοιτών.* Hanc quoque vocem omittendam esse censui, cum absit ea a Codd. Heidelb. Luth. Zwicc. 1. 2. Erl. 1. 2. Lips. 2. 3. Dresd. 2. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt. Ald. Bas. Colon. In Cod. MS. Dresd. 1. legitur *Κνφω Κωφων*, et in Cod. Lips. 1. *Κνφωκωφη.* Quamvis vero ex hac voce, mutatis mutandis, sensus elici posset, tamen huc eam non pertinere certum esse videtur. Dum igitur ex aliis Codicibus lux accendatur, loco moventor ea, quae Putschius intrusit.

p. 141. l. 14. Scribe *Tiburtum*, *Tiburs*, per *i*, non per *y.*

p. 153. MS. Dresd. *Si quis mortuus est et Arpinatis ejus heredem sacra non sequuntur.* MS. Heidelb. *esset* pro *est.*

p. 156. l. 1. Scribe *juvenalis* pro *Iuvenalis.*

ib. in N. l. 5. a fine. *Hos* scribendum pro *hoc.*

p. 157. l. 6. MS. Heidelb. *reviviscere.*

p. 159. l. 2. (Cap. V, 28.) Pro *Hostia Hostiensis* reponendum *Ostia Ostiensis.* Ita MS. Heidelb.

p. 164. l. ult. (Cap. VII, 38.) Pro *ceritus* reponendum e Cod. Heidelb. *cerritus*.

L I B. V.

p. 168. l. 2. a fine. *Sulla* scribe pro *Silla*.

p. 171. l. 11. a fine. *Bibo*. MS. Heidelb. *bibon*.

p. 172. l. 7. (Cap. II, 10.) *Bogudis*. Ita MS. Dresd. 2. MS. Heidelb. *Bogudinis*. Mox pro CXIII. reponendum est e Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *centesimo quarto decimo*.

ib. l. 12. *alia gulae irritamenta*. Ita scribendum est secundum Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2.

p. 174. l. 7. (Cap. III, 12.) MS. Heidelb. *verrin — quemquam*. MS. Dresd. 2. totum versum ita reddit: *ferri affertur merces. Non hic suo seminio quequa porcule. nam inperturus e.*

p. 176. l. 10. MS. Dresd. 2. *YMBPΩC*.

p. 177. l. 7. a fine. (Cap. III, 16.) *Livius in VI*. MS. Heidelb. eundem praestat numerum. MS. Dresd. 2. VII. In Cod. Lips. 1. supra scriptum est IIIo. Lips. 3. *Livius in* 3o.

p. 178. l. 1. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *aliquid consiliam — reppereris*.

p. 188. l. 7. a fine. *Iuvenalis in* I. corrig. pro *Iuv. in* II.

p. 192. in N. l. 4. Post *similiter* ponendum est punctum. Nam vox *Claxendix* pertinet ad ea quae sequuntur.

p. 193. l. 4. a fine. (Cap. VII, 39.) *ἀνθίμιον*. Hanc vocem delendam censeo auctoritate Cod. Dresd. 2. qui cum iis Codd. quos in nota critica nominavi, eam vocem omittit. MS. Heidelb. *μελάνθιον*, quod receptae voci praestat.

p. 195. l. 4. a fine. (Cap. VIII, 42.) *later*. Foedum typothetae vitium. Scribendum *later*. Mox pro *calida latice* exhibet MS. Heidelb. *latice calida*. MS. Dresd. 2. *calido latice*. Foemininum recte poni videtur.

p. 197. l. 5. MS. Heidelb. *vivam*. Receptam lectionem tuetur MS. Dresd. 2.

ib. l. 13. *pro mare*. Auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. legendum *per mare*, (non *pro mare*,) eaeque voces ad versum pertinent et literis cursivis proferendae erant.

p. 202. l. 10. a fine. (Cap. X, 55.) *περιεκτικά* e Codd. reponendum pro *περιληπτικά*.

ib. l. 4. a fine. *nono* scribendum pro *octavo*.

p. 204. l. 2. *imperfectio*. Scribendum e Cod. Heidelb. *perfectio*. Item mox *perfecto* pro *imperfecto*. In Cod. Dresd. 2. ad *perfectio* et *perfecto* ab alia manu additum vel supra scriptum est: *i*.

ib. l. 9. a fine. *tribunusplebis* reponendum pro *tribunus plebis*. Item *benivolus* paulo post pro *benevolus*.

p. 206. l. 12. a fine. (Cap. XII, 61.) *divertorum*. Haec lo-

ctio falsissima est. Repone e Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *divisorum.*

p. 209. l. 14. (Cap. XII, 66.) Scribe: *armorumpotens*, *magistermilitum*, *asecretis*, *acaliculis*, *aresponsis*, *abatis.* MS. Dresd. *acaliculis* — *abatis.*

p. 210. l. 8. a fine. (Cap. XIII, 20.) E Cod. MS. Heidelb. reponendum *nisi si* pro *nisi.*

p. 213. l. 8. (Cap. XIII, 75.) Post *ἐμῖθεν* e Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. adjiciendum est: *οἴθεν.* Haec vox non legitur in Cod. Lips. 2.

p. 215. l. 8. (Cap. XIV, 78.) *agit.* MS. Heidelb. Dresd. 2. *ait.* Iidem libri pro *qua is* exhibent, MS. Heidelb. *quam is hoc*, MS. Dresd. 2. *quamvis hoc.* Uterque liber *au tu* pro *aiin' tu.*

LIB. VI.

p. 217. l. 3. (I, 1.) *facilitate.* MS. Heidelb. *facultate*, nec nisi e corr. *facilitate.* Illa lectio praestat.

p. 220. l. 4. a fine. (I, 4.) Pro *superiorum* e Codd. Heidelb. Dresd. 2. reponendum est *superiora.*

p. 221. l. 8. a fine. Nomen *Monetas* majuscula littera proferendum erat. Sic etiam in subsequentibus.

ib. *Runchus.* MS. Heidelb. *Rhumcus*, non *Rumchus*, ut dixi in nota crit. MS. Dresd. 2. *Runtius.*

p. 222. l. 3. a fine. Pro *Liberius* MS. Heidelb. *Laberius*, quod recipiendum erat. MS. Dresd. 2. vulgatam lectionem tuetur.

ib. l. 9. a fine. (Cap. II, 7.) Totum locum ita constituendum nunc censeo. *Plautus in Amphitruone: Nunc ne ornatum hunc vos meum admiremini, quod ego huc processi sic cum servili schema: pro schemate.* Addendum est e Codd. Heidelb. Dresd. 2. *sic* post *processi.* Ita vero legitur in Cod. Heidelb. *Pl. in Amph. servili schema pro schemate. Nunc — cum servili schema.* MS. Dresd. 2. *P. i. A. c. s. sch. p. sch. N. n. o. h. v. m. — cum servili schema.*

ib. l. ult. *ab oculis.* Ita MS. Dresd. 2. At vero Cod. Heidelb. *ob oculos.*

p. 223. l. 1. Pro *non viderit* recipiendam nunc quidem intellexi esse lectionem Codd. Heidelb. Dresd. 2. *ne videat.*

p. 225. l. 7. a fine. MS. Heidelb. *edendo* pro *edenda*, quam lectionem defendit MS. Dresd. 2. Item MS. Heidelb. mox *edendo* pro *edundo.*

p. 226. l. 4. Comma post *neutra* tollendum et post *sunt* ponendum est.

p. 227. l. 10. a fine. (Cap. III, 14.) *educat.* E Cod. Heidelb. reponendum *educit.* In hoc Cod. supra scripta sunt haec: *educat, nutrit, fovet.* MS. Dresd. *educet.*

p. 229. l. 5. (Cap. III. §. 16.) In loco Catoniano pro *Aquam Anienem* legendum est: *Aquam Anienam.* Scribendum

ita esse censuit Iustus etiam Lipsius. Cf. Var. Lect. Lib. I. Cap. 11. (Opp. Tom. I. p. 281.) „Addam hic etiam ejusdem Catonis locum contra Veturium, qui apud Prisc. vitiose ita legitur: *Aquam Anienem in sacrarium inferre oportebat; non minus autem XV millia Anien abest.* Legendum haud dubie et emendandum est: *Aquam Anienam*". Quam quidem sententiam ex ipso Prisciano confirmare potuisset vir immortalis. Nam Lib. II. Cap. IX. §. 50. (Vol. I. p. 93.) Prisc. haec tradit: *In aliis e longa, ut terrenus, egenus, alienus, abienus, Rubienus, Anienus. Unde Virg. Aniena fluenta.* Ergo vel invitis Codicibus restituendum est *Anienam.* Sed temere ego, et contra Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. omisi *autem* post *non minus*, quod reponendum est.

p. 230. l. 6. *Venere paeta.* MS. Heidelb. *venerepeta.* In margine explicatur ita: *veneris h. e. libidinis amator appellatur venerepeta.* MS. Dresd. 2. *d'venere petam.* In fragmento Cod. pervetusti, quod amicitiae Clarissimi Seebodii acceptum refero, legitur: *de venere peta;* inter lineas explicatur: *de luxuriosa.* Lips. 2. *devenere peta.*

p. 231. l. 1. *in Ioe.* Haec omisit MS. Heidelb. MS. Dresd. *in oe.* Equidem *in 'Ioῖ* legendum esse suspicor. Similiter dicit Pris. *Herodotus Κλειοῖ* Lib. XVIII. Cap. 23. §. 182. (Vol. II. p. 190.) Supra p. 80. Lib. II. Cap. VI. §. 34. *'Ioῦς* legendum est pro *Ionis.*

ib. l. 10. Hoc quidem loco MS. Heidelb. exhibet, *in Ioe.* MS. Dresd. *in oe.* At vero hic etiam *in 'Ioῖ* reponendum esse puto.

p. 233. l. 9. (Cap. IV, 21.) *allecem hanc* cursivis literis scribendum. Post *dicens* pone punctum. Reliqua inde a *Non habet* usque ad *lactis est* temere et falsissime literis cursivis distincta sunt. Nota critica ad §. 21. delenda est, et haec substituenda: *Quod Caper ostendit — dicens.* In Ed. Putsch. major posita est interpunctio ante *quod*, et additum huic voci *autem.* Equidem post *protulisse* posui virgulam, et Codd. auctoritate delevi *autem.* Mox pro *nec halec* secundum Codd. et Edd. vett. edidi *nec hoc.*

p. 236. l. 7. (Cap. V, 25.) In loco Plautino e Menaecchmis adducto pro *quia* secundum Codd. Heidelb. Dresd. 2. reponendum est *qui.*

p. 240. l. 11. Pro *t et s* auctoritate Cod. Heidelb. ponendum *s et t,*

ib. l. ult. Pro *ros* scribe *ϙos.* Ita Cod. Heidelb.

p. 241. l. 1. et l. 7. Bis pro *ros* repone *ϙos.*

ib. l. ult. In loco Donatiani omisit Cod. Heidelb. *et* ante *auditorum.*

p. 244. l. 1. *Totae.* Ita et MS. Dresd. 2. MS. Heidelb. *toti.* Idem liber cum Cod. Dresd. 2. mox *nulli* pro *nullae.* Uterque liber bis pro *nullae rei* exhibet *nulli rei.*

ib. l. 6. 7. a fine. (Cap. VII, 37.) Post *syllaba* ponendum est semicolon, et verba, *sesculo vel una vincet alterius syllabam*, cursivis literis distinguenda erant.

p. 245. l. 12. In loco Naevii MSS. Heidelb. Dresd. 2. *sis* praestant pro *scis*. Eorundem librorum auctoritate in sequente Caecilii loco *est* ante *Iovis* delendum erat. Abest etiam a Cod. Lips. 2. In Lips. 1. supra scriptum est. Pro *novus* MS. Lips. 2. *nobis*. Lips. 1. ante correctionem *nobus*; nunc ita: *no*ᵘ*us*.

p. 249. l. 6. a fine. *quidam* scribendum pro *quidem*.

p. 256. l. 15. (Cap. VI. §. 59.) *saporatam* pro *sopora tam* restituendum est e Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lectio *soporatam* prorsus falsa est. Iidem libri *rabida*. Hanc etiam lectionem receptae nunc praeferendam censeo.

p. 259. l. 7. a fine. (Cap. XI. §. 63.) *profert*. E Cod. Heidelb. recipienda est lectio *fertur*. MS. Dresd. 2. vulgatam tuetur.

p. 263. lin. 2. Locus Aruntii auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. ita legendus et interpunctione notandus est: *Capis, genus vasis pontificialis, diminutive capidula.* Deficit *est* in laudatis Codd.

p. 264. l. 9. (Cap. XIII, 68.) *facias*. Haec lectio falsa est. Auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2. restitue *facis*. Est versus Hipp. 710. Sequens versus legitur in Agam. 365.

ib. l. 11. *Falsidica*. MS. Heidelb. *falsifica*. MS. Dresd. 2. *falsidica*.

p. 265. l. 4. a fine. (Cap. XIII. §. 70.) *Sic Sophron Parenon pro Parenos dixit.* Hunc locum non magis ego emendavi, quam editores reliqui. Nunc vero ita scribendum esse censeo: *Sic Sophron παρ᾽ ἥρωνσι, non ἥρωσι dixit.* Ed. Asc. *παρ᾽ ἐρωνσινων ἐρωσινων*. Illud *νων* pro *non* positum est, hoc vero e male intellecto *νὼν* ortum et inde huic quoque voci additum. Cod. Dresd. 2. *sic̄* (sicut?) *sophron ΠαPcPoΠeCι* (sequitur lacuna; patet erasas esse literas has: *NoHe*, h. e. *non η*) *PoCι dixit.* Iunt. Ald. *ἥρων ἥρως*. Secundum Cod. Dresd. 2. legendum quis fortasse suspicetur *παρ᾽ ἡρώνεσι*. Huic lectioni obstat auctoritas Cod. Erl. 2. Ed. Asc. In nota Critica duae ultimae lineae: *Hi ergo Codices — Sinos* plane delendae sunt, cum nihil exhibeant, quod sanum sit.

p. 266. l. 1. Pro *γωβιὸς* legendum: *κωβιός*. Cf. p. 26.

ib. l. 7. Scribe ita: *Ἀνδρόγεος pro Ἀνδρογέως.*

p. 267. l. 10. Temere ego in Varronis loco contra tot Codicum et Edd. auctoritatem *quia* recepi pro *qui*, quod Codd. etiam Heidelb. Dresd. 2. Ed. Asc. exhibent.

ib. l. 3. a fine. (Cap. XIV, 73.) Pro *gratiam* auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2. Luth. Erl. 1. 2. Zwicc. 1. 2. reponendum est *gratia*.

p. 269. l. 4. a fine. *Agellius Noct. Att. libro V.* scribendum pro: *Ag. N. A. l. VI.* Est Cap. XIV. in libro quinto. Lips. 1. addit *et* ante *penetro.*

p. 271. l. 7. *Est specus.* Ita Lips. 2. *Et specus* Codd. Lips. 1. Heidelb. Dresd. 2.

ib. l. 13. *congeratur.* Codd. Lips. 2. Heidelb. *congeritur.*

ib. l. 17. (lin. 8. a fine.) *Deinde propinquos.* Auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. 3. Dresd. 2. delenda est vox *deinde.*

p. 279. l. 9. (Cap. XVI, 86.) Pro *satietas* e Cod. Heidelb. reponendum censeo *satias.* Legitur locus Solini in *Polyhist.* Cap. XXII. §. 2. ed. Bip.

p. 285. l. 2. et 1. a fine. Cf. quae supra ad p. 134. dicta sunt in his Analectis. Pro *senecis* scribendum *senicis* et in loco Plautino pro *senecis* reponendum *senices.*

p. 286. l. ult. *Livius in Ioe.* Quamvis haec sit omnium Codicum lectio, tamen, ut supra in his Analectis ad p. 231. dictum est, *in 'Ioi* ponendum esse conjicio.

p. 287. l. ult. et p. 288. l. 1. Nota critica docet, typothetae errore relicta esse: *Praeterea alio ejusdem conditionis.* Haec ergo delenda sunt.

LIB. VII.

p. 290. l. 7. a fine. *diphthongum* e Codd. reponendum pro *diphthongon.*

ib. l. 6. a fine. *habent* scrib. e Cod. Heidelb. pro *habet.*

p. 291. l. 5. *Equi* scrib. pro *equi.*

ib. l. 8. (Cap. II, 3.) In secundo Lucretii loco *foede* reponendum pro *foedi* auctoritate Cod. Heidelb. qui *phoede* exhibet.

p. 292. l. 6. (Cap. II, 4.) In Iuvenalis loco secundum Cod. Heidelb. *Occurras* pro *occurris* restituendum est. Subjunctivum praestant etiam edd. Iuven. Cod. Dresd. 2. *occurris in fronte.*

ib. l. 13. *pronuntiatur* pro *pronuntiantur*, quo falsum est, repone e Codd. Heidelb. Dresd. 2.

p. 294. l. 1. Typothetae errore *potiremur* pro *poteremur* editum esse docet nota critica, hunc locum spectans. Cod. etiam Heidelb. *poteremur.* Vulgatum tuetur MS. Dresd. 2.

ib. l. 6. In Hipponactis loco pro *κριτῇ* et *κρειά* scribendum haud dubie est *Χαρίτῃ* et *Χαριτά.* Ita MS. Dresd. 2. *caHT·C haI'·Te pro capita.* Ed. Iunt. omissa priore voce: *ἀπητῇ pro ἀπητά.* Ed. Asc. *ἀπιτῇ pro ἀπιτα.* Si Codicum Latinorum auctoritas in Graecis aliquid valeret, scribendum esset *σίτις* pro *σίη-θίς.* Quis autem praestet illam vocem, praesertim cum *ι* et *η* non magis quam *ϑ* et *τ* in his Codicibus sexcenties, imo millies permutatae sint.

p. 295. l. 2. (Cap. II, 8.) *Hyanteo* vel unius Cod. Heidelb. auctoritate scribendum pro *Hyantaeo.*

ib. l. 12. Temere ego *Orphei Calliope* edidi pro *Orphi Cal-*

liopea. Illud tuentur Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Nota ergo critica huic loco subjecta nihili est.

p. 296. l. 3. Pro *ejus* repone e Cod. Heidelb. *ejusdem.*

ib. l. 13. In loco Virgiliano e Cod. MS. Heidelb. restituendum est *domos* pro *domus.*

ib. l. 2. a fine. Auctoritate Cod. Heidelb. dele *pluralis* et in sequente linea *mutant* scribe pro *mutat.*

p. 300. l. 15. Hoc etiam loco *Orphi Calliopea* e Cod. Dresd. 2. reponendum est pro *Orphei* (quod Cod. Heidelb. habet) *Calliope.* Hoc damnat Cod. Heidelb.

ib. l. 2. a fine. *Lucanus in secundo* repone pro *Lucanus in sexto.* Est vs. 306.

p. 302. (Cap. V, 16.) l. 5. Pro *indulgeret* Cod. Heidelb. *indigeret.* Sequentia verba: *Perseo sese adjungunt*, leguntur in Cap. 5. Falsus est numerus, quem nota critica exhibet: 4. Cod. Lips. 1. *Perseum ad sese adjungunt.* Haec lectio falsa est. Nam ut pateret, nomen *Perseus* secundae esse declinationis, nominativi et dativi exempla proposuit Priscianus. *Ad Perseum misit.* Cod. Heidelb. *Persea.* Ita et libri Livii editi. Cod. MS. Dresd. 2. tuetur *Perseum.* Haec verba leguntur in Cap. 56. Iis, quae sequuntur: *Perseum filium*, praefigunt Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 2. *transgressus.* Lips. 1. totum hunc locum omisit; et recte, ut mihi quidem videtur. Ubi haec verba legantur, nescio. In nota critica delenda sunt: *in eodem.* 23.

Idem in XXXIX. *Areum et Alcibiadem.* Auctoritate Codd. MSS. Heidelb. Lips. 2. scribendum est: *Areus et Alcibiades.* Nam quamquam Lips. 2. *areu* exhibet; tamen sequens nominativus *alcibiades* demonstrat, prioris etiam nominis rectum casum esse debere. Nisi *alcibiades* luculentissime scriptum exstaret, posset quis suspicari, vocativum *Areu* scripsisse Priscianum, qui reperitur in Cap. 36. *Areu et Alcibiade.* Lips. 1. haec omnia omisit. Nominativum rectius hoc loco poni, quam accusativum, ex ipso Livio demonstrari posse videtur, cum in Cap. 35. legantur haec: *ubi Areus etiam et Alcibiades.* Nec opponi potest, quod hic nominativus nihil valeat ad accusativi formam demonstrandam, cum recte Priscianus prius de nominativo, ex quo declinatio intelligatur, constare debere existimaverit. Quam ob rem erroris nomine taxandi sunt editores Asc. et Iunt. quod supra *Perseum indulgeret* posuerint pro *Perseus indulgeret.*

In eodem: Quod Areum et Alcibiadem etc. Haec et quae sequuntur, omnes Codices expresserunt. Igitur egregie memoria sua deceptus est Priscianus, quia priora, *quod Areum et Alcibiadem*, leguntur haud procul ab initio Cap. XXXVI. reliqua autem, *ne Lacedaemonii possint reprehendere*, haud ita longe a fine ejusdem capitis, omissis illis: *Areum et Alcibiadem*, ita: *Quod, quum alii laudent, reprehendere ne Lacedaemonii quidem possint.*

p. 305. l. 2. a fine. Pro *urbis* reponendum est e MS. Heidelb. *urbes.*

p. 307. l. 9. Cod. Heidelb. omisit *veteres*, tuetur Dresd. 2.

ib. l. 6. a fine. Temere, imo perversissime scripsi *Cicero in VI. Verrinar.* pro *Cic. in III. Verr.*

p. 308. l. 1. Hoc etiam loco imprudentissime VII. scripsi pro IV. Est Act. II. Lib. II, 49.

ib. l. 2. *senatorium* repone e Codd. Lips. 1. 2. 3. Heidelb. Dresd. 2. pro *senatorum.* Ita et in Ciceronis edd. legitur.

p. 310. l. 3. In loco Virgiliano scribe *et tecta* pro *ac tecta* auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2.

ib. l. 4. (Cap. VI, 27.) Cod. Heidelb. *cupressusque.* Dresd. 2. *cupressus.* Lips. 1. *cupressosque.* Lips. 2. *cupressos.* Ita et Ec. Asc. Ed. Iunt. *cupressosque.* Legendum puto *cupressusque.*

p. 312. l. 12. (Cap. VII, 30.) *In al correptam masculina vel neutra.* Typothetae culpa omissum est *vel* ante *neutra.*

p. 313. l. 15. a fine (Cap. VII, 33. ab init.) Pr *Invenitur tamen et hoc*, repone e Cod. Heidelb. *Inveniuntur tamen et haec.*

p. 314. l. 10. (Cap. VII, 33.) Pro *Iuvenalis in V. Satira* scribendum est: *Iuvenalis in IV. Satirarum.* Est Sat. X. vs. 144. Nota Critica in imo margine p. 313., quae hunc locum spectat, delenda est.

ib l. 6. a fine. In loco Horatiano repone *plures* e Cod. Heidelb. pro *pluris*, quod exhibent MSS. Dresd. 2. Lips. 2. In Cod. Lips. 1. e corr. nunc quidem legitur *plures*, antea *pluris.*

p. 315. l. 1. Dele *ut* ante *hic et haec fur.*

ib. l. 3. Post *Arcas* inserendum est e Cod. Heidelb. *proprium.*

ib. l. 17. Pro *Iuvenalis in III.* scribe *Iuvenalis in V.*

ib. in N. l. 1. pro 437. scribe 731.

ib. l. 5. pro *tento* corrige *lento.*

p. 316. l. 8. Delendum *est* ante *id est.*

p. 318. l. 1. Pro *insit*, quod tuentur Codd. MSS. Lips. 1. 2. Dresd. 2. exhibet MS. Heidelb. *sit.*

ib. l. 3. *I urs.* scribe *In urs.*

ib. l. 10. Pro *accidisset* MSS. Heidelb. Dresd. 2. *accedisset.* Uterque liber *in terram.* Cf. quae dicta sunt ad Librum de metris Terentii §. 14.

p. 321. l. ult. Falsissimam et ineptissimam reliqui ego lectionem *qui genitivum similem nominativo.* Scribe: *qui genitivo similem nominativum.* Ita et Cod. Heidelb.

p. 325. l. 9. (Cap. X, 52.) In loco Iuvenalis e Sat. X. vers. 152. e Cod. Heidelb. reponendum est: *opposuit.* Dresd. 2. *imposuit*, quod falsum est.

p. 327. l. 9. a fine. (Cap. XI. §. 55.) *quippe quom.* Cod. Heidelb. *quippe quod.* Dresd. 2. *quippe quam.*

p. 327. l. 4. a fine. *clauduntur* Cod. Heidelb.

ib. l. 2. a fine. *et horrea.* Hoc monstrum lectionis non relinquendum, sed ferro exciuendum erat. Cod. Heidelb. *et horia,* et ita scribendum est. Supra scriptum legitur: *uavicula piscatoria est.* Cod. Dresd. 2. *et thorea.*

p. 329. l. 5. a fine. *satis celeris fis in tempore.* Ita hunc locum Codex etiam Heidelb. reddit. Dresd. 2. *satis celeris sit tempore.*

p. 331. l. 9. *Saevumquo.* Corrige: *Saevumque.*

p. 332. l. 12, 13. *Lucilius tamen ὁμοιοτρόπως Oleum Casinas.* Haec leguntur in omnibus editionibus. Codices his non patrocinantur. Secundum hos locus ita constituendus est: *Lucilius tamen, ὠμοτριβὲς ἔλαιον Casinas pro Casinate. ὠμοτριβὲς ἔλαιον* pro *ὁμοιοτρόπως* aperte habet Cod. Heidelb. in quo scriptum legitur: *OMOTPIBeOΛeON.* Nam *ομοτριβεOλεον* positum est pro *ομοτριβεCελαιον.* Literas *Ce* facile in *O* coalescere potuisse, nemo negabit. Lips. 1. *OMOTIPIOC* (id est *ὠμοτριβὲς*) *oleum.* Haec vox Latina ex interpretatione in textum illata est. Lips. 2. *HDAI* (id est *ἔλαιον*) *afPIΩC oleum.* Supra scriptum legitur: *oleum agreste.* Dresd. 2. *ornotos* (super *t* scriptum est *ι*) *oleum.* Prior vox monstrum est, ortum e male intellecta voce *ὠμοτριβές.* Quod in Cod. Heidelb. interlineari nota docetur: *nomen libri*, temere, puto, traditur. Ego potius credo, Graecas voces in ipso carmine positas fuisse. Lucilius enim frequenter Latinis Graeca admiscuit. Cf. C. Lucilii Sat. Reliquiae ed. a Franscisco Dousa. Amst. 1661. 4. „p. 17. *χῖός τε δυνάστης Οἶνος.* p. 19. *Εὔφωνα.* p. 35. *Si minu' delectat, quod ἄτεχνον Isocration est. Ὀχληρῶδεςque simul totum ac συμμειρακιῶδες.* p. 42. *Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis Fingens compono, hoc est, cum ψωλοκοποῦμαι.* p. 53. *Nam paucis male, sed sapientibus esse probatum Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.* p. 58. *Nunc censes καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον illam.* ib. *Amphitruonis ἄκοιτιν.* ib. *Τυρὼ εὐπατέρειαν.*" Agrum Casinatem olearum fertilem fuisse docet fragm. Varr. Ant. Rer. Hum. Lib. XI. p. 207. ed. Bip.

p. 333. l. 15. *Iuvenalis in III. Satira.* Pro *Satira* repone *Satirarum.*

p. 334. l. 8. Pro *fingendum* corrige *figendum* auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2.

p. 335. l. 9. Codd. Heidelb. Dresd. 2. *Atta.*

p. 337. in Notis l. 3. a fine. *Ita Lips.* 1. Corrige: *Ita Lips.* 2.

p. 338. l. 13. (Cap. XIII, 68.) In Horatii loco *vitabit* reponendum est e Cod. Heidelb. MS. Dresd. 2. receptam tuetur lectionem, *vitabat.*

p. 339. l. 6. *Claudius in octavo Annali.* Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 2. VIIII. Lips. 1. *in nono.* Scribendum ergo: *Claudius in nono Annali.* Nihili est, quod Nota Crit. dicit, *unum* Codicem habere IX.

p. 340. l. 6 (Cap. XIV, 70.) *illisit* in loco Ovidiano auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. scribendum pro *inlisit*.

ib. l. 11. a fine. *pro genitivis* scribend. pro eo, quod vitiose editum est, *pro genitivus*.

ib. l. 9. a fine. Placet lectio Codicis Heidelb. *nisi si* exhibentis pro *nisi*, quod tuentur Codd. Dresd. 2. Lips. 1. 2.

p. 341. l. 4. a fine. In loco Virgilii e XII. Aen. repone auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2. *Neque* pro *Nec*.

p. 342. l. 16. (Cap. XV, 74.) In loco Ciceronis Arateo temere ego reliqui *Navibus assumptis*, cum scribendum esset *Navibus absumptis*. Recte sic MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2.

ib. l. 5. a fine. Pro *Idem in III.* scribe: *Idem in IV.* Est versus 475.

p. 346. l. 2. a fine. Post *negotiis* addit MS. Heidelb. *ut prisca gens mortalium*. Quae recipienda censeo, quamvis absint a Codd. Dresd. 2. Lips. 1. 2.

p. 347. l. 7. a fine. *omni casui* pro *omni casu* legitur in Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 349. l. 4. (Cap. XVII, 84.) *ternos optare* pro *ternos aptare* legendum esse, docet Nota Crit. Ita et Cod. MS. Heidelb. Codd. MSS. Dresd. 2. Lips. 1. 2. tuentur *aptare*.

p. 351. l. 1. *adversum* pro *adversus* tuentur Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. Hic ergo eximendus est e numero eorum, quos *adversum* exhibere dixi in Nota Crit. p. 359.

ib. l. 6. *illorum* relinquere debebam auctoritate Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 354. l. 5. (Cap. XIX, 92) *Quis fuit ille dies* praestant Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 2. Cod. MS. Lips. *fata quis ille dies.*

p. 355. l. 11. (Cap. XIX, 94.) In loco Salustii e primo Hist. scribendum puto, *At deinde*, pro *At inde*. Praestant enim *deinde* Cod. MS. Heidelb. Tuentur *inde* Codd. Lips. 1. 2. In Dresd. 2. e media pagina excisa est particula.

ib. l. 13. a fine. *deficit* praestant Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 2. et Lips. 1. Hic et *usus* pro *usu*.

LIB. VIII.

p. 357. l. 4. *Et neutra enim, quae.* Ita auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 2. legendum est. Lips. 1. *Neutra enim dicuntur quae et.* Dresd. 2. *Et neutra quae.*

ib. l. 3. 2. a fine. Scribe: *significatione — commoditate — consonantia* auct. MSS. Lips. 1, 2. Heidelb. Dresd. 2. pro *significationem — commoditatem — consonantiam.*

p. 358. l. 14. *quotiens* repone pro *quoties*.

ib. l. 5. 4. a fine. *intelligis — ille.* Scribendum est aut *intelligitur — ille* auct. Cod. Lips. 2. aut *intelligis — illum* secundum Cod. Heidelb.

p. 359. l. 4. a fine. *In or enim.* Scribe: *In tor. enim* aucto-

ritate Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. MS. Dresd. 2. retinet vulgatum *or*.

p. 359. l. 10. a fine. *chaus* abest a Codd. Heidelb. Dresd. 2. idque nunc damnandum esse censeo. Veces a me expulsae, *for*, *dor*, absunt ab his quoque Codd.

p. 361. l. 8. a fine. *occurrant* pro *occurrent* Codd. Heidelb. Lips. 1. MS. Lips. 2. *occurrent*. MS. Dr. 2. *occurrunt*.

ib. l. 7. a fine. Pro διάθεσιν Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *affectum*. In illo Cod. haec inter lineas addita reperiuntur: *i. sensum vel appetitum gr. ΔIαTeCIN.*

p. 362. l. 8. *dico, quod vox*. Pro *quod* repone e Codd. Lips. 1, 2. Heidelb. Dresd. 2. *cum*.

ib. l. 2. a fine. *naturalis*. Ineptissima lectio! Reponendum e Codd. MSS. Lips. 2. Heidelb. Dresd. 2. *neutralis*. Lips. 1. tuetur receptum monstrum.

p. 363. l. 13. (Cap. III, 11.) In Varronis loco e Gynico MS. Heidelb. *remp.* pro *reipublicae*. Idem liber ante corr. *pugnant*. Pro *deorum cura* nunc quidem *decorum curant* e Cod. Lips. 2. recipiendum esse puto.

p. 367. l. 14. 15. (Cap. IV, 15.) Scribe *activa* — *passiva* pro *activam* — *passivam* auctoritate Cod. Heidelb.

ib. l. 17. Heidelb. e corr. *antistor*.

ib. l. 2. 1. a fine. Pro *dilargior*, quod praestat MS. Heidelb., Codd. Dresd. 2. Lips. 1. 2. *delargior*. Cum ordo deponentium in MSS. diversus sit, notabo hanc varietatem e Codd. MS. Lips. 1. *auxilior te et a te. Similiter amminiculor auguror adortor di*

apiscor abhominor consequor amplector adoror abutor miror

ortor aggredior. aspernor architector adsector adgumentor. reor vereor solor arbitror. blandior. consolor. conspicor comminiscor complector calumnior carnificor despicor demolior dominor depeculor delargior ementior exordior expedior frustror. hortor for faris fatur meditor obliviscor metor adulor. haec plerique rel. Lips. 2. *Similiter adulor adminiculor. auguror. adhortor. apiscor. abhominor. consequor. amplector. adorior. abutor. miror. antestor. execror. machinor. polliceor. aggredior. aspernor. architector. assector. argumentor. reor. vereor. solor. arbitror. blandior. consolor. conspicor. comminiscor. contestor. complector. calumnior. carnificor. dignor. despicor. demolior. meditor. dominor. depeculor. delargior. ementior. experior. exordior. frustror. hortor. for. faris. fatur. obliviscor metor. Haec plerique* rel. Dresd. 2. *Similiter adminiculor. auguror. adortor. adipiscor. abominor. consequor. amplector. aditior. abutor. Miror. antestor. aggredior. aspernor. architector. adsector. argumentor. reor. vereor. Solor arbitror. Blandior. Consolor. Conspicor. comminiscor. conplector. calumpnior. carnificor. despicor. demolior. dominor. depeculor. dilargior. ementior exordior. experior. Frustror. hortor. For faris fatur. Meditor. Obliviscor. metor. adu-*

lor. haec plerique rel. MS. Heidelb. *similiter adminiculor. auriguror. adhortor. apiscor. abominor. consequor. amplector. adorior. abutor. miror. antistor.* (i e corr.) *aggredior. aspernor. architector. adsector. argumentor. reor. vereor. solor. arbitror. blandior. consolor. conspicor. comminiscor. complector. calumnior. carnificor. despicor. demolior. dominor. depeculor. dilargior. ementior. exordior. experior. frustror hortor. for faris futur. meditor. obliviscor. metor. adulor. Haec plerique* rel. In Cod. Heidelb. omissa ergo sunt haec: *execror, machinor, polliceor, contestor, consector, dignor, detestor, morigeror, assequor, queror.* In Cod. Lips. 1. *antestor, execror, machinor, polliceor, consector, contestor, dignor, detestor, morigeror, assequor, queror.* In Cod. Lips. 2. *consector, contestor, dignor, detestor, morigeror, assequor, queror.* In Cod. Dresd. 2. *execror, machinor, polliceor, consector, contestor, dignor, detestor, morigeror, assequor, queror.* Edd. Asc. Ven. 1. cum nostra consentiunt, nisi quod *attestor* pro *antestor*, *exequor* pro *execor* praestant. Ego propter Codicum consensum delendas censeo has voces: *morigeror, assequor, queror.* Reliqua, quae in Codd. his non reperiuntur, cum in sequentibus explicentur, retinenda puto.

p. 368. l. 7. *adhortati προτραπέντες.* Haec cum absint a MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. 2. eliminanda esse censeo.

ib. l. 5. *A me auxiliatus est.* Ita Cod. Lips. 2. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *a me auxiliatus si est.* In Cod. Lips. 1. *si* linea transversim ducta distinctum conspicitur. Mox MS. Heidelb. *Lucilius Caesar.* Idem liber et Dresd. 2. Lips. 2. *Certe quae* pro *certaeque.* In MS. Lips. 1. legitur: *certe queres.* Ed. Asc. cum Ven. *quae certe res.*

p. 369. l. 8. *non ante contempnere* omittunt MSS. Heidelb. Dr. 2. In Lips. 1. *ut* deleta et superscripta est *et*; deinde *condemnare* expunctum et superscriptum est: *n̄ tempnere.* MS. Lips. 2. aperte et sine litura: *non contempnere.*

ib. l. 10. *Laelius.* MS. Heidelb. *Melius.* MS. Dr. 2. *Milius.* Pro *impubes*, quod praestant MSS. Heidelb. Dr. 2. Lips. 2., exhibet MS. Lips. 1. *impubis. προδιαμαρτυρηθῆναι* tuentur Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. 3. Dresd. 1. 2. igitur non erat haec vox sollicitanda. Cf. Henr. Io. Arntzenii Icti Miscell. Lib. (Diss. ad Legem II. Dig. de in Ius vocando.) Traj. ad Rhen. 1765. 8. p. 260. ubi haec leguntur: „Malim *antestari* hic exponere per testes vocare, et quidem tales, qui proximi sunt, vel primi, quique forte adstant eo loco, in quo id fit, de quo testis capitur. — Recte igitur Salmasius apud Prisc. VIII. p. 792. ed. Putsch. restituit *προσδιαμαρτυρηθῆναι* pro vulgato *προδιαμαρτυρηθῆναι*; in quo Prisciani loco Cod. meus praeterea exhibet *antistari*, sed utriusque verbi usum confudit Librarius — Quod vero Priscianus antestari interpretatur passive, ex loco Livii non satis procedit, cum et activo sensu possit capi.“ Haec hactenus Arntzenius. Quod vocem *antestari* attinet, retinendam eam neque mutandam esse puto. Supra quidem, ut adnotavi, exhibe-

hat Cod. Heidelb. e corr. *antistari*, nunc vero rectè posuit *antestari*, quod Codices omnes praestant.

p. 369. l. ult. *ἐπαγγέλλωνται*. Legendum: *ἐπαγγελθῶσιν*. Cod. Hdb. *eΠaΓΓΗΛΘΩeΤΗ*. (Hic *T* pro *I* et *II* pro *N* positum est.) Lips. 1. *eΠΑΙΤeΛΘΩCIN*. Lips. 2. *ΠΠΑΙΤΗΛΘOCINTe*. Dresd. 2. *eNaTTeΛtΩCIH*.

p. 370. l. 5. a fine. *tum* pro *tamen* exhibent Codd. MSS. Lips. 1. Luth. Heidelb. Dresd. 2. Facilis est confusio harum vocum, cum prior in Codd. *tŭ*, posterior *tn̆* scribi soleat. Patet, hoc loco *tum* recte poni. MS. Lips. 2. *tamen* praestat ita scriptum: *tn̆*.

p. 371. l. 1. *Laberius* scrib. pro *Lauerius*.

ib. l. 8. a fine. In loco Q. Pompeji praestant Codd. MSS. Heidelb. Dr. 2. *mille*. Receptam lectionem tuentur Lips. 1. 2. 3. Luth. Erl. 1. 2.

ib. l. 6. a fine. Pro *nusquam exoneratur* reponendum videtur *nunquam exoneratur* ex Heidelb. Lips. 2. MS. Lips. 1. praestat *nusquam*.

p. 372. l. 1. MS. Heidelb. *Lucilius Caelius*. MS. Dresd. 2. *Lucius Coelius*.

ib. l. 7. *in te*, prorsus damnandum, recte omittunt MSS. Heidelb. Dresd. 2. In Lips. 1. *initae* expunctum et superscriptum est: *ut te*. Mox pro *Laberius* Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. *Lauerius*.

p. 373. l. ult. (Cap. IV, 21.) In loco Liviano exhibet pro *tribunum plebei* Cod. Heidelb. *marco tribuno plebei*; MS. Dr. 2. *tribuno nomen plebei*; MS. Lips. 1. *tribuno m nomen plebei*; MS. Lips. 2. *tribuno marco plebei*. Lips. 3. omisit hunc locum.

p. 374. l. 4. Pro *est instipulatus* MS. Lips. 2. *instipulatur*.

ib. l. 6. Pro *nive* Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. *sive*, quod reponendum esse videtur. Pro *dum siem* Lips. 2. *dum si est*. Lips. 1. eadem e correctione exhibet. Dr. 2. *dū si ē*, quod *dum si est* et *dum siem* significare potest.

p. 375. l. 4. a fine. Ad *rotarum* addunt MSS. Heidelb. Lips. 1. *subjiciunt lapsus*. Omittunt haec MSS. Dr. 2. Lips. 2.

p. 376. l. 6. Unde ortum sit glossema, quod in libris editis legitur post *anclo*, *perficior pro perficio*, docet MS. Heidelb. in quo loco *τοῦ anclor pro anclo* leguntur haec: *anclo et anclor pro perficio*. Nam *perficio* additum est olim ad vocem *anclo* sive *anclor* explicandam. Inde in textum illatum est.

ib. l. 8. *delapidor pro delapido*. Ita Codd. MSS. Lips. 1. Luth. Erl. 1. 2. Dresd. 2. MS. Heidelb. *dilapidor pro delapido* (sic). MS. Lips. 2. *dilapidor pro dilapido*.

p. 377. l. 5. Pro *Camertae* MS. Heidelb. *camerti*, MS. Lips. 2. *camillae*. Receptam lect. tuentur MSS. Lips. 1. Dr. 2. Pro *adsimulata*, quod defendunt MSS. Dr. 2. Lips. 1., exhibent Codd. Lips. 2. Heidelb. *assimilata*.

ib. l. 12. *auspicor* scribendum, et vi expellendum *auspicior*.

ib. in Notis l. 3. a fine. *saviare* pro *savire* reponendum. Haec enim forma etiam legitur in Nonio.

ib. in Textu l. ult. Pro *sevire* reperitur in Cod. Dresd. 2. *secure*. Lectio maxime memorabilis. Equidem non dubito, quin, hac ope recepta, nodus Gordius solutus sit felicissime. Caeteri Codices omnes, nullo excepto, tuentur *sevire*. In Cod. Lips. 3. hic Caecilii locus omissus est. Ed. Asc. *servire* exhibet. Illud *secure* tum lapathis optimum sensum funderet, si Claudius in antecedentibus de lapidibus factis narrasse, nunc vero reconciliatae amicitiae mentionem injicere putandus esset.

p. 378. l. 5. a fine. MS. Heidelb. *distinet*. Reliqui Codd. *detinet*.

p. 379. l. 9. *activo est eo usus*. Addendum erat *eo* e Codd. Lips. 1. 2. Heidelb. Dresd. 2.

ib. l. 14. *majore* pro *majori* reponendum e Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

ib. l. 10. a fine. *adsimulata* sive *assimulata*, non *adsimilata* sive *assimilata*, exhibent hoc loco Codd. omnes. MS. Heidelb. *Camerti*, ut supra.

p. 380. l. 8. (Cap. VI, 29.) Furca expellendum est: *quaerito et quaeritor*. Reponendum est *quirito et quiritor*. Ita Codd. MSS. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. In Lips. 1. ita legitur: *querito et queritor*. Ed. Asc. *quirito et quiritor*.

ib. l. 11. a fine. *solero et soleror*. Monstrum hoc lectionis esse censeo, quamvis illud foveant Codd. MSS. Lips. 1. Dresd. 2. Lips. 3. Ed. Asc. Repone e Cod. Heidelb. *solo et solor*. Lips. 2. neque hoc neque illud exhibet. Recepta vox desideratur in Thesauro Lat. Forcellini. Non immerito igitur suspecta est.

p. 381. l. 15. Pro *liquavit*, quod tuetur Lips. 2., exhibent Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1. Dresd. 2. *liquarit*. In Lucani edd. legitur: *Exceptaque pila liquavit*. Praeteritum ergo retinendum est.

ib. l. ult. Vel unius Cod. Heidelb. auctoritate Titinnii locus in nota p. 367. scribendus est ita: *Consilium bonum gratia parvi faciatur*. Addit enim MS. Heidelb. hoc etiam loco *consilium* et omittit *ut*. Receptam lectionem exhibent MSS. Dr. 2. Lips. 2. et 1. nisi quod hic *faciantur* vitiose dedit.

p. 382. l. 7. a fine. *Sic* ante *Matho* omisit MS. Heidelb. exhibet MS. Dr. 2.

p. 383. l. 2. MS. Heidelb. *quid faciunt*. MS. Dresd. 2. *quid faciant*. Ed. Asc. *quae fiant*. Ed. Iunt. *qui faciunt*. Paulo ante *Coelius* pro *Caecilius* scribendum esse docet nota critica ad h. l.

ib. l. 2. 1. a fine. Pro *te fodere aut arare*. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *fodere arare*, omissis *te* et *aut*.

p. 385. l. 2. Typothetae errore *Cui ego* scriptum est pro *Cur ego*. Haec est lectio Codd. MSS. Lips. 1. 2. 3. Edd. omnium. Neque tamen spernenda esse videtur lectio, quam MSS. Heidelb. Dresd. 2. exhibent: *cur ergo*.

p. 385. l. 8. a fine. *sint* pro *sunt* reponendum est e Cod. Heidelb.

p. 386. l. 6. Expuugendum ὀλισθαίνεις, quod otiosissimum est, neque reperitur in Codd. MSS. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. Lips. omisit hic et deinceps Graeca.

ib. l. 14. θεμελιῶ scribendum pro θεμελιόω auctoritate Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1.

ib. l. 10. a fine. καταπλήττομαι. MS. Heidelb. *ιΠιΡΟΜαι*. Dresd. 2. *consternor in mente — consternor exterius*. MS. Lips. 1. 2. Graeca omiserunt. In Lips. 1. deficiunt etiam *consternor consterneris*.

ib. in Notis l. 5. a fine. Post: *Reperire — non potui* adde haec: Respicit haud dubie Lib. IV. vs. 68. ubi legitur: *Uritur infelix Dido.*

p. 387. l. 11. *si* ante *vinceretur* auctoritate Cod. Heidelb. delendum est.

p. 388. l. 12. a fine. τύψομαι. MS. Heidelb. *YIOMαι* et *YIOMe*. MS. Dresd. 2. *ΤΥΦΟΤΟΙΤΚαι*. MSS. Lips. 1. 2. omiserunt. Mox pro τετύψομαι MSS. Lips. 1. *ετετύψομαι*. MS. Lips. 2. omisit.

p. 389. l. 4. *coeperint — sint*. Ita MS. Lips. 1. At enim vero nunc recipiendam censeo lectionem Codd. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. aperte *coeperunt — sunt* exhibentium.

ib. l. 4. a fine. *Nec solum*. Repone e Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 1. *Non solum.*

p. 393. l. 6. 5. a fine. (Cap. IX, 45.) τοῦ ἀναγνωστέον — τοῦ ἀναγνῶναι. Articulus τοῦ ante ἀναγνωστέον et ante ἀναγνῶναι delendus est auctoritate Codd. Heidelb. Dr. 2. Lips. 1. MS. Lips. 2. omisit Graeca.

ib. l. 3. a fine. τοῦ ἔχειν. Auctoritate MSS. Heidelb. Lips. 1. Dresd. 2. delendum est τοῦ. MS. Lips. 2. pro Graecis vocibus exhibet *G*.

p. 295. l. 4. *quod debet fieri*. Reponendum e Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. *qui* pro *quod*. Mox Heidelb. *quem debemus sequi*. Receptam lectionem, *quem debent sequi*, praestant MSS. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 396. l. 5. (Cap. IX, 48.) ἀπὸ τοῦ παρακαλεῖν καὶ ἀπὸ τοῦ παρακαλεῖσθαι. Reponendum: τῷ παρακαλεῖν καὶ τῷ παρακαλεῖσθαι. Cod. MS. Heidelb. *Τω ΠαΡαΚαΛειΝΚαι Τω ΠαΡαΚαΛειCΤαι*. Lips. 1. *Τω ΠαΡαΚααειC Και ΤΟΤ* (pro τωι = τῷ) *ΠαΡααειCΘαιΝ*. Dresd. 2. *ΤΟπαΡα . Kalem . Και Τω ΠαΡαΚαΝCeY*.

ib. l. 10. Post ἀνεγνωκέναι auct. Codd. Heidelb. Lips. 1. Dresd. 2. χάριν ponendum, idque post ἀναγινώσκειν expungendum. Pro ἀναγνῶναι scribendum nunc censeo ἀναγνώσεσθαι. Ita Cod. Heidelb. *αΝαΓΝωCeΘeΤ*. Lips. 1. *αΝαΓΝωΟCeCΘαι*. Post ὁμοίως δὲ inserendum est e Codd. Heidelb. Lips. 1. καὶ τοῦ ἀνε-

γνῶσθαι. Cod. Hdb. ita: *oMowC Δe KaI TOY aNeΓNOCTaY Kai TωY aNeΓNΩCTai.* Lips. 1. *OωOeOC.* de *Kai TOY aNeΓNOCTaI. Kai TOY aNeΓNωCTaI.*

p. 397. l. ult. a fine. Pro *dicor* e Cod. Heidelb. reponendum est *nuncupor*, cujus glossema illud *dicor* recte habetur.

p. 398. l. 13. *cum deest.* Ita Lips. 2. At MSS. Heidelb. Lips. 1. *cui deest.*

p. 399. l. 9. (Cap. X, 54.) Pro *τοῦ πάλαι* e Codd. Lips. 1. Heidelb. scribendum est *τοῦ δὲ πάλαι.* et auctoritate Codd. MSS. Lips. 1. 2. Heidelb. Dresd. proxime antecedens *et adjectione* expungendum est.

p. 400. l. 15. (Cap. X, 56.) *cum praeterito vero perfecto plusquamperfectum.* Alii Codices *et plusquamperfecto.* Ego Cod. Luth. auctoritate delendum esse censeo *plusquamperfectum*, nam sermo est de futuro. Recte igitur in Cod. Lips. 2. linea subterducta spuria declarata est haec vox. Lectio *et plusquamperfecto* e correctione nata est.

p. 401. l. 14. Post *matertera* major ponenda est interpunctio et *Bonus* scribendum pro *bonus.* Paulo ante reponendum erat: *Sed tamen quamvis*, pro: *Sed quamvis*, auct. Codd. Heidelb. Lips. 1.

p. 402. l. 15. *messui* scribendum pro *messivi* auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 1. 2. Luth. Erl. 1. 2.

p. 403. l. 4. Ante *τετυμμένοι εἰσὶ* inserenda haec sunt e Codd. Lips. 1. Heidelb. *τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, τετύμμεθα.* Pro *τετυμμένοι εἴην* scribe: *τετυμμένος εἴην.*

ib. l. 8. a fine. Cod. Heidelb. *in mensuris.* Dresd. 2. *in mensoribus.*

p. 405. l. 11. a fine. (Cap. XII, 64.) Post *alius* auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. delendum est *modus*, et pro *praeponitur* secundum Codd. Lips. 1. Heidelb. Dresd. 2. scribendum *praeponeretur.* MS. Lips. 2. *praeponetur.*

p. 407. In loco Virgilii e Bucolicis exhibent MSS. Heidelb. Dresd. 2. receptum *vitulam.*

p. 409. l. 2. a fine. MS. Heidelb. *tollant.*

p. 411. l. 1. *ἰδιοπάθειαν.* MS. Heidelb. Lips. 1. Dresd. 2. *αὐτοπάθειαν.*

ib. l. 7. *concupiscat.* MS. Heidelb. *concupiscam.*

p. 413. l. 6. a fine. *raroque usquam.* MS. Lips. 1. raroque u
usquã.

p. 414. l. 1. *Iuven. in V.* scribend. pro *Iuvenalis in II.*

p. 414. l. 4. a fine. *ὀψίοντα.* Falsum hoc. Codd. MSS. Heidelb. *OΨιOωNTa.* Dresd. 2. *OΨιωONτa.* Lips. 1. *OYιOωNTa.* Lips. 2. omisit. Scribendum ergo: *ὀψιῶντα.*

p. 415. l. 2. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *plenae.* Equidem nunc *plane* poni velim. Nam in Codd. *plane* et *planae* facillime confunduntur. Codd. Lips. 1. 2. *plane* referre nunc demum, cum accuratius inspexi, vidi.

ib. l. 8. a fine. MS. Heidelb. constanter tuetur *placidam.* Lips. 1. hoc loco hanc lectionem confirmat. Dresd. 2. *placitam.*

p. 416. l. 7. *ductas* abest a MSS. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. idque delendum censeo. In Cod. Lips. 1. post *ducto* supra scriptum est: *tas.*

p. 416. l. 11. a fine. Scribe volui *vilico* — *vilicor* et sic semper. Ita et Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1.

p. 417. l. 4. a fine. Cod. MS. Heidelb. *podagrer* pro *podager.*

p. 418. l. 3. a fine. *dispicio* pro *despicio* repone e Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1. Receptam lectionem tuentur MSS. Lips. 2. Dresd. 2.

p. 425. l. 5. a fine. Auctoritate Codd. MSS. Heidelb. Lips. 1. Luth. Erl. 1. 2. Zwicc. 2. expelle *a taberna tabernatus.*

p. 428. in Notis l. 4. *Lucanus in* VI, 623. corrig. pro *Luc.* IV, 780.

ib. l. 14. E Cod. Heidelb. reponend. *densaturque* pro *densatur.* Pro IX. scrib. IV. Est vs. 780. 81. In Luc. legitur *densetur que.*

p. 429. l. 16. *unde κρύπτω.* Haec omittenda sunt secundum Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 2. In Cod. Lips. 1. non leguntur *κρύβω ἔκρυψα.*

ib. l. ult. *λέξω* delendum est auct. Codd. Heidelb. Lips. 1. 2.

p. 430. l. 1. *πλέκω πλέξω ἔπλεξα, ἄρχω ἄρξω ἦρξα.* Haec omnia delenda sunt. Repone e Codd. MSS. Lips. 1. 2. *εἴκω εἶξα, ἄρχω ἦρξα.* Ita Lips. 1. *εικω ειZα αρχω αPξα.* Lips. 2. *εικω.*
ungo venio veni
ειξα. αΓχω. ειξα. Cod. Heidelb. *ΑΙΓω. εικω. ειξΑ.* In margi-
unxi ango anxi
ne haec adduntur: *εΑιξΑ αΓΧω εΓξΑ.*

ib. l. 8. Post *χύτρα* pone *quod est ionicum*, et dele easdem voces post *ἐνταῦθα* positas, auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 1. 2.

patior passus sum.
ib. 12. 13. *πειθω επεισα.* MS. Heidelb. *ΠΑΗΘω εΠΑΗCΑ.* Cod. Lips. 2. *παθω. εΝαΘεCα.* Legendum fortasse: *πλήθω ἔπλησα.*

ib. *ὁρίζω ὥρισα λεύσσω ἔλευσα.* Haec expungenda sunt. E Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. scribendum primum est: *φράζω ἔφρασα;* deinde e Cod. Heidelb. *πλάσσω ἔπλασα.* Ita hic Cod. *φPαZω εφPαCα. ΠΛαCCω εΠΛαCια.* Cod. Lips. 1. *ΦPαζο e* (erasae literae) *αCα ΠιαCα.* Lips. 2. *φPατο εφPαCα. ΓαC-Cω. εΓαCεα.* Dresd. 2. *φιρατω εφιραcα. Πιαω. enlacca.*

p. 430. l. 17. a fine. *τίλλω ἔτιλα.* Haec delenda sunt. Repone e Codd. MSS. Heidelb. Lips. 2. *πάλω ἔπαλα.* Heidelb. *Πα-Λω* (supra script. *luctor.*) *eΠα-Λα* (supra scriptum: *inde Palamedes.*) Cod. Lips. 2. *ΠΑΛω eΠα-Λα.* Lips. 1. nihil quam *ΠααΠα.* Dresd. 2. *πααω.* Pro *τείνω ἔτεινα* e Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2 reponendum est *πίνω ἔπινα.*

p. 432. l. 1. *pronomen* corrige pro *pronomon.* Item pro *vel legis tu* scribendum e Cod. Heidelb. *intelligis tu.*

ib. in Notis l. 3. pro 496. corrige 596.

p. 433. l. 12. a fine. (Cap. XVIII, 104.) *λίγξε βιός.* Haec delenda sunt auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 434. l. 6. a fine. *plurales. In verbo.* Ita interpungendum.

ib. *ἔχαιρον ἐγὼ οἵ τε φίλοι συνέχαιρόν μοι.* Haec expungenda esse, cum per se patet, tum MSS. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. ostendunt omittentes. Reperiuntur quidem in Edd. Asc. Iunt. Ven. 2. Ald. et reliquis, sed in Edd. vetustissimis omissa sunt ea, quae antecedunt. Igitur Ald. editor haec, superflua sane, et a prioribus editoribus ex ingenio conficta, bona fide in suam transtulit, ex qua in reliquas deinde omnes derivata sunt.

L I B. IX.

p. 436. l. 8. a fine. Ita interpungendum est: *tres habet motus: in principio et in fine.*

p. 438. l. 14. *volo* ante *volis* auct. Cod. Heidelb. delendum est.

ib. l. 16. *diximus* corrige pro *dicimus.*

ib. l. 5. a fine. *HOC* auct. Cod. Heidelb. reponendum pro *pos.*

p. 439. l. 5. 4. a fine. *causa est corruptio secundae personae.* Ita scribendum e Cod. Heidelb. pro *corruptionis secunda persona.*

p. 440. l. ult. *qui* pro *quod* reponendum e Cod. Heidelb.

p. 442. l. 9. a fine. Pro *reputo* e Codd. MSS. Luth. Lips. 1. 2. Erl. 1. Heidelb. Dresd. 2. scribendum erat *puto.*

p. 444. l. 9. *mutabitur* pro *mutatur* restituendum e Cod. Hdb.

p. 445. l. 15. Cod. Heidelb. *nupta* pro *nuptiae*, quod tuentur MSS. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 446. l. 8. *accerso accersivi* pro *arcesso arcessivi* restituendum est e MS. Heidelb. Receptam lectionem tuentur MSS. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 447. l. 3. 4. (Cap. IV, 22.) *alias pr. alias fin.* Reponendum e Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. *aliae — aliae.*

ib. l. 6. a fine. MSS. Heidelb. Dresd. 2. *antepenultimam* pro *penultimam.*

p. 452. l. 5. a fine. Pro *cum id* MSS. Heidelb. Lips. 1. *cum hic.* MSS. Lips. 2. Dresd. 2. receptam tuentur lectionem.

p. 452. l. 2. a fine. Pro *Ideoque* restituendum e Codd. Heidelb. Lips. 1. Dresd. 2. *Ideo quod.*

p. 453. l. 10. a fine. Pro *daturus datus* scribendum: *datus daturus.*

p. 455. l. 11. Pro *sacrasset*, quod exhibet MS. Lips. 2., recipiendum erat *sacrarat* e Cod. Lips. 1. MS. Heidelb. *sacravit.* MS. Dresd. 2. *sacrasse.* Paulo ante MS. Heidelb. *vertat* pro recepto *vertit.*

p. 462. l. 1. Omisit Cod. Heidelb. *strido stridis*, quae exhibent MSS. Lips. 1. 2.

ib. l. 3. a fine. *Idque.* MS. Lips. 2. *Atque.* Pro *admiratum* MS. Heidelb. *admirantum.*

p. 466. l. 11. Ita interpungendum: *reliqueris, a tergeo.*

p. 468. l. 4. Pro *adoletus*, quod praestat Lips. 2. et Dresd. 2., exhibent MSS. Lips. 2. Heidelb. *adolitus*, quod recipiendum esse censeo.

ib. l. 11. a fine. *obsoleverunt* exhibent MSS. Lips. 1. 2. Cod. Heidelb. *obsoluerunt.* Ita et Dr. 2.

Ib. l. 2. a fine. (Cap. X, 54.) Pro *antiqua et obsoleta* repone *antiqua etiam et aboleta.* Ita Cod. MS. Lips. 1. Cod. Heidelb. *antiqua etiam et absoleta.* Lips. 2. *antiqua et aboleta.* Dr. 2. *antiqua etiam obsoleta.*

p. 469. l. 6. Auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. expungendum *que* post *corruptas.*

ib. l. 10. Ante *aboletum* inserendum est e Cod. Heidelb. *abolevi.*

p. 471. l. 3. Secundum Codd. Heidelb. Dresd. 2. delendum est *non* ante *inveni.* In MS. Lips. 2. legitur *non invenitur.* In Cod. Lips. 1. duo folia hic excisa sunt.

LIB. X.

p. 473. l. 10. Post *Horatius* ponit Cod. Heidelb. *In I. Sermonum.*

p. 473. l. 13. *in me veniant.* Cod. Heidelb. *veniat*, quod recipiendum erat. Cf. Bentlejum ad Horatii locum, qui in tribus Prisciani membranis *veniat* se reperisse dicit.

ib. l. 9. a fine. *ut ea quae sunt.* Multo praestantiorem lectionem — *quae sint* recipere debebam e Codd. Hdb. Lips. 2.

ib. l. 4. a fine. *Idem ad eundem in IV.* Scribendum e Codd. Heidelb. Dresd. 2. Lips. 2. *Idem ad eundem in V.* Pro *inquit* Cod. Heidelb. *inquiet*, quod retinendum erat.

p. 477. l. 16. (Cap. II, 7.) *resipiisse pro resipuisse.* Auctoritate Cod. Heidelb. corrige ita: *resipisse pro resipivisse.* Hanc lectionem unice veram esse docet contextus.

ib. l. 11. a fine. *Pol magis sapuisset.* Hic locus secundum

Cod. Heidelb. ita legendus est: *Pol magis sapisset.* Lips. 2. *sapiisset.* Dresd. 2. *sapuisset*, quod falsum est.

p. 478. l. 17. Cod. Heidelb. *maxima gloria.*

ib. l. 18. *Terentius in Eunucho.* Hic locus e Cod. Heidelb. ita reddendus erat: *Risu omnes, qui aderant, emoriri: denique metuebant.* Est Act. III. Sc. 1. vs. 42. MS. Lips. 2. vulgata refert, cum quo consentit Dresd. 2.

ib. l. 7. Pro *nil ortum* Codd. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. *nihil ortum*, quae lectio recipienda erat.

p. 479. l. 18. *Naevius in Iliadis secundo* exhibent Codd. Heidelb. Dresd. 2. pro — *in Iliados* II. Cod. Dresd. 2. omittit *foecundo.* In Cod. MS. Lips. 1. geminatum est *penetrat*, et pro *foecundo* legitur *secundo.* Lips. 2. *Nevius in iliade II. Fecundo* etc. Mox pro *Papyrianus* scribend. *Papirianus.*

p. 480. l. 17. Cod. Heidelb. praestat *Quae* pro *Quem* in loco Ciceronis Arateo. Hoc tamen tuentur Codd. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

p. 481. l. 5. *occurrere* retinendum erat, cum id praestent Codd. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. Lipsiensis etiam primus hanc lectionem exhibet, quem in Nota Crit. temere *accurrere* referre dixi.

ib. l. 7. Pro *Ecquid* praestat Cod. Heidelb. *ecquis*. Codd. Lips. 1. 2. *et quidem*, sive *et quid.* Compendio scripturae usi sunt hoc: *qd̄*.

p. 482. *Lucilius in XXIII.* Cod. Heidelb. XXIV. Receptum numerum praestant MSS. Lips. 1. 2. Liber Heidelb. deinde addit *In.* Lips. 2. *Iocūdiisque* pro *jocundasque.* MS. Dresd. 2. *Lucilius in* VIII. *Incanda'que.*

p. 482. l. 5. a fine. *psi in ptum.* Corrige auctoritate Codd. Heidelb. Lips. 1. *si in tum.*

p. 484. l. 11. (Cap. III, 17.) Pro *Vacca*, quod absurdum est, restitue vel ex uno Cod. Lips. 1. *Bacca.* Dresd. 2. *in vacali marsupio.* Heidelb. vulgatam tuetur. Placere possit et *in baculi marsupio.*

p. 485. l. 9. a fine. Hoc Ciceronis fragmentum sumptum est e libro, in laudem Catonis majoris conscripto. Ad hunc librum ergo ab editoribus fragmentum Cic. referri illud debebat.

p. 487. l. 9. (Cap. III, 20.) Porro expellendum est *aetas* ante *senecto* in loco Salustii ex Hist. IV. Cf. Lib. IX. Cap. 9. §. 49. pag. 484. Abest *aetas* a Cod. praestantissimo Heidelb. Retinetur a Codd. Lips. 1. 2. Dresd. 2.

ib. l. 5. 6. a fine. *a nobis* delendum auct. Cod. Heidelb.

ib. l. ult. Temere ego *rego* scripsi pro *pergo*, cum haec sit unice vera lectio, quam confirmant inter alios Codd. Lips. 1. Heidelb. Dresd. 2. Ipse auctor mox dicit: *expergiscor a pergo pergis.*

p. 488. l. 4. *moechetur* abest a Cod. Heidelb. Idem *sordi* pro *sordido.* Totum hunc locum expressit Cod. Dresd. 2. ita:
i
Celius — in imbrif. M dormitum suadet ū eā q'q (quisquam?) *et si ego dormivero tute idem ubi eris experrectus.*

ib. l. 7. a fine. *comprobo.* Falsissime sic edidi. Egregia est lectio, quam praestant Codd. Heidelb. Lips. 1. Dresd. 2. *comprobabo*, quae et in ed. Putsch. reperitur. Lips. 2. *compbor. p. comoda.* In hoc igitur Codice *comprobo* legitur. At vero indicativus praesentis propter antecedentem conjunct. ferri nequit.

ib. l. ult. Pro *usque* liber aureus Heidelb. *usquam*, quae lectio recipienda est.

p. 489. l. 1. Pro *deficior* scribendum e Codd. Lips. 1. 2. Dr. 2. *deficio.* MS. Heidelb. *defio.* Cf. quae dicta sunt ad Lib. XVII. Cap. IV. §. 27. (Vol. II. p. 21.)

ib. l. 5. a fine. *pepedit* dedi ego e Codd. Lips. 1. 2. Vulgatam lectionem *pepedi* exhibent Codd. Heidelb. Dresd. 2. Paulo ante in loco Caecilii ex Epiclero omisit Lips. 2. *ibi.* Codd. Heidelb. Dresd. 2. *ubi.* MS. Lips. 1. *ibi.*

ib. l. 8. a fine. Comma post *castra* ponendum est. Locus ubi sit, nescio.

p. 490. l. 1. Pro *V. Theb.* scribe: *II. Theb.* Est versus 36.

ib. l. 8. a fine. *Plautus in Carbonaria.* Scribendum puto *Naevius in Carbonaria.* Cf. infra Cap. V, 30. p. 494.

ib. l. 4. a fine. In his et sequentibus MS. Heidelb. constanter tuetur *sciscidi.* Rectius MS. Dresd. 2. *scicidi.*

p. 491. Statius in IX. Theb. Est vs. 354. Idem in XI. vss. 197. 198. Ennius in Menalippa: MS. Lips. 1. *saxa.*

ib. l. ult. MS. Heidelb. *nostris.* Ita et MSS. Lips. 2. Dr. 2.

p. 493. l. 12. a fine. *postibus* corrige pro *hostibus.* In loco Ciceronis ex oratione pro Cluentio vitium est in voce *potius*, quod nullus meorum Codd. tollit. Nam *potuit* in Cic. legitur pro *potius.* Cum vero hoc vitium a Prisciano ipso admissum esse probabile sit, pro *permanare* legendum est *permanaret* secundum Codd. Heidelb. Dresd. 2. MS. Lips. 2. *permaneret.* Lips. 1. *permanarat.* Cf. quae mox ad p. 495. adnotabuntur.

ib. l. 10. a fine. Virgilii locum plenum exhibet MS. Heidelb. *Audiit et siquem tellus extrema refuso summovet Oceano, et si quem extenta* rel. Quae in textu desunt, ex hoc Cod. inserenda censeo.

ib. l. 2. a fine. *Ostensus sol.* Reponendum e Cod. MS. Lips. 1. *Ostensus est soli.* Cf. Varr. d. R. R. Cap. 24. 25. MSS. Lips. 2. Dresd. 2. Heidelb. vulgatam tuentur.

p. 494. l. ult. MS. Heidelb. *in alvo fucum.* MS. Dresd. 2. omisit *fucum.* Receptam lectionem tuentur Codd. Lips. 1. 2.

p. 495. l. 9. Hoc quoque loco MSS. Dr. 2. Heidelb. Lips. 1. *permanaret*. Lips. 2. *permaneret*. Cf. quae supra ad p. 493. dicta sunt. In voce *potius* retinenda consentiunt Codd. omnes.

p. 496. l. 1. *orato ni pagunt* omissa sunt in MS. Heidelb. MS. Dresd. 2. *orationi pagunt*.

ib. l. 6. MS. Heidelb. *ut pungant*. MS. Dr. 2. *ut pungat*.

ib. l. 7. *cum pupugerit*. Ita et MS. Heidelb. *cum pupugit* MS. Dresd. 2.

ib. l. 9. *Quod de obsonio*. Hanc lectionem confirmat MS. Dresd. 2. Idem liber *in manum*.

ib. l. 4. a fine. Corrige: *facientium praeteritum — proferuntur*, pro *facientia — proferunt*. Illud MS. Heidelb.

ib. in Notis l. 2. a fine. Pro *epulum* repone *pulmentum*.

p. 498. l. 2. *dicebatur* reponend. pro *dicebantur*.

ib. l. 12. *percussaque viscera membris*. Reponendum e Codd. MSS. Heidelb. Lips. 2. *nimbis*, quod et in Lucano legitur. MSS. Lips. 1. Dresd. 2. *membris* tuentur. Mox *calleo callui* pro *caleo calui* legitur etiam in Cod. Heidelb.

p. 499. l. 16. Typothetae culpa *in tum* nunc legitur pro *in itum*, quod restituendum est.

p. 499. l. 5. a fine. MS. Heidelb. omisit *ante*. MS. Dresd. 2. ita hunc locum reddit: *Cibatum, quem locū dū esset nobis animadverterent ante eum adposiverunt*. In MS. Lips. 2. *animadvertert* scriptum est, quod *animadverterunt* interpretari possis.

ib. l. ult. *est* inserendum post *infitiandum* e Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. MSS. Lips. 1. 2. Dr. 2. *inficiendum*.

p. 500. l. 12. Pro *κοσκινίζων* Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. *κοσκινειζων*, Dr. 2. *κοσκινειζω*. Mox pro *Gemina* MS. Lips. 1. *genuira*.

ib. in Notis l. ult. Pro *Cic. pro Corn. v. Ind.* haec sunt reponenda: *Cic. pro Corn.* Est fragm. libri primi orr. pro Cornelio. Nam hoc apparet e Lib. X. Cap. 9. §. 55. (Vol. I. p. 513.) ubi haec leguntur: *Cic. pro Corn. in* I. *Coeptum igitur* rel.

p. 501. l. 2. *livi*. Ita Codd. Lips. 1. 2. Dresd. 2. MS. Heidelb. *levi*.

ib. l. 17. a fine. *qualis fama est* reponendum e Codd. Lips. 1. 2. Dresd. 2. Heidelb.

ib. l. 9. a fine. *A citum* Ita Lips. 2. *a civi* MS. Dresd. 2 *a cieo* Heidelb. Lips. 1. Mihi quidem *A citum* — *inveniuntur* abesse posse videntur; imo rectius absunt. Unica tamen vera lectio est, quam ego recepi, *a citum*.

p. 502. in med. Pro *derelinquo* reponendum simplex *relinquo* e Codd. Heidelb. Lips. 1. *derelinquo* tuentur MSS. Lips. 2 Dresd. 2.

p. 503. l. 9. (Cap. VIII, 43.) *concucurrisse.* Scribendum: *concurrisse.* Ita MSS. Heidelb. Lips. 1. 2. Cod. Dresd. *cucurrisse.*

p. 504. l. 42. a fine. *Nam vetus.* Ita Cod. Lips. 2. *nunc vetus* MSS. Heidelb. Dresd. 2. In MS. Lips. 1. legitur *nū vetus.* MS. Dresd. 2. *ipse sibi non erat.*

ib. l. 6. a fine. *positas lacessivit.* Ita MSS. Lips. 1. 2. *positas arcessivit* MSS. Heidelb. Dresd. 2.

p. 505. l. 11. (Cap. VIII, 46.) *neque pilis pinsui.* MS. Lips. 1. *neque pinsis pinsui.* MSS. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. Edd. Ven. 1. Asc. *neque palatis pinsui.* In MS. Heidelb. nota interlineari *palatis* ita explicatur: *instrumentum unde tundebantur instrumenta in pila.* Equidem nunc *palatis* recipiendum esse censeo, nisi fortasse *palis* scribendum est. Codex etiam Lutherius habet *palatis.*

ib. l. 10. a fine. *Asper tamen pectivi.* Pro *pectivi* restituendum est e Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. 3. Dresd. 1. 2. Luth. Erl. Ed. Asc. *pectui.* Edd. Ven. 1. Iunt. *Caper tamen pectivi.* Cf. Lib. de XII. Vers. Aen. VII. §. 131. (Vol. II. p. 325.) ubi in Nota Crit. ad: *pecto pexui. Sic Asper de verbo.* Lindemannum recte *pectui* (ita corrigend. pro *pexui*) legendum censere dixi. MS. quidem Heidelb. *pectii* exhibet, sed hic scripturae est error.

ib. l. 4. a fine. *facere est* corrigendum pro *est facere.* Cf. Vol. I. p. 452.

ib. l. ult. MS. Heidb. *V.* pro *in sexto.* Idem liber omittit *te.*

p. 506. l. 8. Hunc Catonis locum non satis recte constitui. Codicum Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. Luth. Erl. auctoritate scribendum est: *ubi hordeum idem iterum metit* pro *ibidem iterum metit.*

p. 507. l. 11. a fine. Scribe *per xum finiunt* pro *per sum finiunt.*

p. 510. l. 12. *taurae.* MSS. Lips. 2. Dresd. 2. *taure.* MS. Lips. 1. *tauree.* MS. Heidelb. *taurea*, quae vox nota interlineari explicatur ita: *flagellum ex nervis quod et mastigia dicitur.* Ed. Asc. *dextrum Taureae humerum.* Ed. Ven. 1. *dextram tauree humerum.* Equidem nunc *Taureae* scribendum et pro nomine proprio habendum esse censeo.

ib. l. 8. a fine. pro *Ioe* scribendum suspicor *'Ioĩ.*

p. 513. l. 15. a fine. In loco Lucani pro *usquam* reponendum esse e Codd. (Heidelb. Dresd. 2.) *umquam*, docet Nota Crit. Codd. Lips. 1. 2. *usquam* tuentur.

ib. l. 14. a fine. *Crebro super ungula pulsu.* Haec delenda sunt. Pro his enim exhibent Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. 3. Dr. 1. 2. *Quatit ungula cursu*, eaque vel invitis Virgilii libris manuscriptis restituenda esse censeo.

p. 515. l. 9. *ab eo quod in proximo.* Ita Lips. 1. MS. Heidelb.

habea. quo. MS. Lips. 2. *habeo quod.* Ita et MS. Dresd. 2. Legitur hic locus in Cic. de Inv. Lib. I. Cap. 20. ita: *et si non ab eo, in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur.* MS. Dresd. 2. *incipitur.*

ib. l. 21. *usquam* pro *umquam* typothetae culpa relictum esse, docet Nota Crit. Praestant quidem *usquam* MSS. Lips. 1. 2. at vero MS. Heidelb. recte tuetur *umquam.* In Cod. Dresd. 2. hic locus praetermissus est.

ib. l. 22. Pro *crebro super ungula pulsu,* quamvis haec recte habeant, et in ipsis Virgilii editionibus legantur, recipienda sunt haec: *Quatit ungula cursu.* Ita MSS. Heidelb. Lips. 1. 2. Dresd. 2. Edd. Ven. 1. 2. Asc. Iunt.

p. 514. l. 7. *Novius.* MSS. Heidelb. Dresd. 2. *Nevius.* MS. Lips. 2. *Sallustius.* MS. Lips. 1. *Livius.* Ita et Edd. Ven. 1. Asc. Post *istaec* addunt MSS. Heidelb. Lips. 2. *est.* Ita et Edd. Asc. Ven. 1. Dresd. 2. *Saliturus istaec mutatum salem.*

ib. l. 8. MS. Lips. 1. *Munimius.*

ib. l. 6. a fine. Pro *urbi,* quod tuetur MS. Dresd. 2., exhibent MSS. Heidelb. Lips. 1. 2. Edd. Ven. 1. Asc. *urbis*, quod recipiendum esse videtur, quamvis in Lucano legitur: *Fatalisque ambitus urbi.*

LIB. XI.

p. 516. l. 6. *prima in positione* e Codd. MSS. Dresd. 2. Lips. 1. 2. reponendum pro *prima impositione.* MS. Heidelb. *primo in positione.*

p. 523. in N. l. 3. addendum *non* ante *dubitavi.*

p. 524. Pro *Iuven. in II.* scribendum est: *Iuven. in I.*

p. 528. med. *Horatius: Licentum* rel. Haec ubi legantur, nescio.

p. 530. Post φρόνιμος addit Cod. MS. Heidelb. ἤτοι σοφός. Pro ἀπαλιφῇ corrige ἀπαλοιφῇ.

LIB. XII.

p. 540. l. 6. *ut ego — ut meus.* Binis his locis delenda est conjunctio *ut* auctoritate Cod. Heidelb.

p. 543. l. 5. *Virg. in VI.* scribend. pro *Virg. in VII.* Est versus 302.

p. 544. l. 6. a fine. Secundum Cod. Lips. 2. legendum αυτος αυτη αυτο. Secundum MSS. Heidelb. Lips. 1. αυτος αυτη ταυτο.

ib. l. 3. a fine. ⊦ο ⊦η τό reponend. e Codd. pro ὁ ἡ το.

p. 552. l. 15. *Iuvenalis in V.* reponend. pro *Iuvenalis in II.*

ib. l. 19. *Iuvenalis in IV.* scrib. pro *Iuv. in III.*

p. 552. in Not. l. 1. Temere scriptum legitur: *Iuven. in II. Sat. X. vs.* 223. Scribendum: *Iuv. in V. Sat. XIV. vs.* 30.

ib. l. 2. *Iuvenalis in IV. Sat. X. vs.* 123. scribendum pro: *Iuv. in III. Sat. XIV. vs.* 30.

p. 553. l. 3. *Statius in IX.* reponend. pro: *Statius in VIII.* Est vs. 67.

p. 554. l. 15. a fine. *Illic est hujus rei caput.* Ita edidi auct. Codd. Heidelb. Lips. 2. Dresd. 2. At vero e Cod. MS. Lips. 2. restituendum erat *huic* pro *hujus*. Illud legitur etiam in Terentii libris (Andr. IV, 6, 27.). Quod idem Codex exhibet, *esse* pro *est*, ferri nequit.

ib. in N. l. 1. Post *alma* rel. adde: *Virg. in* II. *Aen. vss.* 664. 665. Delendus est numerus 591.

p. 555. l. 5. a fine. *et secum.* Haec omittenda sunt auct. Codd. MSS. Lips. 1. 2. Heidelb. Dresd. 2. Placet, quod in Cod. Lips. 2. super *quae* scriptum legitur *praeposita.* Post *obscoenum* ponenda est virgula. Equidem respici puto Orat. Cap. 45. quamvis utraque parum inter se consonant.

p. 556. in N. l. 3. Post *Cod. Heidelb.* adde: Lips. 1. 2. Dresd. 2.

LIB. XIII.

p. 561. l. 5. ϝοῦ — ϝοῦς scribendum. Ita et lin. 9. ϝοῦς pro *Foῦς*.

p. 562. l. 3. a fine. Cum Codices omnes ante ϝί praeponant ἐγὼ σύ, non sunt omittendae hae voces, sed in textum recipiendae. Edd. Ven. 2. Iunt. Ald. Bas. Colon. Putsch. ἐγὼ σὺ ὅς; una ed. Asc. recte: ἐγὼ σὺ ἵ. Nec solum propter consensum Codicum et Edd. abesse non debent, sed etiam propter sententiam a Prisciano propositam. Nam *tertia persona pronominum primitivorum* dicitur ei nominativus pronominum personalium. Ergo falsissime expuli ἐγὼ σύ.

p. 563. Repone ϝοι — ϝοὶ — ϝῶν — ϝοὺς — ϝαὶ — ϝῶν — ϝάς — Item ϝί.

p. 564. l. 6. a fine. Auct. Cod. Heidelb. ϝὸς scribendum pro ὅ.

ib. in Notis l. 1. 564. scribendum pro 591.

p. 565. l. 3. Pro *Istuc ipsum* reponendum e Codd. Heidelb. Lips. 1. 2. *Hoc ipsum.* MS. Heidelb. *atque* exhibet pro *atqui.*

p. 570. l. 9. Codd. Heidelb. Lips. 2. μεμολυμμενος.

ib. l. 6. In voce ἅγιος tuenda consentiunt Codices omnes. Imm. Bekkerus ad Apoll. Dysc. de Pron. p. 193. εὐαγὴς legi jubet.

p. 572. lin. 10. μου μοι με scribendum, accentibus deletis.

p. 574. lin. 6. *ᾗ* reponendum pro *ῇ*.

p. 576. l. 8. *οἷ* — *ἰοῖ* — *ἰὲ* scribendum pro *οἱ* — *ἰοι* — *ἰε*.

LIB. XIV.

p. 599. l. 14. a fine. Auct. Cod. Heidelb. *διαῤῥήσσει* scribendum pro *διαῤῥήγνυσι*.

p. 603. in Notis l. 7. *Salustius in Iug.* Pro *v. Ind.* adde: *Fragmentum.*

LIB. XV.

p. 614. l. 5. Pro *ostentata* legitur in Ter. (Ph. Act. V. Sc. 5. vs. 7.) *ostenta.* In Cod. Heidelb. supra scriptum legitur ab aliena manu *ostensa.*

ib. l. 5. a fine. Pro *patris* restituendum e Codd. Lips. 1. 2. *patri.* Legitur hic Terentii locus in Ph. Act. III. Sc. 1. (4.) vs. 10. Cod. Heidelb. tuetur *patris*, quod prorsus ineptum est.

p. 619. l. 7. a fine. Scribend. *Cic. in Verr. II.*

p. 620. l. 8. Scribend. *Iuvenalis in I.*

p. 621. in N. l. 6. Reponend. *Idem in XIII. Phil.* Est Cap. 17.

p. 626. l. 14. Scribend. *Iuvenalis in III.*

p. 630. l. 2. *vel Catilinam:* Ineptum hoc. Scribe *L. Catilinam.* Illud *vel* ortum est e praenomine *l.* Nam *vel* per scripturae compendium ita profertur: l. Cod. Heidelb. *Catilinam*, omisso *vel.* Lips. 1. utrumque omittit. Lips. 2. vulgatum tuetur. Est Cap. 10.

p. 613. l. 13. a fine. Pro *Cicero in quarto Invect.* scribendum est *Cicero in tertio Inv.* Ita et in Nota Crit.

LIB. XVI.

p. 640. l. 7. *Cicero in* III. scrib. pro: *C. i.* IV.

ib. in N. 1. l. 2. *Cicero in* III. *Inv. Cap.* 10. reponendum pro: *Cic. in IV. Inv. C.* 9.

INDEX GRAECUS.

(Numerus arabicus paginam indicat.)

B.

N.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

Χ.

Ψ.

Ω.

INDEX AUCTORUM.

T.

X.

INDEX RERUM.

B.

E.

K.

L.

O.

P.

Q.

X.

Y.

Z.

P A G I N A E

EDIT. PUTSCHIANAE CUM HAC EDITIONE COLLATAE.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.	Ed. Putsch.	Ed. Kr.
534.	3 — 6.	575.	67. 68.
535. 536.	6 — 8.	576.	68 — 70.
537.	8 — 10.	577.	70. 71.
538.	10. 11.	578.	71 — 73.
539.	11. 12.	579.	73. 74.
540.	12 — 14.	580.	74 — 76.
541.	14. 15.	581.	76. 77.
542.	15 — 17.	582.	77 — 80.
543.	17. 18.	583.	80 — 82.
544.	18. 19.	584.	82. 83.
545.	19 — 21.	585.	83 — 85.
546.	21. 22.	586.	85. 86.
547.	22. 23.	587.	86 — 88.
548.	23 — 25.	588.	88 — 90.
549.	25. 26.	589.	90 — 92.
550.	27. 28.	590.	92 — 94.
551.	28 — 30.	591.	94. 95.
552.	30. 31.	592.	95. 96.
553.	31 — 34.	593.	96. 97.
554.	34. 35.	594.	97 — 99.
555.	35 — 37.	595.	99. 100.
556.	37. 38.	596.	100. 101.
557.	38 — 40.	597.	102. 103.
558.	40 — 42.	598.	103. 104.
559.	42. 43.	599.	104 — 106.
560.	43 — 45.	600.	106 — 108.
561.	45 — 47.	601.	108 — 110.
562.	47 — 49.	602.	110. 111.
563.	49. 50.	603.	111. 112.
564.	50 — 52.	604.	112 — 114.
565. 66.	52. 53.	605.	114. 115.
566. 66.	54. 55.	606.	115 — 118.
567.	55 — 57.	607.	118 — 120.
568.	57 — 59.	608.	120. 121.
569.	59. 60.	609.	121. 122.
570.	60 — 62.	610.	122 — 124.
571.	62. 63.	611.	124 — 126.
572.	63 — 65.	612.	126 — 128.
573.	65. 66.	613.	128 — 130.
574.	66. 67.	614.	130 — 132.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.
615.	132—134.
616.	134. 135.
617.	135—137.
618.	137. 138.
619.	139. 140.
620.	140. 141.
621.	141—143.
622.	143. 144.
623.	144. 145.
624.	145—147.
625.	147. 148.
626.	148. 149.
627.	149. 150.
628.	150—152.
629.	152—154.
630.	154. 155.
631.	155—157.
632.	157. 158.
633.	158—160.
634.	160. 161.
635.	161. 162.
636.	162. 163.
637.	163. 164.
638.	164. 165.
639.	166. 167.
640.	167. 168.
641.	168. 169.
642.	169. 170.
643.	171. 172.
644.	172. 173.
645.	173—175.
646.	175—177.
647.	177—179.
648.	179—181.
649.	181. 182.
650.	182—184.
651.	184—186.
652.	186. 187.
653.	187. 188.
654.	188—190.
655.	190—192.
656.	192. 193.
657.	193—195.
658.	195. 196.
659.	196—198.
660.	198. 199.
661.	199. 200.
662.	200. 201.
663.	201—203.
664.	203. 204.
665.	204. 205.
666.	205. 206.
667.	206—208.
668.	208. 209.
669.	209. 210.
670.	210. 211.
671.	211—213.
672.	213. 214.
673.	214. 215.
674.	215. 216.
675. 76.	216.
675. 76.	217. 218.
677.	218. 219.
678.	220. 221.
679.	221. 222.
680.	223. 224.
681.	224. 225.
682.	225—227.
683.	227—229.
684.	229. 230.
685.	230—232.
686.	232—234.
687.	234. 235.
688.	235. 236.
689.	236. 237.
690.	237. 238.
691.	238. 239.
692.	239—241.
693.	241—243.
694.	243. 244.
695.	244. 245.
696.	245—247.
697.	247. 248.
698.	248. 249.
699.	249—251.
700.	251. 252.
701.	252. 253.
702.	253. 254.
703.	254. 255.
704.	255—257.
705.	257. 258.
706.	258—260.
707.	260—262.
708.	262. 263.
709.	263—265.
710.	265. 266.
711.	266—268.
712.	268. 269.
713.	269—271.
714.	271. 272.
715.	272—274.
716.	274. 275.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.	Ed. Putsch.	Ed. Kr.
717.	275. 276.	768.	340. 341.
718.	277. 278.	769.	341. 342.
719.	278. 279.	770.	342. 343.
720.	279. 280.	771.	343. 344.
721.	280. 281.	772.	344 — 346.
722.	281 — 283.	773.	346. 347.
723.	283. 284.	774.	347. 348.
724.	284 — 286.	775.	348. 349.
725.	286. 287.	776.	349. 350.
726.	287. 288.	777.	350. 351.
727.	289. 290.	778.	351. 352.
728.	290. 291.	779.	352. 353.
729.	291. 292.	780.	353. 354.
730.	292 — 294.	781.	354. 355.
731.	294. 295.	782.	355. 356.
732.	295. 296.	781. 82.	357.
733.	296. 297.	783.	357. 358.
734.	297. 298.	784.	358. 359.
735.	298. 299.	785.	359 — 361.
736.	299. 300.	786.	361. 362.
737.	300 — 302.	787.	362. 363.
738.	302. 303.	788.	363. 364.
739.	303. 304.	789.	364 — 366.
740.	304. 305.	790.	366. 367.
741.	305 — 307.	791.	367 — 369.
742.	307. 308.	792.	369 — 371.
743.	308. 309.	793.	371. 372.
744.	309. 310.	794.	372 — 374.
745.	310. 311.	795.	374. 375.
746.	311. 312.	796.	375 — 377.
747.	312 — 314.	797.	377. 378.
748.	314. 315.	798.	378. 379.
749.	315. 316.	799.	379. 380.
750.	316. 317.	800.	380. 381.
751.	317. 318.	801.	381 — 383.
752.	318 — 320.	802.	383 — 385.
753.	320. 321.	803.	385. 386.
754.	321. 322.	804.	386 — 388.
755.	322. 323.	805.	388. 389.
756.	323. 324.	806.	389. 390.
757.	324 — 326.	807.	390 — 392.
758.	326. 327.	808.	392. 393.
759.	327. 328.	809.	393. 394.
760.	328 — 330.	810.	394. 395.
761.	330. 331.	811.	395. 396.
762.	331 — 333.	812.	396. 397.
763.	333. 334.	813.	397. 398.
764.	334. 335.	814.	398. 399.
765.	335 — 337.	815.	399. 400.
766.	337. 338.	816.	400. 401.
767.	338 — 340.	817.	401 — 403.

Ed. Putsch.		Ed. Kr.		Ed. Putsch.		Ed. Kr.
818.		403. 404.		870.		464 — 466.
819.		404. 405.		871.		466. 467.
820.		405. 406.		872.		467. 468.
821.		406. 407.		873.		469. 470.
822.		407. 408.		874.		470. 471.
823.		408 — 410.		875.		472. 473.
824.		410 — 412.		876.		473. 474.
825.		412. 413.		877.		474. 475.
826.		413. 414.		878.		475. 476.
827.		414 — 416.		879.		476. 477.
828.		416. 417.		880.		477 — 479.
829.		417. 418.		881.		479. 480.
830.		418 — 420.		882.		480. 481.
831.		420. 421.		883.		481. 482.
832.		421. 422.		884.		482. 483.
833.		422. 423.		885.		483. 484.
834.		423. 424.		886.		484. 485.
835.		424. 425.		887.		485 — 487.
836.		425 — 427.		888.		487. 488.
837.		427. 428.		889.		488 — 490.
838.		428. 429.		890.		490. 491.
839.		429. 430.		891.		491. 492.
840.		430. 431.		892.		492 — 494.
841.		431. 432.		893.		494. 495.
842.		432. 433.		894.		495. 496.
843.	44.	433 — 436.		895.		496. 497.
845.		436. 437.		896.		497. 498.
846.		437. 438.		897.		498. 499.
847.		438. 439.		898.		499. 500.
848.		439. 440.		899.		500. 501.
849.		440. 441.		900.		501 — 503.
850.		441. 442.		901.		503. 504.
851.		442. 443.		902.		504. 505.
852.		443. 444.		903.		505 — 507.
853.		444. 445.		904.		507. 508.
854.		445. 446.		905.		508 — 510.
855.		446. 447.		906.		510. 511.
856.		447. 448.		907.		511. 512.
857.		448. 449.		908.		512. 513.
858.		449. 450.		909.	10.	513. 514.
859.		450. 451.		909.	10.	515.
860.		451. 452.		911.		515. 516.
861.		452. 453.		912.		516 — 518.
862.		453. 454.		913.		518. 519.
863.		455. 456.		914.		519. 520.
864.		456. 457.		915.		520. 521.
865.		457 — 459.		916.		521. 522.
866.		459. 460.		917.		522. 523.
867.		461. 462.		918.		523. 524.
868.		462. 463.		919.		524. 525.
869.		463. 464.		920.		525. 526.

Ed. Putsch.		Ed. Kr.	
921.		526.	527.
922.		528.	529.
923.		529.	530.
924.		530.	531.
925.		531.	532.
926.		532.	533.
927.		533.	534.
928.		534.	535.
929.		535.	536.
930.		536.	537.
931.		537.	538.
932.		538.	539.
933.	34.	539.	
933.	34.	540.	541.
935.		541.	542.
936.		542.	543.
937.		543.	544.
938.		544.	545.
939.		545.	546.
940.		546.	547.
941.		547.	548.
942.		548.	549.
943.		549.	550.
944.		550.	551.
945.		551.	552.
946.		552.	
947.		553.	
948.		553.	554.
949.		554.	555.
950.		555.	556.
951.		556.	557.
952.		557.	558.
953.		559.	
954.		560.	
955.		560.	561.
956.		561.	562.
957.		562.	563.
958.		564.	
959.		565.	566.
960.		566.	567.
961.		567.	568.
962.		568.	569.
963.		569.	570.
964.		570.	571.
965.		571.	572.
966.		572.	573.
967.		573.	574.
968.		574.	575.
969.		575.	576.
970.		576.	577.
971.		577.	578.
972.		578.	579.
973.	74.	579.	580.
973.	74.	581.	
975.		582.	583.
976.		583.	584.
977.		584.	585.
978.		585.	586.
979.		587.	588.
980.		588.	589.
981.		589.	590.
982.		590.	591.
983.		591.	592.
984.		592.	593.
985.		593.	594.
986.		594.	595.
987.		595.	596.
988.		596.	597.
989.		597.	598.
990.		598.	599.
991.		599.	600.
992.		600.	601.
993.		601.	602.
994.		602.	603.
995.		603.	604.
996.		604.	605.
997.		605.	606.
998.		607.	608.
999.		608.	609.
1000.		609.	610.
1001.		610.	611.
1002.		611.	612.
1003.		613.	614.
1004.		614.	
1005.		615.	
1006.		616.	617.
1007.		617.	618.
1008.		618.	619.
1009.		619.	620.
1010.		620.	621.
1011.		621.	622.
1012.		622.	623.
1013.		624.	625.
1014.		625.	626.
1015.		626.	627.
1016.		627.	628.
1017.		628.	629.
1018.		629.	630.
1019.		630.	631.
1020.		631.	632.
1021.		632.	633.
1022.		633.	634.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.
1023.	634. 635.
1024.	635. 636.
1025.	637.
1026.	637. 638.
1027.	638. 639.
1028.	639. 640.
1029.	640. 641.
1030.	641. 642.
1031.	642. 643.
1032.	643. 644.
1033.	644. 645.
1034.	644. 645.
1035.	II, 3. 4.
1036.	— 4. 5.
1037.	— 5. 6.
1038.	— 6 — 8.
1039.	— 8. 9.
1040.	— 9 — 11.
1041.	— 11. 12.
1042.	— 12. 13.
1043.	— 13. 14.
1044.	— 15. 16.
1045.	— 16. 17.
1046.	— 17. 18.
1047.	— 18 — 20.
1048.	— 20. 21.
1049.	— 21. 22.
1050.	— 22 — 24.
1051.	— 24. 25.
1052.	— 25. 26.
1053.	— 26. 27.
1054.	— 27. 28.
1055.	— 28. 29.
1056.	— 29. 30.
1057.	— 30. 31.
1058.	— 32. 33.
1059.	— 33. 34.
1060.	— 34. 35.
1061.	— 35. 36.
1062.	— 36. 37.
1063.	— 37. 38.
1064.	— 38 — 40.
1065.	— 40. 41.
1066.	— 41. 42.
1067.	— 42. 43.
1068.	— 43. 44.
1069.	— 44. 45.
1070.	— 45. 46.
1071.	— 47. 48.
1072.	— 48. 49.
1073.	— 49. 50.
1074.	II, 50. 51.
1075.	— 51 — 53.
1076.	— 53. 54.
1077.	— 54 — 56.
1078.	— 56. 57.
1079.	— 57. 58.
1080.	— 58. 59.
1081.	— 59. 60.
1082.	— 60. 61.
1083.	— 61 — 63.
1084.	— 63. 64.
1085.	— 64. 65.
1086.	— 65. 66.
1087.	— 66. 67.
1088.	— 67 — 69.
1089.	— 69. 70.
1090.	— 70 — 72.
1091.	— 72. 73.
1092.	— 73. 74.
1093.	— 74. 75.
1094.	— 75. 76.
1095.	— 76 — 78.
1096.	— 78. 79.
1097.	— 79. 80.
1098.	— 80. 81.
1099.	— 81. 82.
1100.	— 82 — 84.
1101.	— 84 — 86.
1102.	— 86 — 88.
1103.	— 88. 89.
1104.	— 89 — 92.
1105.	— 92 — 94.
1106.	— 94. 95.
1107.	— 95. 96.
1108.	— 96. 97.
1109.	— 97. 98.
1110.	— 98. 99.
1111.	— 99. 100.
1112.	— 100. 101.
1113.	— 101 — 103.
1114.	— 103. 104.
1115.	— 104. 105.
1116.	— 105. 106.
1117.	— 107. 108.
1118.	— 108. 109.
1119.	— 109. 110.
1120.	— 110. 111.
1121.	— 111 — 113.
1122.	— 113. 114.
1123.	— 114. 115.
1124.	— 115 — 117.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.	Ed. Putsch.	Ed. Kr.
1125.	II, 117. 118.	1176.	II, 194 — 196.
1126.	— 118. 119.	1177.	— 196. 197.
1127.	— 119. 120.	1178.	— 197. 198.
1128.	— 120. 121.	1179.	— 198 — 200.
1129.	— 121. 122.	1180.	— 200 — 202.
1130.	— 122 — 124.	1181.	— 202 — 204.
1131.	— 124. 125.	1182.	— 204 — 206.
1132.	— 125. 126.	1183.	— 206 — 208.
1133.	— 126 — 128.	1184.	— 208 — 211.
1134.	— 128 — 130.	1185.	— 211 — 213.
1135.	— 130. 131.	1186.	— 213 — 215.
1136.	— 131. 132.	1187.	— 215 — 217.
1137.	— 132. 133.	1188.	— 217 — 219.
1138.	— 133. 134.	1189.	— 219 — 221.
1139.	— 134. 135.	1190.	— 221 — 224.
1140.	— 135 — 137.	1191.	— 224 — 226.
1141.	— 137 — 139.	1192.	— 227. 228.
1142.	— 139. 140.	1193.	— 229. 230.
1143.	— 140 — 142.	1194.	— 231 — 233.
1144.	— 142. 143.	1195.	— 233 — 235.
1145.	— 143. 144.	1196.	— 235 — 238.
1146.	— 145. 146.	1197.	— 238 — 240.
1147.	— 146. 147.	1198.	— 240 — 242.
1148.	— 147 — 150.	1199.	— 242 — 244.
1149.	— 150 — 152.	1200.	— 245. 246.
1150.	— 152. 153.	1201.	— 247 — 249
1151.	— 153. 154.	1202.	— 249 — 251.
1152.	— 154 — 156.	1203.	— 251 — 253.
1153.	— 156. 157.	1204.	— 253 — 255.
1154.	— 157. 158.	1205.	— 255 — 257.
1155.	— 158 — 160.	1206.	— 257 — 259.
1156.	— 160 — 162.	1207.	— 259. 260.
1157.	— 162. 163.	1208.	— 260 — 262.
1158.	— 163. 164.	1209.	— 262 — 264.
1159.	— 164. 165.	1210.	— 264 — 266.
1160.	— 165. 166.	1211.	— 266 — 268.
1161.	— 166. 167.	1212.	— 268. 269.
1162.	— 167. 168.	1213.	— 269. 270.
1163.	— 168. 169.	1214.	— 270. 271.
1164.	— 169. 170.	1215.	— 274. 275.
1165.	— 170 — 172.	1216.	— 275. 276.
1166.	— 172. 173.	1217.	— 276 — 278.
1167.	— 173 — 177.	1218.	— 278.
1168.	— 177 — 180.	1219.	— 279. 280.
1169.	— 180 — 182.	1220.	— 280 — 282.
1170.	— 182 — 184.	1221.	— 282 — 284.
1171.	— 184 — 186.	1222.	— 284 — 286.
1172.	— 186 — 188.	1223.	— 286. 287.
1173.	— 188 — 190.	1224.	— 287. 288.
1174.	— 190 — 192.	1225.	— 288 — 290.
1175.	— 192 — 194.	1226.	— 290. 291.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.
1227.	II, 291. 292.
1228.	— 293. 294.
1229.	— 294. 295.
1230.	— 295 — 297.
1231.	— 297. 298.
1232.	— 298. 299.
1233.	— 299 — 301.
1234.	— 301. 302.
1235.	— 302. 303.
1236.	— 303. 304.
1237.	— 304 — 306.
1238.	— 306. 307.
1239.	— 307. 308.
1240.	— 308. 309.
1241.	— 309. 310.
1242.	— 310. 311.
1243.	— 311 — 313.
1244.	— 313. 314.
1245.	— 314 — 316.
1246.	— 316.
1247.	— 316. 317.
1248.	— 317. 318.
1249.	— 318 — 320.
1250.	— 320. 321.
1251.	— 321. 322.
1252.	— 322. 323.
1253.	— 323 — 325.
1254.	— 325. 326.
1255.	— 326. 327.
1256.	— 327. 328.
1257.	— 328 — 330.
1258.	— 330. 331.
1259.	— 331. 332.
1260.	— 332. 333.
1261.	— 333. 334.
1262.	— 334. 335.
1263.	— 335. 336.
1264.	— 336. 337.
1265.	— 337. 338.
1266.	— 338. 339.
1267.	— 339. 340.
1268.	— 340. 341.
1269.	— 341. 342.
1270.	— 342. 343.
1271.	— 343. 344.
1272.	— 344. 345.
1273.	— 345 — 347.
1274.	— 347. 348.
1275.	— 348. 349.
1276.	— 349. 350.
1277.	— 350. 351.
1278.	II, 351.
1279.	— 351. 352.
1280.	— 352 — 354.
1281.	— 354. 355.
1282.	— 355. 356.
1283.	— 356. 357.
1284.	— 357. 358.
1285.	— 358.
1286.	— 358.
1285.	— 360. 361.
1286.	— 361. 362.
1287.	— 362. 363.
1288.	— 363 — 365.
1289.	— 365 — 367.
1290.	— 367. 368.
1291.	— 368. 369.
1292.	— 369 — 371.
1293.	— 371. 372.
1294.	— 372 — 374.
1295.	— 374 — 376.
1296.	— 377 — 379.
1297.	— 379 — 381.
1298.	— 381. 382.
1299.	— 382.
1300.	— 382. 383.
1299.	— 462.
1300.	— 462.
1301.	— 462. 463.
1302.	— 463. 464.
1303.	— 464. 465.
1304.	— 465. 466.
1305.	— 466. 467.
1306.	— 467. 468.
1307.	— 468. 469.
1308.	— 469.
1309.	— 469. 470.
1310.	— 470. 471.
1311.	— 471. 472.
1312.	— 472. 473.
1313.	— 473. 474.
1314.	— 474. 475.
1315.	— 475. 476.
1316.	— 476. 477.
1317.	— 477. 478.
1318 — 20.	— 478. 479.
1319.	— 403. 404.
1320.	— 404. 405.
1321.	— 405. 406.
1322.	— 406 — 408.
1323.	— 408. 409.
1324.	— 409. 410.

Ed. Putsch.	Ed. Kr.
1325.	II, 410. 411.
1326.	— 411 — 413.
1327.	— 413. 414.
1328.	— 414. 415.
1329. 30.	— 415. 416.
1329.	— 423. 425.
1330.	— 425. 427.
1331.	— 427. 429.
1332.	— 429. 431.
1333.	— 431. 433. 435.
1334.	— 435. 437.
1335.	— 437. 439.
1336.	— 439. 441.
1337.	— 441. 443. 445.
1338.	— 445. 447.
1339.	— 447. 449. 451.
1340.	— 451. 453.
1341.	— 453. 455.
1342.	II, 455. 457.
1343.	— 457. 459.
1344.	— 459.
1343.	— 386.
1345.	— 387. 388.
1346.	— 389. 390.
1347.	— 390. 391.
1348.	— 391. 392.
1349.	— 392. 303.
1350.	— 393 — 396.
1351.	— 306. 397.
1352.	— 397. 398.
1353.	— 398. 399.
1354.	— 399. 400.
1355.	— 400. 401.
1356.	— 401. 402.
1357.	— 402.
1358.	— 40[illegible].

CORRIGENDA ET EMENDANDA.

P. 3. in N. lin. 10. *Erl.* scrib. pro *Col.*
p. 7. in N. lin. 4. post *male*, addendum *quod.*
p. 9. in T. lin. 8. *septemtrionis* scrib. pro *semptemtrioa.*
— — — lin. 9. *male fida* scrib. pro *malefidui.*
p. 21. in T. lin. 10. comma post περὶ delendum.
p. 22. in N. lin. 2. a fine *notante* scrib. pro *notate.*
p. 23. in N. lin. ult. *Adjeci id est.* Haec delenda.
p. 31. in N. lin. 2. *editores* scrib. pro *editiones.*
p. 49. in T. lin. 12. a fine *Juv. in I.* scrib. pro *Juv. in IV.* Ita et in Notis.
p. 58. in T. lin. 5. a fine adde §. 99.
p. 70. in Not. ad *Demosthenes in Polyclem* addenda sunt haec: *Putsch.* ἐν τῷ πρὸς περικλέα.
p. 84. in T. lin. 4. εἰρήνην pro ἐπήνει restituendum esse nunc censeo.
p. 86. in N. lin. 6. *Lib.* I. *Act.* II. scrib. pro *Lib.* II.
p. 87. in N. lin. 4. a fine *Iliad. Γ.* scrib. p. *Iliad. Δ.*
p. 107. in N. lin. 10. 11. *Auctoritate — sunt.* Haec et intermedia delenda.
p. 168. in T. lin. 11. a fine *quas*, scrib. *quas* sine comm.
p. 183. in N. lin. 8. *auctoritate* inserend. post *editionum.*
p. 189. in N. lin. 15. ab initio *pro, contemptissimi* scrib. pro *pro contemptissimis.*
p. 190. in T. lin. 5. ταυτὰ scrib. pro ταῦτα.
p. 192. in N. lin. 12. *Odyss. X.* (22.) scrib. pro *Odyss.*
p. 194. in N. lin. 9. Delend. *Putsch.*
ib. ib. lin. 7. a fine Ἰλιάδος *I.* scrib. pro Ἰλιάδος *Θ.*
p. 196. in T. lin. 2. a fine *Lucanus in septimo* scrib. pro *Luc. in octavo.*
p. 197. in N. lin. 3. *Luc.* VII. *vss.* 685. 86. scr. pro *Luc. VIII. v. Ind.*
p. 198. in N. lin. 9. 10. *Deesse — numerum.* Haec et intermedia delenda sunt.
p. 202. in N. l. 9. §. 168. scrib. pro §. 169.
p. 204. in N. l. 5. a fine *Tam* scrib. pro *Jam.*
p. 206. lin. 12. Vol. I. p. 459. 460. scribendum.
p. 207. in T. lin. 11. *ostendes* virgula deleta scribend. pro *ostendentes.*
p. 213. in T. lin. 6. θαυμάζω pro θαυμάζειν.
p. 214. in T. lin. ult. ἐδέοντο. Αἰσχίνης· Ἐκαθήμεθα scribendum.

p. 224. in N. lin. 5. *ἐν Χείροσι* scribend.
p. 231. in T. lin. 6. *ἀντὶ τοῦ* delenda sunt.
p. 248. in Not. ad §. 275. **πολλῇ — πολλῇ** scribend. pro **πολὺ — πολὺ.**
p. 266. in T. lin. 6. *ὑπήκουσε* scribendum.
p. 267. in N. lin. pen. *κατακαέντα* scrib. pro *κατὰ*.
p. 268. in T. lin. 2. *sub ipsos* scrib. pro *sub ipsis*.
ib. lin. 8. a fine *fama* scrib. pro *fronde*.
p. 271. lin. 7. a fine *καὶ τόδε* scrib. pro *καὶ τῷδε*.
ib. in N. lin. 6. a fine *καὶ τόδε* scrib. pro *καὶ τῷδε*.
p. 300. in T. l. 6. *ἡ δύσκολος* scrib. pro *ἡ δύσκολον*.
p. 361. in T. l. 3. *perficitur* delendum est.
p. 366. in T. l. 4. Post *latebrae tenebrae* typothetae culpa omissa sunt haec: *látebrae ténebrae*.
p. 369. in N. alterum *vigil* ita scribendum est: *vigil*.
p. 370. in T. l. 8. a fine *cadaveris papaveris* dele.
p. 375. in T. l. 6. a fine *murex* pro *murilex* scribendum.
p. 510. lin. 2. *'Ισότητα* scrib. pro *'Ισότητά*.
p. 527. lin. 19 a fine *liquabit* scrib. pro *liquavit*.
p. 528. lin. 5. Ad *Lips.* adde *2*.

Sumtibus librariae Weidmanniae nuper prodierunt Lipsiae:

Aeneae, Tactici, Commentarius de toleranda obsidione, graece, ad Codd. MSS. Parisienses et Mediceum recensuit, versionem lat. et commentarium integrum Is. Casauboni, notas Iac. Gronovii, G. H. C. Koesii, Casp. Orellii aliorumque et suas adiecit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 16 gr.

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. VIIum. 8 maj.

Etiam sub titulo:

Commentarii in Aristophanis Comoedias. Collegit, digessit, auxit C. G. Dindorfius. Vol. Vum, Commentarios in Acharnenses et Vespas continens. 8 maj. Charta scriptoria. 3 Thlr. 12 Gr.

*— — Idem liber, charta belg. opt. 6 Thlr.

Aristophanis Nubes, fabula nobilissima integrior edita auctore Carolo Reisigio, Thuringo. 8 maj. Charta impress.

— — Idem liber, charta script. gall.

*— — Idem liber, charta membran.

Benedicti, Traug. Fred., Observationes in septem Sophoclis Tragoedias. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 gr.

*— — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

Choerili, Samii, quae supersunt. Collegit et illustravit, de Choerili Samii aetate, vita et poësi aliisque Choerilis disseruit Dr. Aug. Ferd. Naekius. Inest de Sardanapali epigrammatis disputatio. 8 maj. Charta impressoria. 1 Thlr. 6 gr.

— — Idem liber, Charta scriptoria. 1 Thlr. 12 gr.

Demosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. Rüdiger. 8 maj. Charta impress. 21 gr. et 1 Thlr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 4 gr.

Erasmi, Desid., Roterodami, Ecclesiastes sive de ratione concionandi libri IV. Ad fidem editt. princ. recensuit, divisionem capitum instituit, indices rerum ac verborum copiosissimos adjecit Dr. F. A. Klein. 8. maj. Charta impress.

— — Idem liber, charta script. gall.

Göller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam Thucydidis potissimum historiam scripsit atque Philisti et Timaei rerum Sicularum Fragmenta adjecit. Acced. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 12 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 18 gr.

Hesiodi Opera et Dies. E veterum grammaticorum notationibus et optimis libris MSS. recensuit Frid. Aug. Guil. Spohn. *Editio minor*, in usum scholarum et academiarum. 8. Charta impress. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 10 gr.
— — Idem liber, charta mel. 12 gr.
Hesychii, Milesii, Opuscula duo quae supersunt, I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos et Cardinalis Bessarionis epistola de educandis filiis Joannis Palaeologi lingua graeca vulgari scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Junii, Henr. Stephani, Joa. Meursii, Petri Lambecii, Gisb. Cuperi, F. J. Bastii aliorumque et suis illustravit Joa. Conr. Orellius. Cum indicibus necess. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 18 Gr.
— — Idem liber, charta script. 2 Thlr.
* — — Idem liber, charta membr. 2 Thlr. 8 Gr.
Hottingeri, Io. Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. Ch. impr. 1 Thlr. 12 gr.
— — Idem liber, Charta script. gall. 2 Thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 16 gr.
Isocratis Panegyricus. Textum recognovit, cum animadversionibus Dr. S. F. N. Mori suisque edidit F. A. Guil. Spohn. 8 maj. Charta script. 21 gr.
* — — Idem liber, Charta belg. opt. 1 Thlr. 8 gr.
Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Frid. A. G. Spohn. Accedunt fig. geograph. 4 maj. Charta impress. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. 20 gr.
Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia. Graece et Latine. Collegit, disposuit, emendavit et illustravit Jo. Conr. Orellius. Tom. Ius. 8 maj. Charta impress. 3 Thlr. 8 Gr.
— — Idem liber, charta script. 3 Thlr. 18 Gr.
* — — Idem liber, charta membranacea. 4 Thlr. 8 Gr.
— — Idem liber, Tom. IIus sub prelo.
Phrynichi Eclogae nominum et verborum Atticorum. Cum notis P. J. Nunnesii, D. Höschelii, J. Scaligeri et Conr. de Pauw partim integris partim contractis edidit, explicuit Christ. Aug. Lobeck. Accedunt fragmentum Herodiani et notae, praefationes Nunnesii et Pauwii et Parerga de vocabulorum terminatione et compositione, de aoristis verborum anthypotactorum etc. 8 maj. Charta impress. 3 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 8 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.
Platonis, quae exstant, Opera. Accedunt Platonis, quae feruntur, Scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratissimos adiecit Frid. Astius. Tom. Ius et IIus cont. Protagoram, Phaedrum, Gorgiam, Phaedonem, Theaetetum, Sophistam et Politicum. 8 maj. Charta impr. 3 Thlr. 18 Gr. et 4 Thlr. 8 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 5 Thlr. 2 Gr.
* — — Idem liber, charta membranacea. 7 Thlr. 16 Gr.

Polybii editionis Schweighaeuseranae Supplementum, continens Aeneae, Tactici, Commentarium de toleranda obsidione ad codd. mss. et editionum fidem recensitum, Is. Casauboni aliorumque et suis annotat. illustratum edidit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. Charta script. 1 Thlr. 16 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 2 Thlr. 12 gr.
Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices adjecit Augustus Krehl. Vol. Ium et IIum cont. de arte grammatica libros XVI. etc. 8 maj. Charta impress. 5 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. 6 Thlr. 12 Gr.
Schleusneri, Joh. Frid., novum Lexicon graeco-latinum in Novum Testamentum. Congessit et variis observationibus philolog. illustravit, II Tomi in IV Partt. Editio quarta emendatior et auctior. 8 maj. Charta impress. 8 Thlr. et 9 Thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 10 Thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membranacea. 12 Thlr.
Schleusneri, Joh. Frid., novus Thesaurus philologico-criticus sive Lexicon in LXX et reliquos interpretes graecos ac scriptores apocryphos Veteris Testamenti. Post Bielium et alios viros doctos congessit et edidit. Pars I et II. *A — E.* 8 maj. Charta impress. 4 Thlr. 12 Gr. et 5 Thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 6 Thlr.
*— — Idem liber, charta membranacea. 7 Thlr. 12 Gr.
(Pars III. IV. et Vta sub prelo)
Strabonis rerum geographicarum Libri XVII. Graeca ad opt. Codd. MSS. recens., varietat. lect. et adnotatt. illustrav. Xylandri versionem emendav. I. P. Siebenkees et C. H. Tzschucke. Editionem absolvit et Indices confecit M. Frid. Traug. Friedemann. Vol. VIIum, continens Commentarium Is. Casauboni cum notis G. Xylandri, Fr. Morelli, I. Palmerii integris aliorumque virorum doct. selectis, quibus acced. animadverss. C. H. Tzschuckii et appendix varr. lectt. Vol. Ium. 8 maj. Charta script. 4 Thlr. 18 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 8 Thlr.
— — Vol. VIIIum sub prelo.
Theocriti Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. Harlesii, Jo. Christ. Dan. Schreberi, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus Kiefsling. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Iac. Morellii ad Harlesium et indices. 8 maj. Charta impress. 3 Thlr. 16 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr 12 Gr.
— — Idem liber, charta membranacea. 6 Thlr. 16 Gr.
Theologumena arithmeticae ad rarissimum exemplum Parisiense emendatius descripta. Accedunt Nicomachi Gerasini Arithmeticae libri II. Edidit Fridericus Astius. 8 maj. Charta impr. 1 Thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr. 6 gr.